This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

B59018

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

MONUMENTÒRUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN XII.

MONACHII,

TYPIS DR. FR. WILD (FF. PARCUS).

MDCCCLXVIII.

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN UNDEQUADRAGESIMUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII,
SUMTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCLXVIII.

STANFORD LIBRARY
SEP 7 1966
STACKS

Praefatio.

Monumentorum boicorum vol. XXXIX sive novae eorum collectionis vol. XII ab eodem, quo antecedens volumen, editore adornatum in lucem jam prodit.

Continentur eo episcopatus herbipolitani diplomata circiter CCLXX inde ab anno MCCCXIV usque ad annum MCCCXXXV, quo temporis spatio Gothofredus III. de Hohenlohe, Wolframus de Grumbach, denique Hermannus III. de Lichtenberg episcopi erant.

Diploma de confirmatione beneficii ecclesiastici simplicis in ecclesia parochiali Novae civitatis fundati, quod Wolframus episcopus altero die mensis martii anni MCCCXXVIII proposuit, ne hoc in volumen reciperemus, inde factum est, quod diploma ipsum intercidit, et apographum ab officiali curiae herbipolitanae die crastino Nicolai sive die 7 mensis decembris anni MCCCXXXVI factum sero nancti sumus. Jtem aliqua diplomata coenobium Coeliportae spectantia, quae idem episcopus annis MCCCXXX et MCCCXXXI proposuit, casu quodam praetermisimus. Qua de causa documentis illorum annorum haec quoque jam inserenda curabimus.

[redacted]

et dicti Hermanni precibus iustis et humilibus inclinati, in augmentum cultus diuini nominis, quem in ciuitate et dyocesi nostra vbilibet temporibus nostris semper augeri appetimus, eiusdem altaris donacionem approbamus ratificamus, et idem altare in beneficium ecclesiasticum auctoritate ordinaria presentibus confirmamus, omnia singulaque bona in quibuscumque rebus consistant cum quibus dictum altare dotatum est vel fuerit dotatum in posterum decernentes ex nunc et in antea fore bona ecclesiastica velud alia bona ecclesiarum et beneficiorum simplicium nostre ciuitatis et dyocesis, et eciam gaudere debere perpetim emunitate ecclesiastice libertatis, eximentes ea prorsus presentibus ab omni onere precarie et exactionis cuiusuis ac iugo cuiuslibet layce potestatis, ac statuentes exnunc quod huiusmodi altare de cetero per se vigore prelibate confirmacionis nostre existat beneficium ecclesiasticum perpetuis temporibus duraturum, et quod dictus Hermannus ad vitam suam per se ipsum vel alium sacerdotem ydoneum secularem jdem altare congruis temporibus — sine tamen preiudicio parrochialis sacerdotis ibidem — tenebitur officiare, et fructus ab eo prouenientes percipere interim poterit et debebit. Verum si idem Hermannus eo existente in hac vita dicto beneficio altaris renunciare decreuerit, ipsa renunciacione facta notorie, sacerdotem similiter secularem vel alium clericum vicinum sacerdocio ydoneum nobis vel nostris successoribus pro rectore dicti altaris quociens ipsum vacare contingerit ad investiendum eum per nos de dicto beneficio in omnem euentum tenebitur presentare. Eodem quoque Hermanno de hac luce subtracto, religiosus vir . . abbas monasterij in Billedehusen ordinis cysterciensis predicte dyocesis, patronus predicte parrochialis ecclesie in Brende, de cuius beneplacito et consensu presens procedit negocium, vel suus successor in abbacia quicumque pro tempore fuerit ad dictum altaris beneficium presentare tenebitur modo quo supra pro rectore personam ydoneam secularem existentem actu in sacerdocio quando et quociens ipsum vacare contigerit intra mensem a vacacionis tempore conputandum: alioquin post lapsum dicti mensis ad nos vel nostros successores pro illa vice dicti altaris prouisio deuoluetur.

Dicti quoque altaris rector nec in oblacionibus seu missarum comparacionibus in dicta ecclesia Noue ciuitatis seu eius cimiterio ibidem, ac eciam in testamentis faciendis in dicto loco per Christi fideles, juribusque funeralibus aut quibusuis aliis obuencionibus quibuscumque censeantur nominibus et ad ipsum parrochialem sacerdotem quocumque modo pertinentibus nichil iuris habere seu vendicare sibi debebit, nisi de dicti sacerdotis parrochialis gracia et licencia speciali. Et si secus fecerit, de premissis seu aliquo eorundem se quomodolibet intromittendo, in eisdem sibi vsurpatis temere fructus suos non faciat, et dominium non acquirat. Jn quibus omnibus et singulis rectoris dicti altaris conscienciam esse volumus oneratam, et quod nichilominus dicte parrochie sacerdos contra rectorem dicti altaris super restitucione predicto modo per eum perceptorum sibi facienda agere poterit coram judice competenti. Jdem quoque rector altaris in festiuitatibus Christi et sanctorum eius nec non diebus dominicis et aliis celebribus quibuscumque et in diebus rogacionum et aliis quibus portantur reliquie solito more ecclesie pro necessitate vniuersalis ecclesie diuinis officiis, scilicet vesperis matutinis et missis, ac processionibus vna cum parrochiali sacerdote interesse debebit, jndutus superplicio reuerenter: ad quam interessenciam, qua nobis et nostris successoribus tenebitur, in virtute sancte obediencie ipsum presentibus obligamus. Jtem rector dicti altaris debet singulis diebus cuiuslibet anni siue mensis, summis dumtaxat et omnium apostolorum festiuitatibus exceptis, missam dicere pro defunctis: et illa missa semper post primam et ante summam missam celebrabitur.

Nomina uero bonorum cum quibus dictum altare dotatum existit hec sunt. Jn territorio siue marchia ville Vrdorf: in monte dicto an der Fârtmûln quatuor jugera vinearum, quorum duo sunt vineis Hermanni de Gambûrg ab vna parte et Rudigeri in Vrdorf residentis ab altera confinata, et alia duo jugera vineis dicte Hofemannin in Vrdorf parte ab vna et magistri Theoderici coci comitis in Ascha ab altera confinant; jtem duo jugera sita an der Stûewe, vineis Gamburgin in Vrdorf et Aplonis Hundesuelt ibidem confinata; jtem vf den Vigestal

in vna pecia vnum juger quod dicitur an dem langen stricke, vineis Ottonis dicti Flans ab vna parte et Cunradi dicti Sundersfelt ab altera residencium in Sulcztal confinatum; jtem in monte dicto an dem Meydebrûn septem jugera, confinata vineis Bertoldi Schimelhart in Munrichstad et Cûnradi Huger dicti Roenecke in Widemerstal et Heinrici dicti Blûmelin in Bincenhusen; jtem an dem Barten duo jugera, confinata vineis Bertoldi dicti Manegolt in Ratershusen et Cunradi Roenecken in Widermestal; jtem in monte Schelmental in eadem marchia Vrdorf duo jugera, vineis Cunradi Gich in Sulcztal et Cunradi Salczhart in Vrdorf confinata. Jtem in marchia ville Sulcztal in monte an dem sybenden tria jugera, confinata vineis relicte Syfridi in Ramestal et Fryderici dicti hinder deme zehende hofe. Jtem in marchia ville Mûlbach in territorio Salczgev iuxta Nouam ciuitatem in monte dicto Aschirhang tercium dimidium juger, confinatum Cûnradi Surn et Cunradi Grinhunt. Jtem in marchia ville Heustrev in monte dicto Rotenhayn vnum juger, confinatum vineis Heinrici Ôstheim filii Bertoldi Mertin ciuis Noue ciuitatis et in superiori parte Gotfridi de Byschofesheim. Jtem in marchia ville Brende iuxta Nouam ciuitatem agri campestres siti in locis infrascriptis: primo duo agri siti sunt in campis dicti Tunczenhaugen, confinati agris Burckardi dicti Torwarte parte ab vna et Aplonis calcificis ab altera; jtem quatuor agri in marchia dicte ville Brende iuxta domum leprosorum, confinati agris Fryderici dicti Mulner ab vna parte et Hiltebrandi dicti Holczelin ab altera; jtem in marchia dicti opidi Nuwenstad in monte dicto Bleckesacker vnus ager, confinatus agris Fryderici dicti Forstmeister et Johannis dicti Kraft; jtem duo agri siti iuxta eundem montem confinati sunt agris Hermanni dicti de Vzleyben et Alberti dicti Gence; jtem medius ager, confinatus agris Cûnradi dicti Veter et Heinrici dicti Langore; jtem in marchia dicte ville Brende in campis dicti Graz decem agri, confinati ab vtraque parte aruis dictis wlgariter Eldern.

X

Jn premissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur presens jnstrumentum de premissis confectum sigilli nostri patrocinio vna cum sigillis . . abbatis et Hermannj predictorum iussimus communiri.

Nos uero exnunc . . abbas prelibati monasterij, necnon Hermannus rector ecclesie parrochialis in Brende predicte omnia et singula supra de nobis dicta recognoscimus certitudinaliter fore vera. Et in ampliorem eorundem certitudinem et testimonium inconuulsum nostra sigilla duximus presentibus appendenda.

Testes vero huius confirmacionis sunt: magister Johannes prothnotarius noster, Johannes eiusdem subnotarius, et magister Heinricus de Eschenwege. et quam plures alii fidedigni.

Actum et datum anno domini M°. CCC°. XXVIII°., VI° nonas marcj.

Has litteras ad fidem copiae edidimus quam officialis curiae herbipolensis „anno domini M°. CCC°. XXXVI°., jn crastino Nycolai" dedit, qui recognovit se vidisse et perlegisse hanc „litteram cum tribus sigillis cereis pendentibus —videlicet quondam domini Wolframi ecclesiae herbipolensis episcopi, domini . . abbatis monasterii in Billidehusen cysterciensis ordinis, et Hermanni rectoris ecclesie parrochialis in Brende eiusdem dyocesis -- sigillatam, omni suspicione carentem".

II.

1330, die 4. maji.

Wolframus episcopus dissensionem inter coenobium Coeliportae et judaeos quosdam herbipolenses exortam de cluacis in posteriore curiae zu vern Jten dictae parte sitis sedandam curat.

Jn nomine domini amen.

Nos Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum inter dilectas in Christo Elizabeth de

Grumbach, sororem nostram karissimam, abbatissam eiusque conuentum sanctimonialium cenobij ad Celiportam ordinis cysterciensis, ex vna, necnon Fyuelman de Vffenheim inhabitantem pronunc curiam dictam zu hern Pfrimen, Hannam de Byngen judeam, Abraham de Luterbach, Lazan Mosse de Grûnsfelt, et Abraham natum Gumperti de Crutheim, judeos nostros herbipolenses, parte ex altera, super numero et quantitate sellarum siue cluacarum pendencium in rygale siue meatum quod vulgo dicitur rygal qui ducit et est retro a posteriori parte curie zv vern Jten fuisset suscitata questionis siue dissensionis materia, et coram nobis inter et per easdem partes aliquamdiu*) agitata — tandem ad mandatum nostrum speciale per juratas

*) Litterarum huc spectantium, die 18 mensis novembris anni 1328 exhibitarum, e quibus officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea suspensum est, tenor hic est:

Jn nomine domini amen.

Cum propter labilem hominum memoriam ipsorumque mortalitatem gesta rerum et actuum qualitates in obliuionis caligine a veritatis linea vt frequencius prolabentur, propterea nos Kunnegundis abbatissa et conuentus monasterij Celiporte [tenore presencium protestamur, quod — cum inter nos] ex vna, et Kyrsam de Kyzzingen, Abraham de Wimar, ac . . judeum residentem in curia zu hern Pfrîmen, judeos herbipolenses, ex parte altera, super numero et quantitate sellarum siue cloacarum pendencium in rygale siue meatum quod wlgo dicitur rygal, qui ducit et est retro a posteriori parte retro curiam zu virn Nytin, hinc inde coram examine capitolij siue consilij herbipolensis et alibi contencio verteretur — tandem ad preceptum presidencium in dicto capitolio seu palacij consilio per iuratas et ad hoc statutas certas personas, videlicet discretos viros magistrum Ludewicum carpentarium, Marquardum Becheler, Fridericum lapicidam, et Bertholdum lapicidam, dicta contencio et dubitacionis scrupulum secundum dictorum juratorum discrecionem et diffinicionem iuxta ius consuetudinarium municipale ciuitatis herbipolensis, nobis vtrimque placenter consencientibus et assencientibus, fuit et est taliter diffinitum, et dictorum juratorum examine diiudicatum: videlicet quod hospicium supradicti Kyrsan, quod olim duo hospicia sui amplitudine continebat,

et ad hoc statutas certas personas, videlicet magistrum Ludewicum carpentarium, Marquardum Becheler, Fridericum et Bertoldum lapicidas, dicta questionis siue dissensionis materia

---

habere potest duas sellas [seu] cloacas in rygale predictum, Abraham vero de Wimar eiusque domus vnam dumtaxat sellam seu cloacam pendentem habere potest huiusmodi in rygale, curia vero pretacta zu vern Nytin ex antiquo iure et consuetudinario et amplitudine terminorum ipsius curie duas sellas siue sedes inmissas in ipsum rygale habere potest et debet ex debito racionis; domus autem siue curia dicta zu hern Pfrîmen (quam nunc judei inhabitant) nullam de iure vel consuetudine inibi sellam vel cloacam habere debet in rygale seu stillicidium memoratum: jnmo istam sedem et cloacam quam nunc de facto habent ibidem judei dictam curiam Pfrîmin inhabitantes inmissam in rygale pretactum predicti jurati et ad hoc vt supra dicitur deputati dampnauerunt et deponendum iniudicarunt: jnmo ibidem fore non debere ex ipsa curia Pfrîmin nec de iure consuetudine vel defacto super ipsorum iuramenta prestita municipio racione sui officij iudicarunt; statuentes et ex debito racionis ac omnium nostrum predictorum quorum interest consensu ordinantes, vt quocienscumque et quandocumque necessitas ingruerit purgandi et reformandi rygale siue meatum sepedictum, hoc magister dicte curie zu ver Nytin et judei predicti habentes sellas in rygale pendentes, vt supradictum est, mox fieri procurabunt et procurare debent expensis communibus, sic quod ipsi judei tres partes, et magister curie quartam partem expensarum huiusmodi ministrabunt; sepedictum etiam rygale ab anteriori parte meatus versus curiam longi Conradi appertum esse debet secundum quod fieri consweuit inibi hactenus ab antiquo.

Nos vero Ludewicus carpentarius, Marquardus Bacheler, Fridericus lapicida, Bertholdus lapicida, jurati predicti, recognoscimus et profitemur, supradicta acta fore pro vt superius enarratur.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium et euidenciam sigillum honorabilis viri domini .'. officialis curie herbipolensis ad preces nostras, parcium videlicet vtrarumque, vna cum sigillo monasterij Celiporte presentibus sunt appensa.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octauo, feria sexta ante diem beate Cecilie virginis; et actum presentibus magistro Henrico conuerso dicti monasterij, fratre Henrico Nuernberger, Kůnone Sylberlin, Sygelone vinimensore, Sůzmanno judeo, et pluribus fidedignis.

publice in nostri presencia terminata extitit in hunc modum: videlicet quod Fyuelman predictus sedem illam sev cluacam quam decetero de curia sua zu hern Pfrymen in ipsum rygale habere poterit purgari siue mundari procurabit vsque ad sedem proximam et contiguam sibi inmediate suis tantum sumptibus et expensis. sicque dictam suam sellam sev sedem quo ad pauimentum eius inantea seruare debebit quod ex ea curie supradicte zu vern Jten nec in cellario nec alias in muro suo nullum in posterum dampnum siue periculum generetur. Hoc ipsum facient et facere debebunt in perpetuum in ipsa curia zu hern Pfrimen memorati Fyuelman successores. Reliqne vero curie siue domus sellas sev sedes inmissas in ipsum rygale habentes, quandocumque et quocienscumque necessitas ingruerit purgandi et reformandi rygale siue meatum antedictum, hoc fieri procurabunt et procurare debent, et cum ipsis Fiuelman sepedictus aut qui dictam curiam suam pro tempore inhabitauerint communibus expensis. sic quod ijdem tres partes, et pro tempore inhabitans curiam zu vern Yten quartam partem expensarum huiusmodi ministrabit.

Preterea antedicti jurati diffiniendo concorditer pronunciarunt, quod sepedicti judei ac js qui sepefatam curiam zu hern Pfrimen pro tempore inhabitat vnum meatum subterraneum, tole vulgariter dictum, qui ipsius rygalis sev cluacarum inmundiciam deducere ac deportare ad Mogi flumen poterit. absque vlla curie zu vern Yten et vicinorum aliorum ibidem omni contribucione facient et fieri de nouo procurabunt suis tantummodo sumptibus et expensis.

Jn euidenciam quoque omnium premissorum et singulorum testimonium ac robur perpetuum has litteras fecimus ex certa sciencia nostri sigilli munimine consignari.

Datum et actum Herbipoli, anno domini M°. CCC°. tricesimo, feria sexta in crastino jnuencionis sancte crucis.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

III.

1330, die 21. necnon die 27. julii.

Judicium saeculare wirziburgense coenobio Coeliportae possessionem bonorum quorundam in Himelstat sitorum confirmat.

Nos Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod sub anno domini M° CCC° tricesimo, sabbato in vigilia beate Marie Magdalene, honorabiles viri Heinricus de Wechmar et Rudolfus de Rotensteyn scolasticus, ecclesie nostre canonici, ceterique consules nostri, in pallacio nostro per nos deputati, nobis in figura judicij ex parte virorum prouidorum Rycholfi de Fuhstat et Swikeri fratruelis eiusdem grauj proponebant cum querela, quod per dilectas in Christo . . abbatissam et conuentum sanctimonialium cenobij ad Celi portam ordinis cysterciensis prope muros nostros herbipolenses de suorum bonorum possessione, videlicet vnius allodij et duorum mansorum in villa et marchia Himelstat sitorum, eiecti violenter ac contra jus et racionis debitum extitissent.

Nos itaque de ipsorum consiliariorum necnon ministerialium ecclesie nostre militum consilio, dictis Richolfo et Swikero tunc coram nobis, ac eciam fratre . . dicto Nuremberg conuerso dicti cenobij magistro presentibus et concorditer assencientibus, abbatisse et conuentuj predictis terminum — videlicet sextam feriam proximam post festum beati Jacobi apostoli pro cognicione dictarum causarum hincinde duximus deputandum.

Quo termino veniente, partes predicte se (vt iamdictum est) nostro in figura judicij aspectui presentantes, receptisque per ipsas vtrobique aduocatis militibus mynisterialibus nostris iuxta consuetudinem nostri judicij secularis, ac habitis diuersimode verbis hinc et inde per eosdem, tamdem nos (prout terminus inter ipsas tunc requirebat) Richolfo et Swikero antedictis de . . abbatissa et

eius conuentu prelibatis super suis actionibus exhibuimus expedite iusticie complementum. qui easdem se nolle impetere publice asserebant.

Super quo iuxta nostram requisicionem milites mynisteriales nostri infrascripti sentenciarunt. . . abbatissam et eius conuentum memoratas debere quodammodo in sua possessione quiete et pacifice iuxta continenciam prioris recessus ipsis per nos dati *) remanere.

---

*) Qui quidem jam intercidisse videtur. Fortassis litterarum hanc causam spectantium, die 5 mensis julii anni 1331 exhibitarum, tribus quondam quae jam perierunt sigillis fasciis membranaceis suspensis munitarum, hic meminisse juvat:

In nomine domini amen.

Nos Elizabeth abbatissa cum conuentu monasterii Celiporte prope ciuitatem herbipolensem, necnon nos Richolfus de Fůchstad armiger et Husa coniuges, et Swikerus armiger de Fůchstad ac Guta coniuges recognoscimus ac presentibus publice profitemur, quod — cum inter predictas abbatissam et conuentum ex vna necnon Richolfum et Swikerum armigeros prenotatos parte ex altera tam in judicio quam extra iudicium super bonis et rebus infra scriptis inter nos hinc inde questiones et discensiones multipliciter tractarentur tandem, mediantibus bonis viris et discretis, domino . . pincerna . . custode ecclesie herbipolensis, necnon strennuis viris Ebirhardo de Grumbach et Bertoldo de Heytingisuelt militibus, de consensu parcium hinc inde predictarum dicta contencio in hunc modum decisa extitit et sopita: primo videlicet quod allodium dictum fůchstatir vorwerg et mansus dictus Hedewige hůbe (alias dicta Vbilherns hůbe) cum vtrisque suis pertinenciis, sita in villa et in marchia Himilstat, que quidem bona ad dominam abbatissam et conuentum predictos ab antiquo pleno iure dominij pertinebant et pertinent, et que predictum monasterium coram domino . . officiali curie herbipolensis ac eciam coram reuerendo patre domino Wolframo de Grumbach episcopo herbipolensi per diffinitiuas sentencias obtinuerat, et in possessionem eorundem bonorum dicte sanctimoniales et ipsarum monasterium auctoritate dicti . . dominj episcopi misse erant; necnon cetera omnia et singula bona et iura alia si que nos predicti armigeri hactenus habebamus nobisque ac heredibus nostris competencia, sita et existencia in dictis villa et marchia Himilstat,

XVI

Et sic a judicio coram nobis est recessum.

Datum et actum anno et die prenotatis; presentibus honorabilibus viris Bertholdo de Grumbach germano nostro dilecto, Heinrico

---

quesita et inquisita, quocumque nomine nuncupentur, scilicet in villa nemoribus et in campis; necnon tria iugera vineti sita ame langen virst predicte ville marchie, que colit Henricus dictus Kornyr de Karlstat, super quibus eciam fuit questio inter monasterium et Hinricum de Himilstat armigerum coram dicto . . domino officiali, et omne nobis ius competens in eisdem racione directi dominij siue vtilis aut iuris hereditarij vel alio quouis iure resignauimus et presentibus resignamus, a nobis quoque heredibus et coheredibus penitus abdicamus, ipsa quoque bona et iura de quibus supradicitur cum bonis censibus et iuribus de quibus infra dicitur, exceptis quibusdam paucis infra scriptis, dicto monasterio tradimus et dimittimus penitus absoluta, sic eciam quod ipse sanctimoniales et monasterium eadem bona iura et census supra et infra descripta (preter illa pauca, ut iam predictum est) et specialiter illa bona prenominata que hactenus ipsum monasterium habuit in possessione seu quasi esse debent de cetero in dominio directo et vtili ac proprietate sanctimonialium et monasterii de cetero predictarum, preter vinetum quod situm est ame hûrche apud verin stûcke, quod non ad monasterium sed ad nos pertinet ab antiquo.

Verum autem censum trium solidorum hallensium, procedentem de quodam iugere vinetj siti ame langin virste, quod colit Schûpphe leibis sûn, necnon censum trium pullorum, procedentem de quodam iugere vineti siti jme stetirloche, quos census hactenus habebamus, dictis autem sanctimonialibus ad ipsarum monasterium dicentibus pertinere, huius discordie noticiam rusticorum seniorum in villa Himilstat, ad quem pocius ex antiquo et iuste pertinere debeant, diffinicioni seu assercioni iuratorie subicere nos volumus et subicimus per presentes.

Preterea alia quecumque bona et iura mobilia et inmobilia, siue sint propria censualia siue hereditaria, nobis predictis armigeris et coheredibus ac heredibus nostris competencia, cum nostris vxoribus memoratis ore manu et calamo ut moris est manibus coadunatis resignauimus, et eciam supra scripta monasterio memorato a nobis eadem penitus abdicamus.

Promittentes fide data et promittimus in hiis scriptis pro omnibus nostris in dictis bonis coheredibus se asserentibus, et specialiter pro Goltsteyno Heremita fratre mej Richolfi et eiusdem pueris, de

de Wechmar, Heinrico de Reynstein seniore, Rudolfo de Rotenstein, Friderico de Schrotsperg, Rudolfo de Wertheim comite, et Lupoldo

---

euictione et inpeticione forsan inposterum faciendis super bonis censibus et iuribus prenominatis in judicio cauere, monasteriumque defendere bona fide, ac penitus disbrigare, si iidem presumerent cum violencia et inordinata potencia super dictis bonis monasterium inpulsare, ad cuius resistenciam non posse nus, promittentes omnes et singuli coniuges prenotati fidedata ut predicitur, omnia et singula prenarrata rata et firma seruare defendere tenere, nec dare aliis aut amicis nostris opem vel operam consilium uel auxilium super inpeticione molestacione ac vendicacione bonorum ac iurium et censuum dicti monasterii prescriptorum publice uel occulte, profitentes sub fide data ut premittitur prenominata bona esse mere proprietaria et monasterii predicti, nec aliquod feudum [nos] in eis habuisse aut habere uelle in posterum quoquomodo.

Insuper recognoscimus, singulas litteras seu instrumenta que super eisdem bonis habemus monasterio resignasse. Et si quas adhuc habeamus ac in posterum jnuenerimus, hiis presentibus renunciamus, nec vti eis uolumus in judicio siue extra.

Recognoscimus insuper, a dictis sanctimonialibus ac monasterio redimentibus suam vexacionem occasione presentis conposicionis et ordinacionis centum libras hallensium datiuorum numerate pecunie integre percepisse.

Et sic omnes contenciones et discensiones inter monasterium et predictos armigeros ac coheredes ac heredes ipsorum eciam qualitercumque exnunc et in futurum est et esse debet penitus suffocata.

In quorum dictorum omnium et singulorum testimonium sigillum honorabilis virj domini . . officialis curie herbipolensis ad preces nostrum parcium predictarum vna cum sigillis propriis presentibus sunt appensa.

Nos igitur . . officialis predictus sigillum nostrum ad peticionem dictarum parcium vtrimque recognoscimus ex certa nostra sciencia presentibus appendisse.

Actum anno domini M° CCC° XXX° primo, feria sexta ante diem beati Kilianj; presentibus magistro Ebirhardo tabellione curie predicte, fratre Henrico dicto Zirkil, magistro Conrado de Moguncia, aduocato ibidem, Bertoldo de Grumbach armigero, fratre Henrico dicto Norinberg, magistro monasterii, Johanne de Randisackir armigero, Gotzone prebendario dicti monasterii, et pluribus fidedignis.

Superscripcionem interlinealem positam super dictione „fe[u]dum“ [scilicet: nos] presentibus approbamus.

de Bebemburg, ecclesie nostre canonicis; necnon viro nobili Rudolfo comite de Wertheim; ac eciam viris strennuis Reynhardo de Hartheim, Kvnone dicto vom Rebestocke, Heinrico dicto Wide, Hiltbrando de Sauwensheim, Andrea de Tungeden, Heinrico pincerna, Friderico de Grümbach, Helmbrico de Steynfelt, Ber[toldo] de Lynach, Rudegero de Lynach, Heinrico dicto Eckelin, et Engelhardo dicto Vende, militibus ministerialibus nostris, testibus; ac alijs pluribus fidedignis.

Judicii saecularis sive quod dicunt „ad causas" sigilli fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensi pars dextera magnam partem periit. Partis sinistrae legenda exterior: JUDICAT. ENSE. STOLA; legenda interior: EPiscopI. HERBIPOLENSIS.

IV.

1331, die 19. januarii.

Wolframus episcopus ob favorem specialem quo abbatissam et conventum sanctimonialium monasterii in Coeliporta ordinis cisterciensis dioecesis herbipolensis ac ipsum monasterium sincere prosequitur Helmannum dictum Scheufer de Himelstat qui exnunc ipsarum est opilio in Himelstat et Alheidim conjuges eisdem sanctimonialibus ac ipsarum monasterio praenotato in jus et proprietatem ac servitutem perpetuam donat, eximens exnunc eosdem conjuges ut perpetuis temporibus a solutione precariae vini panni sive alterius stůrae cujuscumque et aliorum servitiorum quorumlibet quae ipsis conjugibus imponi consueverunt huc usque et quae ipsi dictaeque ecclesiae herbipolensi per eos sunt hactenus exhibita sive facta sint liberi et soluti.

Actum et datum Herbipoli, anno domini M°. CCC°. XXX° primo, sabbato ante festum sanctorum Fabiani et Sebastiani martyrum, pontificatus anno septimo.

Wolframi episcopi sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

V.

1331, die 16. novembris.

Wolframus episcopus — cum felicis recordationis quondam Manegoldus olim ecclesiae herbipolensis episcopus praedecessor piscariam illam in alveo Mogi prope Himelstat, extendentem se a loco dicto zu dem Spiche prope capellam ibidem usque in fossam dictam zu dem tieffen graben, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis, solventem singulis annis octo servitia piscium, quorum quodlibet ad octo denarios herbipolenses se extendit, tunc a quondam Sintramo de Karlstat, qui illam ab ecclesia herbipolensi praedicta in feodum hereditarium tenuerat pro servitiis memoratis, in ipsius praedecessoris manibus libere resignatam, abbatissae et conventui sanctimonialium coenobii de Coeliporta cisterciensis ordinis herbipolensis dioecesis pro decem cum dimidia libris denariorum herbipolensis monetae sibi tunc in parata et numerata pecunia persolutis suis patentibus litteris obligarit, ita quod eaedem sanctimoniales piscariam praetactam cum servitiis praelibatis tamdiu habere percipere et ea uti libere deberent quousque de dictis servitiis sortem perceperint principalem: postquam autem dictae sanctimoniales de dicta piscaria sortem perciperent ut praefertur, extunc eandem piscariam (quam etiam dictus praedecessor ipsis jure hereditario tunc contulit) deinceps perpetuo habere deberent pro servitiis memoratis sibi successoribus et ecclesiae herbipolensi annis singulis in antea persolvendis, ut eo commodius et liberius divino cultui intendere valeant et vacare, prout haec omnia in dicti praedecessoris litteris desuper confectis vidit contineri; verum cum dictae sanctimoniales de praedicta piscaria jamdudum sortem receperint principalem — dicti praedecessoris vestigiis inhaerere volens, ac collationem per ipsum de memorata piscaria dictis sanctimonialibus et earum coenobio factam

ratam habens et gratam, ipsam piscariam de novo eisdem sanctimonialibus jure hereditario deinceps habendam perpetuo confert, sic quod ipsi successoribus et ecclesiae herbipolensi praedictae deinceps annuatim satisfaciant de servitiis memoratis, ut ipsae divino cultui et his quae ad ejus decorem spectant eo liberius et commodius intendere valeant et vacare.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCCo XXXo primo, XVIo kalendas decembris.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

Manegoldi episcopi quarum mentio facta est litteras, die 25 mensis martii anni 1302 exhibitas, in monum. boic. nov. collect. vol. XI sub num. CLXIII pag. 277 et 278 edidimus. Ottonis episcopi quod l. l. vol. XIII sub num. VII pag. 10 et 11 sequetur documentum, die 6 mensis octobris anni 1335 datum, huc conferri potest.

Ratio, quam in edendis diplomatibus secuti sumus, plane eadem est, quam in praefatione antecedentis voluminis exposuimus.

Denique ne cui mirum videatur, quod non fine anni MCCCXXXIV aut MCCCXXXV hoc volumen concludendum curavimus, diplomata Ottonis II de Wolfskel episcopi omnia, praeter duo die 6 mensis augusti anni MCCCXXXIII et die 17 mensis julii anni MCCCXXXV scripta et hoc volumine jam in lucem emissa, uno volumine comprehendere voluimus.

Monachii, idibus decembribus MDCCCLXVIII.

Monumenta

episcopatus wirziburgensis.



I.

1314, die 4. januarii.

Heinricus dictus de Altheim, Hedewigis uxor ejus, et Agnes soror jamdictae Hedewigis, cives herbipolenses, justo venditionis titulo bona sua in inferiori Blechvelt sita et in ejus marchia cum universalibus eorum pertinentiis et juribus quaesitis et non quaesitis, quae quidem bona colit Conradus filius Aplonis de Mulhusen, nobili viro domino Ulrico de Kirchberg custodi et archidiacono herbipolensi ementi et recipienti pro se et suis heredibus universis legitimis et legatariis pro pretio centum viginti et unius librarum ac decem solidorum hallensium tradunt, quod quidem pretium se in numerata pecunia ab eodem domino Ulrico recepisse et in usus suos necessarios convertisse recognoscunt, abdicantes a se et suis heredibus manibus coadunatis omne jus quod sibi in dictis bonis competebat, ipsum jus et bona in praefatum dominum Ulricum transferentes et in eorum possessionem eundem ducentes, promittentes eidem domino Ul(rico) warandiam facere de bonis praedictis secundum jus et bonam terrae consuetudinem.

Testes praemissorum sunt honorabiles viri: dominus Conradus de Nidecke archidiaconus, dominus Eberhardus de Ridern canonicus ecclesiae herbipolensis majoris, magister Conradus sacerdos officialis dicti domini comitis Ulrici canonicus ecclesiae novi monasterii, et Rudolfus cellerarius jamdicti domini Ulrici, et alii quam plures fidedigni.

Datum et actum anno domini M°·CCC°·XIIII°·, feria sexta post circumcisionem ejusdem.

Sigilli officialis curiae herbipolensis quondam fascia membranacea ex his litteris suspensi jam nihil superest.

II.

1314, die 7. januarii.

Ecclesiae herbipolensis capitulum necnon ecclesiae et conventus civitatis herbipolensis unionem ecclesiarum et clericorum maguntinae dioecesis et provinciae pro defensione et excusatione ab exactione decimae reddituum et proventuum ecclesiasticorum in concilio viennensi impositae factam ratam habentes in majorem ejus firmitatem magistrum Johannem de Sulzebach advocatum curiae herbipolensis syndicum suum et nuntium specialem constituunt.

Honorabilibus viris dominis domino . . decano et capitulo ecclesie moguntine necnon ceteris . . decanis . . capitulis . . prelatis . . abbatibus et . . conuentibus ecclesiarum secularium et regularium infra et prope muros moguntinos . . prepositi . . decani . . prelati et . . capitula maioris et sancti Johannis in Hauge extra ac noui monasterij infra muros herbipolenses ecclesiarum necnon abbates et conuentus sancti Burchardi sancti Stephani et sancti Jacobi monasteriorum infra et prope muros iam dictos quicquid poterunt obsequii et honoris.

Vestram honorificentiam ac omnes quorum interest noscere cupimus per presentes, quod in maiori ecclesia herbipolensi super subscriptis articulis specialiter more solito conuocati prouida et matura deliberacione prehabita ratificauimus ac per presentes lau-

amus et ratificamus quidquid prouidi viri .. officialis curie herbipolensis et plebanus sancti Petri in Sande infra muros herbipolenses, procuratores recolende memorie dominj Andree episcopi herbipolensis nuper defuncti, de vnione vestrarum et omnium ecclesiarum et clericorum dyocesis et prouincie moguntine pro defensione et excusacione inposicionis ac exactionis decime per sanctissimum in Christo patrem ac dominum dominum Clementem papam quintum in suo concilio Vienne per ipsum proxime celebrato clericis et ecclesiis per vniuersum mundum vt dicitur inposite vobiscum et cum .. procuratoribus aliarum suffraganearum ecclesiarum .. prelatorum .. capitulorum et conuentuum ac cleri prouincie moguntine nomine nostro tractauerunt ordinauerunt ac communi consilio deliberauerunt.

Ad maiorem vero firmitatem dicte vnionis constituimus facimus ac ordinamus discretum virum magistrum Johannem de Sulzebach, aduocatum curie herbipolensis supradicte et rectorem ecclesie in Karbach, nostrum syndicum procuratorem defensorem et nuncium specialem, dantes sibi potestatem nos nostras ecclesias ac omnes alias ecclesias monasteria ac pia loca non exempta ac vniuersum clerum ciuitatis et dyocesis nostre non exemptum immo nos nostrasque ecclesias ac monasteria nomine eorum ac pro ipsis vniendi consentiendi conformandi et astringendi vobis vestrisque ecclesiis ac vniuersis aliis ecclesiis ac monasteriis et clero ciuitatis dyocesis ac prouincie moguntine ad excusandum defendendum nos inuicem a solucione prefate decime conmunibus et mutuis censiliis auxiliis nunciis laboribus et expensis, et specialiter ad astringendum vt si quem vel aliquos ex dyocesi vel prouincia moguntina hinc nostre vnionj inclusum seu inclusos cuiuscumque status existant vel existat occasione prefati negocij decimalis suspendi exconmunicari seu interdici, dignitate personatu vel beneficio quocumque priuari, vel aliter turbari offendi vel molestari contingat specialiter conmuniter vel diuisim, nos hiis vel illis conmuniter cum aliis fideliter assistere [debeamus] vt reddantur et conseruentur indempnes, nec substituti vel subrogati in locum et beneficia ipsorum si qui fuerint pro prelatis beneficialis canonicis seu confratribus aut beneficiorum eorundem recto-

ribus pastoribus seu vicariis habeantur, sed tamquam intrusi et occupatores huiusmodj locorum et beneficiorum ac velutj menbra putrida a cleri consorcio resecentur.

Hanc tamen vnionem que ex fonte caritatis procedit non in cuiusquam iniuriam fierj intendimus nec volumus, nec ad resistendum sacrosancte romane ecclesie a cuius beneplacitis nulla patiemur temeritate diuelli, sed defensionis nostre vigorem supplicacionibus appellacionibus prouocacionibus et modis aliis [quibus] possimus fructuosius procurando, dantes sibi nichilominus potestatem et mandatum speciale prestandi in animas singulorum nostrorum sollempniter iuramentum predictam vnionem ac omnes articulos in ea contentos vobiscum ac cum aliis ecclesiis ac monasteriis capitulis conuentibus ac cuncto clero ciuitatis dyocesis et prouincie moguntine tenere adinplere et inuiolabiliter obseruare.

Jnsuper eidem damus potestatem et mandatum, nomine nostro causis racion[abil]ibus veris et probabilibus interpositis et expositis supplicandi collectori seu collectoribus eiusdem decime si qui instituti sunt ad presens vel postmodum instituentur ad desistendum ab exactione decime memorate, et ab eodem et eisdem si sibi expediens videbitur appellandum, et omnia et singula faciendi que in premissis et circa premissa fuerint oportuna.

Jn quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem sigillum honorabilis viri dominj . . officialis curie herbipolensis supratacti, cum absque difficultate nostrorum omnium sigilla apponj non potuerint, presentibus ad nostram instanciam est appensum. Nos quoque officialis curie iam dicte premissa omnia vera et in nostra presentia fore acta recognoscimus, nostrum quoque sigillum ad preces supradictorum dominorum capitulorum et conuentuum presentibus appendisse.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XIIII°·, VII°· jdus januarij.

Hoc documentum ad exemplaris fidem imprimi jussimus quod a judicibus sanctae maguntinae sedis est „datum per copiam sub anno domini M°·CCC°·XIIII°, XIIII°· kalendas februarii.“

Ideo litterae wirziburgenses *VII° jdus februarii*, quem diem in documento modo laudato scriptum invenimus, datae esse non possunt. Quare legendum esse putavimus: *VII° jdus januarij*.

Quod in monumentorum boicorum novae collectionis volumine antecedente pag. 551—554 edidimus documentum, die 23 mensis decembris anni 1313 exhibitum, huc conferri potest. Nec minus quae modo sub num. III sequentur litterae.

III.

1314, mense januario?

Abbatissa totusque conventus monasterii sanctimonialium beatae Afrae extra muros herbipolenses — cum praepositus decanus et capitulum majoris, sancti Johannis in Houge et novi monasterii . . decani et capitula ecclesiarum, . . abbates sancti Burkardi sancti Stephani et sancti Jacobi Scothorum civitatis herbipolensis super negotio decimae reddituum et proventuum ecclesiasticorum nuper ut dicitur in generali concillo proxime celebrato Viennae per sanctissimum in Christo patrem dominum Clementem summum pontificem impositae discretum virum magistrum Johannem de Sulzbach rectorem parrochialis ecclesiae in Karbach pro se et pro omnibus et singulis aliarum ecclesiarum praelatis capitulis conventibus collegiis ecclesiis et clero civitatis et dioecesis herbipolensium, interveniente consensu et auctoritate venerabilis patris ac domini Andreae episcopi herbipolensis, suum constituerint et ordinaverint legitime syndicum procuratorem et defensorem ad constringendum se in conformi unitate et societate honorabilibus viris ac dominis majoris et aliarum ecclesiarum praelatis capitulis conventibus collegiis ecclesiis et clero civitatis dioecesis et provinciae moguntinae vel syndicis seu procuratoribus eorundem super relevatione solutionis hujusmodi

decimae, et ad excusandum defendendum sese adinvicem a solutione praefatae decimae communibus et mutuis omnibus consiliis auxiliis nuntiis laboribus et expensis ipsorum, necnon aliis defensionibus quibuscumque, et ad fideliter assistendum omnibus et singulis, et ad conservandum indemnes omnes et singulos quos occasione hujusmodi negotii decimalis sententias suspensionis excommunicationis interdicti seu privationis seu alias turbationes vel damna qualitercumque communiter vel divisim contingeret sustinere, ad jurandum etiam in suam et singulorum animas, et ad promittendum supradictis syndicis vel procuratoribus ecclesiarum et provinciae moguntinae omnia et singula adimplere ut est praemissum et inviolabiliter observare, et ad supplicandum collectoribus hujusmodi decimae si qui jam sunt seu deputati fuerint in futurum et exponendum eisdem causas relevationis a praestatione hujusmodi decimae, et ad appellandum apostolos petendum necnon ad appellationem prosequendum pro omnibus et singulis quotiens fuerit hoc necesse, necnon ad omnia faciendum quae circa praemissa fuerint opportuna, prout in instrumento syndicatus seu procurationis super hoc confecto plenius continetur — ordinationem et constitutionem syndici seu procuratoris praefati praelatorum ac ecclesiarum et cleri civitatis et dioecesis herbipolensium tam utiliter ac salubriter ut praemittitur factam ratam et gratam habentes, eandem ordinationem cum omnibus et singulis suprascriptis articulis prout in instrumento syndicatus et procurationis plenius continetur laudant ratificant ac ex certa scientia approbant, ad omnium eorundem inviolabilem observantiam se astringentes.

Sigillum monasterii s. Afrae fascia membranacea ex sinistra hujus documenti parte suspensum integrum est. Ex altera fascia membranacea in dextera litterarum parte dependente sigillum unquam suspensum fuisse non videtur.

Quod in monumentorum boicorum novae collectionis volumine antecedente pag. 551—554 edidimus documentum, die 23 mensis decembris anni 1313 exhibitum, huc conferri potest. Nec minus quae modo sub num. II pag. 2—4 publici juris factae sunt litterae.

IV.

1314, die 9. aprilis.

Ecclesiae maguntinae capitulum litteras unionem modo dictam spectantes ad capitulum majus et alias ecclesias civitatis wirziburgensis dirigit.

Honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo maioris, et aliarum ecclesiarum ciuitatis herbipolensis . . decanis et capitulis, . . decanus . . cantor totumque capitulum ecclesie moguntine salutem et sincere dilectionis plenitudinem cum affectu.

Prouidencie vestre presentibus duximus intimandum, quod promocionem et defensionem negocij decimarum per dyocesim et provinciam moguntinam venerabilis in Christo pater et dominus dominus Vitalis cardinalis sibi assumpsit defendendam, et eciam alios bonos et vtiles in dicto negocio habemus et habebimus in romana curia promotores. Cuius domini Vitalis cardinalis littere nobis super hiis per ipsum transmisse copiam vobis transmittimus presencium per latorem.

Verum quia nostri collectores dilacionem vlteriorem dare nobis denegarunt, appellacionem legittimam interposuimus coram ipsis, cuius copiam — vt et vos idem coram vestris . . collectoribus faciatis — vobis transmittimus similiter presencium per latorem.

Preterea, quia pecunia alias inposita iam penitus est consumpta, et alia requiritur in instanti mittenda danda et propinanda dominis et promotoribus negocij supradicti, rogamus attente, vt tantam pecuniam quantam contribuistis alias sicut scitis infra hinc et festum beati Johannis baptiste modis omnibus transmittatis, sicut decretum est matura deliberacione prehabita per . . prelatos tocius cleri ciui-

tatis moguntine. Speramus enim bonam graciam in curia romana consequi, domino concedente, dummodo nos omnes de prouincia sicut promisimus esse velimus vnanimes et constantes, sciturі quod de pecunia collecta per dyocesim moguntinam pro negocio predicto communi mutuauimus trecentos florenos, quos ad presens transmittimus procuratoribus ad curiam, quousque maior pecunia collecta per prouinciam habeatur.

Hec etiam noueritis nos aliis dyocesibus demandasse.

Datum sub sigillo ecclesie nostre ad causas, anno domini M°CCC°XIIII°, XIII° kalendas maij.

Hujus sigilli quondam fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensi jam nihil superest.

V.

1315, die 24. januarii.

Hedwigis relicta quondam Hiltbrandi de Sauwenshein ad universorum quorum interest notitiam cupit pervenire, quod inclitae recordationis conturalis de ipsius consensu legavit et tradidit pro se et omnibus heredibus suis Jutam uxorem Herbordi de Walmarspach ipsis jure proprietatis astrictam cum omni sobole et germanis suis ad altare sancti Kiliani majoris ecclesiae herbipolensis absolute et simpliciter propter deum, sic quod Juta praedicta habere non debet ullum advocatum seu dominum alium quam provisores ecclesiae supradictae.

Datum anno domini millesimo trecentesimo XV°, IX° kalendas februarii.

Legenda pars sinistra sigilli Hedwigis dictae fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensi deciti.

Monumenta

episcopatus wirziburgensis.

VII.

1315, die 17. aprilis.

Coenobium s. Marci dominium directum curiae suae in Gundersleyben sitae Goltsteino de Ryedern ecclesiae herbipolensis decano et archidiacono vendit.

Nos Agnes dicta Weybelerin priorissa et conuentus sanctimonialium cenobii sancti Marci extra muros herbipolenses notum esse cupimus vniuersis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis, quod habitis inter nos tractatibus pluribus et diuersis consilio conmunicato prudentum — quia curia nostra sita in Gundersleyben, cum suis pertinenciis et juribus locata strennuo viro Heinrico dicto Wieden armigero Tuteche vxori sue et heredibus eorundem pro quatuordecim maldris siliginis sex maldris auene mensure herbipolensis et vna ac dimidia libra cere nomine pensionis annue siue census, cenobio nostro extitit minus vtilis immo onerosa, sicut omnes insimul et singulariter singuli presentibus profitemur — obseruata sollempnitate iuris quam canones circa alienacionem rerum ecclesiasticarum siue monasteriorum precipiunt obseruari, directum dominium predicte curie cum suis pertinenciis et juribus (que Heinrico dicto Wiede Tuteche vxori sue et eorum heredibus sunt pro pensione predicta locata) vendidimus et tradidimus necnon iusto vendicionis titulo vendimus et tradimus per presentes honorabili viro domino Goltsteino de Ryedern decano et archidiacono ecclesie herbipolensis ementi et recipienti pro se et suis successoribus vniuersis pro precio sexaginta librarum et triginta solidorum hallensium, quod quidem precium recognoscimus nos in parata et numerata pecunia integre habuisse recepisse ac in

vsus nostros nostrique cenobii vtiles et necessarios conuertisse, renunciantes excepcioni non numerate non habite et non solute pecunie, actioni doli mali, beneficio restitucionis in integrum. Promittimus nichilominus non agere ad iusti precii supplementum, si minoris hec nostra vendicio inposterum videatur. Et specialiter iuri dicenti generalem renunciacionem non valere, necnon omnibus aliis excepcionibus defensionibus seu cautelis positis in iure canonico seu ciuili, ac omnibus graciis et priuilegiis nobis et nostro cenobio a sede apostolica et ab aliis principibus quibuscumque concessis seu imposterum concedendis per que ipse contractus aut aliquid in eo contentum posset per nos aut per alios de iure vel de facto imposterum aliqualiter infirmari, abdicantes quoque a nobis omne jus quod nobis et nostro cenobio in curia pertinenciis et juribus ipsius competit prenotata, jnducentes quoque predictum emptorem suo et successorum suorum nomine quorumcumque in possessionem corporalem curie pertinenciarum et jurium ipsius suprascripte.

Promittimus quoque predicto emptori et ipsius successoribus quibuscumque per sollempnem stipulacionem, plene cauere de euictione predictorum bonorum et facere warandiam werschaft wlgariter nuncupatam que de rebus proprietariis secundum terre Franckonie consuetudinem fieri est consueta.

Et nichilominus pro maiori securitate habenda tam de dicta warandia facienda ac de euictione cauenda prefato emptori et ipsius successoribus quibuscumque constituimus in fideiussores honestos viros Heinricum dictum Jozer et Conradum dictum Babemberger, ciues herbipolenses. Qui fideiussores si prelibatum emptorem aut successores ipsius impedimentum aliquod sustinere contigerit moniti se recipient more fideiussorio in obstagio, apud publicum hospitem expensas in dampnum nostrum facturi, et inde non exituri donec dictum impedimentum per nos amotum fuerit totaliter et sublatum. Si vero vnus fideiussorum cesserit vel decesserit, alium eque ydoneum substituere promittimus infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstes se recipiet premisso modo, donec talis substitucio compleatur. Nos quoque fideiussores predicti ad

exoluendum dictum fideiussionis debitum eo modo quo predicitur nos presentibus obligamus.

Jn quorum premissorum testimonium atque robur sigilla nostra, videlicet . . priorisse et conuentus predictorum, presentibus sunt appensa.

Datum anno domini M°·CCC°· quintodecimo, feria quinta post diem beatorum Tyburcii et Valeriani martyrum.

Sigilla duo quorum modo mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa integra sunt.

VIII.

1315, die 5. septembris.

Terminus reemtionis castri Wielberg et decimae vini in Frickenhusen ab ecclesia wirziburgensi venditorum prorogatur.

Ego Lupoldus de Nortenberg miles, imperialis aule magister coquine, harum serie litterarum recognosco et ad vniuersorum noticiam cupio peruenire, quod peticioni honorabilium virorum dominorum Wolframi prepositi, Goltsteyni decani, et capituli maioris ecclesie herbipolensis sede vacante michi facte pro prorogando termino reempcionis bonorum videlicet castri Wielberg et decime vini in Frickenhusen cum omnibus ipsorum attinencijs per me et Heynricum germanum meum olim aput reuerendum in Christo patrem dominum An(dream) episcopum herbipolensem felicis recordacionis pro mille et ducentis libris hallensium emptorum et conparatorum sub pactis et condicionibus que in instrumento super hoc confecto, cuius principium tale est:

Wier Andreas von gotis gnaden bischof zu Wirtzeburg ver gehen offenlichen etc.

finis vero sic:

an deme sechsten jare an sente Priscentag,

plenius ac lucidius continentur, gratanter annuere volens, cum predicta bona ad me et heredes meos racione diuisionis bonorum inter me et predictum germanum meum Heynricum habite sint deuoluta, predictum reempcionis terminum qui prius ad decem et octo annos a tempore predicti contractus se extendebat memoratis dominis et episcopo qui pro tempore fuerit ad vigintiquatuor annos a data presencium immediate subintrantes prorogaui libere et concessi, ita sane quod ipsa reempcio quocumque fieri debeat anno festum kathedre sancti Petri precedat et nullatenus subsequatur.

Promitto eciam, sepedictos dominos et episcopum qui pro tempore fuerit, si quod inpedimentum in reempcione predictorum bonorum per memoratum fratrem meum seu heredes suos vel meos ipsis incumberet, in quantum potero et ius requisierit ab huiusmodi impedimento penitus releuare, et eis reempcione facta instrumenta super ea michi data restituere et restitui procurare, contradictione et dilacione quibuslibet proculmotis.

Jn quorum omnium premissorum testimonium atque robur sepedictis dominis et episcopo qui pro tempore fuerit dedi presentem litteram, mei sigilli munimine fideliter consignatam.

Datum et actum anno domini M°CCC° quintodecimo, feria sexta ante natiuitatem virginis gloriose.

Sigillum modo memoratum fascia de ipsius documenti membrana confecta suspensum est.

IX.

1315, die 29. septembris.

Die Wittwe des Gunther Rasp und ihre beiden Söhne Kunz und Heinz geben vor dem Domprobst eine Hube und ein Lehen zu Eichsleiben auf.

Jch Alheit Schachein elicheu wirtein Gunthers Raspen seiligen vnd mitt mir Cuncz Heincz mein sun bekennen vnd tun kunt offenlich mitt disem prief vnd fur alle vnser erben oder noch kumen, dazen wir auff geben haben vnser hub vnd lehen vnd alleu vnser recht die Gunther Rasp seilig vnd alle sein vor forden gehabt hoet vnd auff vns procht hoet pis her alz edler leut vnd wopen genoss recht ist im land zu Francken, mitt namen ein hub vnd ein lehenn gelegen in dem dorff zu Eichsleiben, vnd ein grinach, die hub an dem kirchoff vnd dor an stost die gemein strossen gen Arnstein foren der kirchoff, vnd dor ein gehort in ideu zell oder felt zu pauen daz selb jar achtzehen acker oder mer, vnd ein wisen der ist III morgen oder mer, daz iczunt besiczt Herman Hoczman Alheit sein eliche wirtein, vnd daz lehen leit enseit des pruckleins, daz iczunt inen hoet Cuncz Schubert, vnd dor ein gehort sechtzehen acker ideu zel des jors czu pauen, ein dagwerck wisen, ein holcz, vnd trey gerten in das holcz daz do gemein ist in daz dorff czu Eichsleiben, alz dan ein ander prieff dar vber ist.

Also haben wir vns verschossen vnd verschisent vns des mitt hant vnd halm, alz dan recht ist in dem land zu Francken, also daz wir furpasser noch vnser erben oder noch kumen kein

spruch noch wort dor noch mer schullen haben weder mit geistlichen noch mit werltlichen rechten.

Vnd die auff gebung ist geschehen vor dem erbergen hern dem probst vnd thumher zu dem thum, wan es vns her Rudiger von Weitolshausen an gebun hoet mitt geistlichem rechten vor dem probst zu dem thum, der ein richter dor vber was, den*) wir gebeten haben daz er sein eigen sigil hab gehangen vnten mitt mit vns an disen prieff.

So beken ich obgenanter probst Vlrich vom Stein, daz ich von fleissiger beitt wegen hab mein eigen sigil gehenkt mit irs suns sigil an dissen prieff, der geben ist noch Cristi geburt treuczehen hundert jar vn[d] dar nach in dem funftzehenden jar, an sant Michelstag.

*) In carta ipsa scriptum est: *der*.

Sigilla duo modo memorata fasciis membranaceis ex his litteris suspensa sunt.

X.

1315, die 14. octobris.

Ecclesiae herbipolensis capitulum ab Alheidi Kymin vidua de Heitingesvelt ejusque liberis duo jugera vineti in monte Kirchberg siti emit, iisque jure emphyteotico confert.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium jnspectores maxime autem hii quorum interest, quod ego Alheidis dicta Kymin vidua de Heitingesuelt vendo et trado iusto vendicionis tytulo per pre-

sentes. de consensu et voluntate expressa Heinrici Sybotonis Cůnradi Reinhardi et Jute puerorum meorum, honorabili viro domino Goltsteino de Riedern decano ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine ecclesie iamdicte et specialiter capituli ipsius ecclesie duo iugera vineti siti in marchia ville Heitingesuelt in monte dicto Kirchberg, quibus ex vtroque latere vinetum Cůnradi dicti Vendeciuis herbipolensis et in superiori parte vinetum Ebracensium conterminat et confinat, omni seruitutis census seu pensionis onere penitus exonerati, ad me iure directi dominij pertinencia, pro precio duarum librarum denariorum et quinque solidorum herbipolensium michi in parata et numerata pecunia integre soluto ac in vsus meos vtiles et necessarios conuerso.

Vendidi sub penis pactis modis et condicionibus omnibus infrascriptis, videlicet ut ipse dominus Goltsteinus michi nomine ecclesie herbipolensis predicte et specialiter capituli ipsius ecclesie dicta duo iugera vineti pro me et meis heredibus pro annua pensione quinque solidorum denariorum herbipolensium pro tempore datiuorum omni anno in festo sancti Galli procuratori vel notario ecclesie herbipolensis nomine ipsius capituli qui pro tempore fuerit soluenda iure emphiteotico conferat, quod et vendicione et tradicione predictis de ipso vineto nomine quo supra per me sibi facta idem dominus Golt[steinus] michi pro me et meis heredibus nomine ecclesie sepedicte iure emphiteotico conferens modo premisso totaliter adimpleuit.

Predicta eciam duo jugera vineti singulis annis stercorare cum quatuor plaustris fimi promitto, aliisque colere culturis debitis et consuetis. Alioquin pro qualibet cultura debita et consueta per me meos ve heredes seu meos in dicto vineto successores obmissa seu non adimpleta penam consuetam pro culturis debitis et consuetis non factis seu non adimpletis, videlicet quadraginta denarios herbipolenses, capitulo et ecclesie memorate applicandam sustinebimus secundum ville consuetudinem supradicte.

Adiectum est eciam contractui memorato, quod quandocumque solucionem dicte pensionis in toto vel in parte quantumcumque eciam

minima ego meique heredes seu mei in dicto vineto successores non fecerimus in dicto sancti Galli festo, vt est dictum, aut in festo sancti Martini episcopi tunc proxime subsequente, extunc omne ius quod michi aut meis heredibus in dicto vineto competit aut competere videbatur in penam huiusmodi solucionis non facte amittimus ipso facto, et in capitulum ecclesie herbipolensis sepedicte cum pleno rerum dominio libere deuoluetur, immo eo ipso exstitit deuolutum.

Promitto nichilominus pro me meisque heredibus dicto domino Golt(steino) stipulanti pro ecclesia sua sepedicta et specialiter pro capitulo ipsius ecclesie euictionem dictarum vinearum, eique plene caueho et facio warandiam werschaft wlgariter dictam, prout de bonis proprietariis omni onere seruitutis census seu pensionis exoneratis iuris exstitit obseruati.

Et ut ipsa ecclesia et eius capitulum circa predictam vendicionem cercior existat, pono et constituo sibi in fideiussores Gotzonem dictum Eichhorn et Heinricum dictum Kyme de Heitingesuelt. Qui fideiussores moniti, si quisquam ipsam ecclesiam vel capitulum super dictis vineis in toto vel in parte quacumque impeticrit seu infestauerit in iudicio vel extra, moniti inquam ex parte capituli memorati in obstagium se recipient, apud hospitem publicum in ciuitate herbipolensi, vno se per alium seu per aliam commessacionem vel fideiussionem minime excusaturo, tamdiu expensas more fideiussorio in dampnum meum facturi quousque huiusmodi impeticio seu infestacio per me aut meos heredes totaliter sopiatur. Et si fideiussorum predictorum aliquis cesserit, decesserit, religionem intrauerit, aut de terra recesserit, alium eque ydoneum substituere promitto infra mensem tunc proximum loco sui postquam ad hoc ex parte ipsius ecclesie requisitus fuero, aut superstes fideiussor monitus ex parte ipsius capituli in obstagium re recipiet modo premisso, donec talis substitucio compleatur.

Predicta omnia et singula ego Alheidis venditrix supradicta promitto pro me et meis heredibus seu meis in dicto vineto successoribus sollempni stipulacione per ipsum dominum Golt(steinum) decanum memoratum nomine ipsius ecclesie supradicte, premissa

omnia et singula, vt predicitur ipsi ecclesie et eius capitulo rata et firma inviolabiliter obseruare, nec contrauenire per me vel per alium, aut contrauenientibus consentire quouis ingenio studio vel cautela.

Dictum est eciam in predicto contractu, et ipse dominus Goltsteinus decanus supradictus stipulacione sollempni a me nomine quo supra stipulatus est, quod predicta duo iugera vineti in plures heredes vel successores diuidi et transferri non poterunt vel debebunt quoquam modo absque ipsius capituli consensu licencia vel fauore. Attamen si diuisa et translata in plures heredes vel successores contra prefatum pactum de facto fuerint, ipsa ecclesia et capitulum — siue talem diuisionem sic factam per me nunc nomine meo et heredum ac successorum meorum in predicto vineto reprobatam admiserint seu reprobauerint — respectum et ius ad quamlibet partem predictorum duorum iugerum habet et habere debet quo ad totam pensionem memoratam sub pactis penis modis et condicionibus preexpressis.

Nos quoque Syboto et Reinhardus pueri venditricis supradicte data fide per nos et in vim iuramenti iurauimus, dictum contractum de voluntate et consensu nostro fore factum, et quod contra eundem contractum aut aliquid contentum in eodem non veniamus per nos vel per alios publice vel occulte, renunciantes vna cum Alheidi matre nostra sepedicta excepcioni non numerate non habite et non solute pecunie, doli mali, in factum actioni, et iuri quo deceptis vltra dimidiam iusti precii subuenitur, necnon omnibus aliis excepcionibus defensionibus et cautelis scriptis in iure canonico vel ciuili. Et precipue generalem renunciacionem circa specialia non expressa non impugnabimus, inmo eam expresse approbamus. Nec dicemus aliud esse actum et aliud fore scriptum. Judicis officium non implorabimus, libellum et beneficium restitucionis in integrum non petemus, circumuencionem fraudem dolum et decepcionem non allegabimus, nec aliqua alia dicemus vel faciemus per que contractus iste vel aliquid in presenti jnstrumento contentum posset per nos aut per alios de iure vel de facto imposterum aliqualiter infirmari.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium presentes sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiui et obtinui firmiter roborari.

Et nos . . fideiussores supradicti omnia et singula que de nobis prescripta sunt vera fore recognoscimus, et ad obseruanciam eorumdem nos presentibus obligamus.

Nos quoque Kvno de Gosheim officialis curie iamdicte omnia et singula premissa vera et in nostri presencia fore facta recognoscimus. Et in euidenciam eorumdem sigillum nostre officialitatis presentibus est appensum.

Testes huius contractus sunt et qui presentes interfuerunt: Heroldus dictus jmme Nuwenhofe, Dietricus Syboto dicti Leingruben, Hermannus dictus Wehsse de Heitingesuelt, Cunradus de Meckenmulen, Cunradus de Windesheim, clerici, et alii quamplures fidedigni.

Datum et actum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo, feria tercia ante diem sancti Galli confessoris.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

XI.

1315, die 14. octobris.

Heroldus et Jůta conjuges de Heitingesvelt vinetum suum ibidem situm ecclesiae herbipolensis capitulo venditum jure emphyteotico possidendum recipiunt.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium jnspectores et maxime hii quorum interest aut intererit in futuro, quod nos Heroldus dictus in

Noua Curia et Jûta coniuges de Heitingesuelt propter grauia debitorum nostrorum onera quibus in presenti sumus oppressi pro nobis et nostris heredibus iusto vendicionis tytulo vendimus et tradimus manu coadunata per presentes honorabili viro domino Goltsteino de Riedern decano ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine ecclesie iamdicte et specialiter capituli ipsius ecclesie vinetum nostrum, continens tria jugera dicta der Ger sita sub monte dicto Kyrchberg in marchia ville Heitingesuelt, quibus ab vno latere vinetum Cûnradi dicti Brotsme et ab altero vinetum Cunradi dicti Bŷman conterminat et confinat, jtem tria quartalia vineti nostri siti in monte dicto Gauchesberg, cui ex vna parte vinetum .. plebani in Aldersheim ex parte vero altera vinetum Hermanni generi Cunradi doleatoris confinat, omni seruitutis censu seu pensionis onere penitus exoneratum, ad nos iure directi dominij pertinens, pro precio nouem librarum denariorum herbipolensium nobis in parata et numerata pecunia integre soluto ac in vsus nostros vtiles et necessarios conuerso.

Vendidimus inquam sub penis pactis modis et condicionibus omnibus infrascriptis, videlicet vt ipse dominus Goltsteinus nomine ecclesie herbipolensis predicte et specialiter capituli ipsius ecclesie nobis predictum vinetum pro nobis et nostris heredibus pro pensione annua vnius libre denariorum herbipolensium pro tempore datiuorum omni anno in festo sancti Galli . . procuratori vel . . notario ecclesie herbipolensis predicte nomine ipsius capituli qui pro tempore fuerit soluenda iure emphiteotico conferat. Quod et vendicione et tradicione predictis de ipso vineto nomine quo supra per nos sibi facta idem dominus Golt(steinus) nobis pro nobis et nostris heredibus nomine ecclesie supradicte et ipsius capituli jure emphiteotico conferens modo premisso totaliter adimpleuit.

Predictum eciam vinetum et quodlibet iuger ipsius stercorare singulis annis cum duobus plaustris fimi promittimus, aliisque colere culturis debitis et consuetis. Alioquin pro qualibet cultura debita et consueta per nos nostros ve heredes seu nostros in dictis vineis

successores obmissa seu non adimpleta penam consuetam pro culturis debitis et consuetis non factis seu non adimpletis, videlicet quadraginta denarios herbipolenses, ipsi ecclesie et eius capitulo memorato applicandam sustinebimus secundum ville consuetudinem supradicte.

Adiectum est eciam contractui memorato, quod quandocumque solucionem dicte pensionis in toto vel in parte quantumcumque eciam minima nos nostrique heredes seu nostri in dicto vineto successores non fecerimus in dicto sancti Galli festo, vt est dictum, aut in festo sancti Martini tunc proxime subsequente, extunc omne ius quod nobis aut nostris heredibus in dicto vineto conpetit aut conpetere videbatur in penam huiusmodi solucionis non facte ipso facto amittimus, et in capitulum ecclesie sepedicte cum pleno rerum dominio libere deuoluetur, inmo eo ipso exstitit deuolutum.

Promittimus nichilominus nos venditores predicti pro nobis nostrisque heredibus dicto domino Golt(steino) stipulanti pro ecclesia sua sepedicta et specialiter pro capitulo ipsius ecclesie euictionem dictarum vinearum, eique plene cauebimus et faciemus warandiam werschaft wlgariter nuncupatam, prout de bonis proprietariis omni onere seruitutis seu census aut pensionis exoneratis iuris exstitit obseruati.

Dictum est eciam in dicto contractu, et ipse dominus Golt(steinus) decanus supradictus stipulacione sollempni a nobis nomine quo supra stipulatus est, quod predictum vinetum in plures heredes vel successores diuidi et transferri non potest vel debet quoquam modo absque ipsius capituli auctoritate consensu beneplacito vel fauore. Attamen si ipsum vinetum diuisum seu translatum in plures heredes seu successores contra prefatum pactum de facto fuerit, ipsa ecclesia et capitulum — siue talem diuisionem sic factam per nos nunc nomine nostro et heredum ac successorum nostrorum in dictis bonis reprobatam admiserint seu reprobauerint — respectum et ius ad quamlibet partem dicti vineti habet et habere debet quo ad totam pensionem predictam sub pactis penis modis et condicionibus preexpressis.

Et ut ipsa ecclesia et eius capitulum circa predictam vendicionem certior existat, ponimus et constituimus sibi in fideiussores Heinricum dictum Amentreger, Dietricum dictum Minner et Heinricum dictum Lusschening de Heitingesuelt. Qui fideiussores moniti, si quisquam ipsam ecclesiam vel capitulum super dictis vineis in toto vel in parte quacumque impetierit seu infestauerit in iudicio vel extra, ex parte capituli memorati in obstagium se recipient, apud hospitem publicum in ciuitate Herbipoli, vno se per alium vel per aliam commessacionem seu fideiussionem minime excusaturo, tamdiu expensas more fideiussorio in dampnum nostrum facturi quousque huiusmodi impeticio seu infestacio per nos aut nostros heredes totaliter sopiatur. Et si fideiussorum predictorum aliquis cesserit, decesserit, vel religionem intrauerit, aut de terra recesserit, alium eque certum substituemus infra mensem tunc proximum loco sui postquam ad hoc ex parte ipsius ecclesie requisiti fuerimus, aut superstites fideiussores moniti ex parte ipsius capituli in obstagium se recipient modo premisso, donec huiusmodi substitucio conpleatur.

Predicta omnia et singula nos coniuges supradicti promittimus pro nobis et nostris heredibus seu nostris in dicto vineto successoribus sollempni stipulacione per ipsum dominum Goltsteinum decanum nomine ipsius ecclesie sepedicte, omnia et singula, vt predicitur ipsi ecclesie et eius capitulo rata et firma inviolabiliter obseruare, nec contrauenire per nos vel per alios, aut contrauenientibus consentire quouis ingenio studio vel cautela. Ego quoque Jůta supradicta data sollempniter per me fide vice et in vim iuramenti iuraui, quod ad predictum contractum faciendum nec coacta nec dolo inducta seu aliqua fraude illecta fui sed sponte ipsum vna cum marito meo predicto feci, et quod contra ipsum contractum aut aliquid in eodem contentum non veniam per me alium seu per alios publice vel occulte, renunciantes nos ambo venditores sepedicti super premissis singulis et vniuersis excepcioni non numerate non habite et non solute pecunie, doli mali, in factum actioni, et iuri quo deceptis vltra dimidiam iusti precii subuenitur, necnon omnibus aliis

excepcionibus defensionibus et cautelis scriptis in iure canonico vel ciuili. Et precipue generalem renuncinacionem circa specialia non exspressa non impugnabimus, inmo eam expresse approbamus. Nec dicemus aliud esse actum et aliud fore scriptum. Judicis officium non implorabimus, libellum et beneficium restitucionis in integrum non petemus, circumuencionem fraudem dolum et decepcionem non allegabimus, nec aliqua alia dicemus vel faciemus per nos vel per alios per que contractus iste vel aliquid in presenti instrumento contentum posset de iure vel de facto ex quacumque causa viciari annullari seu imposterum aliqualiter impugnari.

In quorum omnium et singulorum premissorum testimonium presens instrumentum sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis procurauimus fideliter conmuniri.

Et nos fideiussores supradicti omnia et singula que de nobis prescripta sunt vera fore recognoscimus, et ad obseruanciam eorundem nos presentibus obligamus.

Nos quoqve Kv̊no de Gosheim officialis curie herbipolensis predicte omnia et singula premissa vera et in nostri presencia fore facta recognoscimus, et in testimonium eorundem sigillum nostre officialitatis presentibus appendentes.

Testes huius contractus sunt: Lutegerus vicarius ecclesie herbipolensis memorate, Cůnradus de Meckemulen, Conradus de Windesheim, clerici, Hermannus dictus Wessche de Heitingesuelt, et alii quamplures fidedigni.

Datum et actum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo, feria tercia ante diem sancti Galli confessoris.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

XII.

1315, die 25. octobris.

Capella in villa Schernauwe ab ecclesia parrochiali in Kytzingen separata in parrochiam erigitur.

In nomine domini amen.

Goltsteinus de Ryedern decanus ecclesie herbipolensis, gerens vices capituli eiusdem ecclesie in spiritualibus sede vacante, omnibus presentem litteram inspecturis salutem in omnium saluatore.

Cum diuinum cultum plantare et plantatum augmentare modis omnibus debeamus, hoc nusquam magis exquiritur quam si recta nutrire et ea que profectum virtutis impediunt corrigere auctoritate capituli ecclesie herbipolensis nobis in spiritualibus vacante sede commissa curemus.

Nouerint igitur vniuersi presentes et futuri, quod nobis ex parte venerabilium dominarum Rychze abbatisse et conuentus sanctimonialium cenobij in Kytzingen, patronarum parrochialis ecclesie ibidem herbipolensis dyocesis, necnon discreti viri Cunradi rectoris parrochialis ecclesie in Kytzingen extitit humiliter supplicatum, quod — cum predicta parrochialis ecclesia in Kytzingen sub se habeat capellam siue filiam, videlicet capellam in villa Schernauwe, et populus eiusdem capelle longo latoque et diffuso tractu terrarum ab ipsa parrochia sit seiunctus vt tempore hyemali cum pluuie inundant necnon in qualibet aeris intemperie non possint ipsi parrochiani de dicta villa Schernauwe sine magna difficultate et interdum racione guerre et discordie ipsam

parrochiam in Kytzingen adire. et propter eandem distanciam ex dilacione collacionis sacramentorum periculum animarum verisimiliter formidatur — antedictam capellam in Schernauwe cum sua villa a predicta matrice ecclesia in Kytzingen auctoritate predicta nobis vacante sede commissa separare et diuidere dignaremur, jta quod populus eiusdem ville in Schernauwe ad predictam capellam ibidem tamquam ad suam matricem ecclesiam respectum habere inantea teneatur.

Nos igitur predictis causis cognitis diligentius et inspectis, quodque dicta capella in Schernauwe jta et in redditibus ex antiquo ad eam spectantibus — videlicet sex maldris siliginis mensure eiusdem ville de bonis infra scriptis et specificatis, videlicet duobus maldris siliginis de molendino dicto Hohe mûle, et tribus maldris de agris campestribus sitis apud viam versus Brozzolsheim quos colit Cunradus Weldener, et vno maldro siliginis de curia quam Wöluelinus dictus Eber inhabitat — ac etiam in redditibus decem maldrorum siliginis mensure ibidem de maiore decima sepedicte ville Schernauwe cum tota decima vinj et etiam totali decima minuta sacrificio et remediis ibidem de nouo per predictum Cunradum rectorem parrochialis ecclesie in Kytzingen supradicte dei intuitu assignatis et donatis de consensu patronarum predictarum habundare videtur quod minister eiusdem capelle in Schernauwe conuenientem sustentacionem valet habere, antedictam capellam in Schernauwe de expresso consensu et voluntate humilique peticione prefatarum dominarum Richze abbatisse et conuentus sanctimonialium cenobij in Kytzingen, ad quas ius patronatus dicte parrochialis ecclesie in Kytzingen spectare dinoscitur, et Cunradi rectoris ipsius ecclesie in Kytzingen predicti, cui quidem ecclesie in Kytzingen prefata capella in Schernauwe nunc est annexa, auctoritate capituli ecclesie herbipolensis nobis in spiritualibus vacante sede commissa in parrochiam erigimus, ipsam a predicta parrochia in Kytzingen cui quondam annexa fuerat auctoritate predicta separantes, iurepatronatus nichilominus apud priores patronas et decimis maioribus vltra decem

maldra supercrescentibus apud parrochiam in Kytzingen sepedictam remanentibus sicut ante; et constituimus vt populus predicte ville Schernauwe sicut plebani de cetero iura parrochialia a dicta parrochia Schernauwe recipiat et requirat, solum excepto quod apud parrochiam in Kytzingen sicut ante ad synodum loci archidyaconi venire teneatur; presertim cum dicta etiam parrochia Kytzingen adhuc tantis habundat redditibus ex quibus . . plebanus ibi deo ministrans conuenientem sustentacionem et hospitalitatem congruam valet perpetuo optinere.

Jn quorum omnium et singulorum testimonium premissorum presentes litteras sigillorum — nostri videlicet, necnon venerabilium dominarum Richze abbatisse et conuentus sanctimonialium cenobij in Kytzingen supradictarum, Cunradi rectoris parrochie ibidem predicti, necnon honorabilis viri Cunradi de Nydecke loci archidyaconj prepositi ecclesie ôrengeuwensis, qui premissis omnibus suum consensum expressum adhibuit — munimine duximus roborandas.

Nos quoque Richza abbatissa et conuentus cenobij in Kytzingen supradicti, Cunradus de Nydecke archidyaconus ecclesie herbipolensis prepositus ecclesie ôrengewensis, et Cunradus rector prenominate parrochie in Kytzingen, predicti, premissis omnibus nostrum consensum expressum et ex certa sciencia adhibentes, sigilla nostra presentibus duximus appendenda in testimonium super eo.

Datum anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo, jn die sanctorum Crispinj et Crispinianj martirum.

Sigilla quatuor fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa fere prorsus interierunt.

XIII.

1315, die 5. novembris.

Confessio de censu annuo custodiae ecclesiae herbipolensis a monasterio in Steinach praestando in judicio facta.

Officialis curie herbipolensis vniuersis presentes litteras inspecturis seu audituris salutem in domino sempiternam, et infrascriptis fidem credulam adhibere.

Nouerit vestra vniuersitas, quod — cum inter honorabiles viros dominum Ulricum de Kyrchperg custodem ecclesie herbipolensis nomine ipsius custodie ex parte vna et dominum . . abbatem et conuentum monasterij in Steinach ordinis sancti Benedicti herbipolensis dyocesis nomine ipsius monasterij ex parte altera super census annui prestacione, videlicet vnius aurei valentis quadraginta denarios, et vnius corporalis, quos idem custos sibi annuatim in festo preciosorum martirum Kyliani et sociorum eius nomine ecclesie herbipolensis predicte debere presentari [affirmabat] per premissos . . abbatem et conuentum nomine monasterij eorundem, a cuius quidem census prestacione idem . . abbas et conuentus iam annis pluribus cessauerat*), fuisset aliquamdiu in nostra presencia disceptatum — tandem Theodericus de Eberstat procurator . . abbatis et conuentus iamdictorum, habens ad confessionem subscriptam faciendam sufficiens mandatum, auctoritate consensu et mandato sepedictorum abbatis et conuentus confessus est coram nobis in figura iudicij nomine eorum et ipsorum monasterij, Cunrado de Wisemprunnen monacho et custode eiusdem mona-

*) In carta ipsa non nisi „*cessauer*“ scriptum est.

sterii presente et iubente, predicti domini Ulrici custodis intencionem quantum ad annuam prestacionem in festo prescripto corporalis et aurei predictorum, ad hanc confessionem precipue ex instrumento eidem monasterio per eius patronos seu fundatores sub sigillo domini Emerichonis quondam herbipolensis episcopi relicto permotus.

Qui quidem fundatores idem monasterium, quod in ipso instrumento cellam vocant, ipsi ecclesie herbipolensi donauerunt et subiecerunt, in signum et testimonium subiectionis sibi predictum annuum censum persoluendum iamdicti episcopi auctoritate imponentes.

In quo quidem instrumento de hoc quod iam diximus loquendo de ipsis patronis inter cetera continetur: Considerantes autem, hoc sibi modis omnibus expedire si ad aliquem prestanciorem locum haberet locus ille respectum a quo etiam defensionis posset habere solacium, ipsam cellam cum omnibus suis pertinencijs super altare beati martiris Kyliani Wirzeburch sub multis testibus donauere, quatenus eadem cella sancte wirzeburgensi ecclesie quasi filia matri cohereat ac materna pietate refota conualescat. Hanc in testimonium sue subiectionis instituere singulis annis aureum denarium precio quadraginta nummorum et corporale vnum ab eadem cella ecclesie beati Kyliani persoluendum.

Hanc quoque clausulam iam scriptam de mandato ipsius .. abbatis et conuentus et consensu .. procuratoris et fratris Cunradi custodis predicti huic instrumento interseruimus.

In quorum videlicet auctoritatis consensus mandati et confessionis ac aliorum que prescripta sunt et coram nobis acta euidens testimonium ad preces domini Ulrici custodis memorati, et consensu Theoderici procuratoris sepedictorum .. abbatis et conuentus necnon fratris Cunradi custodis pretacti presens instrumentum conscribi fecimus, ipsumque ad perpetuam rei memoriam domino Ulrico de Kyrchperg sepetacto tradi, nostro sigillo fideliter conmunitum.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo quintodecimo, feria quarta post diem omnium sanctorum.

Testes prescriptorum sunt: magister Hartmudus de Jngeluingen aduocatus curie herbipolensis supradicte, Cunradus officialis domini Friderici de Stahelberg archidiaconus herbipolensis, Bertholdus tabellio, Cunradus Crutheim, et alii quam plures, ad hoc rogati pro testibus et vocati.

Sigillum quondam fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum abscissum est.

XIV.

1315, die 15. novembris.

Fridericus burcgravius de Nvrenberch — cum olim Andreae quondam episcopo herbipolensi necnon capitulo ejusdem ecclesiae ad reemendum bona et villas in Bernheym et in Herboltsheym cum suis pertinentiis usque ad festum purificationis beatae virginis proxime venturum inducias indulserit — ad instantiam ac preces praepositi decani totiusque capituli ecclesiae memoratae eundem terminum ac inducias ad continuum triennium prorogat, ita quod episcopus herbipolensis qui pro tempore fuerit vel capitulum ipsius ecclesiae infra triennium a festo purificationis beatae virginis proxime venturo numerandum ab ipso vel ipsius successoribus reemendi dictas villas et bona cum suis attinentiis liberam habeant facultatem.

Datum in Kadolsburch, anno domini millesimo CCC°. XV°., XVII°. kalendas decembris.

Sigillum Friderici burggravii quondam fascia membranacea ex his litteris — quas Maercker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. II pag. 331 ediderunt — suspensum abscissum est.

XV.

1315, die 4. decembris.

Vicaria altaris beatae Elisabetae dedicati in ecclesia majori herbipolensi ab Ellekint vidua von der Tannen ejusque filia bona in villa Schrûtembuch sita emit.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentium inspectores maxime autem hii quorum interest, quod ego Ellekint relicta olim Heinrici dicti von der Tannen ciuis herbipolensis et Elyzabeth filia mea vendidimus et in hiis scriptis iusto vendicionis tytulo vendimus damus et tradimus discreto viro Lûtegero vicario maioris ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine suo et eiusdem ecclesie et specialiter altaris constrvcti de nouo sumptibus et expensis honorabilis viri domini Goltsteini de Ryedern decani iamdicte ecclesie herbipolensis ac alias per eum redditibus et bonis aliis non modicis dotati positi in dextro latere illius loci qui dicitur capitulum eiusdem ecclesie herbipolensis in honore beate Elyzabeth et aliorum sanctorum quorum ibidem reliquie continentur dedicati, et omnium successorum suorum eidem altari tamquam vicarii deseruientium, bona nostra proprietaria sita in villa Schrûtembuch, videlicet curiam et allodium quod ad presens colit Aplo dictus Kammenstil jure hereditario, soluentia annis singulis tempore messis redditus quatuor maldrorum siliginis boni grani cum mensura herbipolensi metza vulgariter nuncupata et duos pullos carnisprivialeſ, cui curie siue allodio ex vna parte curia .. plebani de Eteleyben et ex altera parte curia Heroldi dicti de Mutensheim conterminant et confinant, pro precio quindecim librarum

hallensium, in parata et numerata pecunia integre nobis soluto, et in vsus nostros vtiles et neccessarios exposito et conuerso.

Quam quidem curiam seu allodium cum omnibus suis pertinenciis et proprietatem ipsius resignauimus et a nobis abdicauimus, ore manu et calamo vt moris est in ipsum emptorem et suos in vicaria dicti altaris successores cum pleno dominio transferentes.

Promittimus eciam eidem emptori pro se et suis successorisbus in dicto altari sollempniter stipulanti, de euictione dictorum bonorum plene cauere, et facere warandiam werschaft vulgariter nuncupatam, quod videlicet prefata bona non sint feodalia censualia seu aliquorum generi seruiciorum intricata vel obnoxia sed ab omnibus libera et soluta penitus, prout de rebus et bonis proprietariis iuxta terre Franckonie consuetudinem fieri est consuetum, et specialiter de ratihabicione Hvndelini et Ellekint puerorum minorum mei Ellekint matris memorate.

Pro quibus omnibus obseruandis et fideliter adimplendis predicto emptori et suis in dicta vicaria successoribus fideiussores dedimus et constituimus honestos viros Heinricum dictum Durren de Kitzingen, Aplonem et Johannem fratres dictos de Abiete. Qui si dictum emptorem vel suos successores imquietacionem occupacionem impeticionem seu quoquam alio modo impedimentum per prefatos minores seu alias quascumque personas in predictis bonis sustinere contigerit, moniti a dicto emptore vel suis successoribus in obstagium se recipient, vno per alterum vel aliam conmessacionem se non excusaturo, donec predicta omnia fuerint fideliter adimpleta. Et si fideiussorum aliquis medio tempore cesserit vel decesserit, alium substituemus infra mensem tunc proximum loco sui. Alioquin superstites fideiussores medio tempore se recipient donec talis substitucio compleatur.

Renunciamus insuper super premissis omnibus et singulariter singulis excepcioni non numerate non solute non habite pecunie, actioni de supplemento iusti precii si minoris in posterum hec nostra vendicio videretur, necnon omnibus aliis excepcionibus defensionibus et cautelis scriptis in iure canonico et ciuili que nobis contra pre-

missa aut aliqua premissorum possent in posterum quomodolibet suffragari de jure vel de facto, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Et hec omnia promisimus fide data nomine juramenti omni diligencia qua possumus obseruare.

Nos eciam Heinricus Durre, Aplo et Johannes fratres dicti de Abiete, fideiussores antedicti, recognoscimus nos fideiussisse eo modo quo predicitur, ad exoluendum fideiussionis debitum qno ad premissa nos presentibus obligantes.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium ego Ellekint et Elyzabeth filia mea, predicte, sepedicto emptori et suis successoribus in dicto altari dedimus et obtinuimus presens jnstrumentum, sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis fideliter consignatum. Et nos . . officialis curie herbipolensis iamdictus nostrum sigillum ad preces predictarum parcium tam principalium quam fideiussorum presentibus duximus apponendum in euidenciam premissorum omnium pleniorem.

Actum anno domini M°·CCC°· quintodecimo, feria quinta ante diem beati Nicolai confessoris.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

XVI.

1315, die 6. decembris.

Schlichtung von Zwistigkeiten unter den Pflegern des Hochstiftes Wirzburg und dem Grafen Ludwig von Rinecke.

Wir Wolfram fon Grunbach tvmprobest, Goltstein fon Riedern techant, Albrecht fon Wilnauwe schulmeister, Lude-

wic fon Hesseburg sancmeister, Vlrich fon Kirchberg custer, Rudolf fon Rotenstein, vnd Eberhart fon Hohenberg, korhern vnd phfleger des goteshuses ze Wirzeburg, vnde wir graue Ludewic fon Rinecke der junger fer gehen offeliche an disen brieue, daz wir aller vnser sache vnd zweivnge die zvschen vnz biz her gewesen sin sin gegangen vf die erbern ritter Johan fon Riedern vnd Kvnen fon me Rebestocke. Die selben ritter haben vmme die selben zweivnge vnd sache ge redt vnder vns als her nach geschriben stet.

Angehens han sie gesprochen, daz die svne die der edel herre graue Bertolt fon Hennenberg machte ze Vzzenheim bi deme kirchhoue vnd die sache die dar in gnvmen wrden sullen blibe ligende biz an ein kvmftigen bischof.

Dar nach han sie gesprochen, daz wir graue Ludewic der forgenante di hein man er si des goteshuses vnser oder sweme er zv gehort gehöre den wir vf disen tac als dirre gegenwertige scheide brief ge geben ist nicht inne gehabet han oder fersprochen sullen in nemen oder ent halden vf des forgenanten goteshuses schaden, vnd sullen auch nicht ime beholfen si. Daz selbe sulle wir die forgenanten korhern vnde phfleger fon des forgenanten goteshuses wegen gen dem forgenanten hern deme grauen tvn vnd halden biz an ein kvmftigen bischof. Vn wen wir auch beidersit haben fersprochen biz vf den forbenanten tac als dise scheidunge gemachet wart, die sullen wir auch forbas fer sprechen vf ein recht. Wer auch daz selbe recht ferslvge, deme solte wir beidersit wider ein ander nicht ent halden.

Dar nach haben sie me gesprochen, daz die gevangen die vf disen forgenanten tac gevangen sin gewesen fon vns oder fon vnserre burclute wegen ietwedersit sullen ledic sin.

Vnd swas vmme schatzvnge vnd anders vmme name nach dem forgenanten tage der schiedunge die di zwene ritter gemachet haben ge geben ist, fon swilchem vnder vns oder vnsern burcman daz geschen ist, der sol daz wider tvn. Swaz auch for deme selben

tage als dise schidunge gemachet wart nicht ge geben ist, des sol man beidersit ledic sin.

Sie haben auch me gesprochen, daz wir die forgenanten phfleger fon des goteshuses wegen sullen nemen ein ritter; vnd wir der forgenante graue sullen nemen ein ritter auch. Vnd haben dar zv beidersit ge korn vnd gnvmen den erbern ritter Heinrichen fon Randesacker zeim mittelmanne, daz die dri alle vf laufe vnd zweiunge die zvschen vns vnd den vnsern fon deme tage als die zwene dise schiedunge gemachhet haben biz an ein kvmftigen bischof geschehen sin vnd geschehe mugen sullen vz richten nach minne oder nach rechte. Vnd haben auch den drin des ganzen gewalt gegeben. Vnd sol Herman vnd Cvnrat Houeman gebruder for den selben drin rechtes gehorsam si.

Her nach haben sie auch gesprochen, vmme daz fihe daz zv zwein maln in deme dorf ze Nappenbach fon den ammetluten fon Botenlauben gnvmen wart sol sten an den zwein forgenanten rittern.

Vnd swas die selben zwene ritter vns die forgenanten phfleger fon des goteshuses wegen heizen tvn liebes oder fruntschaft gein dem forbenanten grauen, des sulle wir gehorsam sin, vnde sullen auch die selben liebe die man vns heizet tvn als lange inne haben biz vnserme goteshuse fon ime vnde sinen burcmannen widertan wirt, ob er vnd die sinen deme goteshuse icht wider tvn sullen.

Vnd daz die forgeschriben rede stete vnd vnzerbrochen blibe, so habe wir der forbenante graue disen brief fer jnsigelt mit vnserm jnsigel.

Der ist ge geben do man zalte fon Cristes gebûrte dritzehenhundert iar in dem funfzehendem jare, an sente Nycholaus tage.

Sigilli modo dicti fascia membranacea ex hoc documento suspensi legenda hinc inde laesa est.

XVII.

1316, die 12. januarii.

Theodericus de Hohemberg ecclesiae herbipolensis marschalcus omne jus sibi de damnis in Windeheim illatis et undecumque ante diem 12 mensis januarii anni 1316 contra ecclesiam dictam emanans salvum esse vult, et reemtionem castri Walperg ecclesiae eidem aperti concedit.

Jn nomine domini amen.

Ego Theodericus de Hohemberg miles senior dictus Byman, marschalcus ecclesie herbipolensis, recognosco publice per presentes et ad noticiam omnium quorum interest aut intererit cupio peruenire, quod racione litterarum per dominos infra scriptos procuratores ecclesie herbipolensis sede vacante de consensu capituli ipsius ecclesie michi datarum, que sic incipiunt:

Nos Wolframus de Gruembach prepositus, Goltsteinus decanus, Albertus de Wilnauwe scolasticus, Lvdewicus de Hesseburg cantor, Vlricus de Kyrchperg custos et archidiaconus, Rudolfus de Rotenstein, et Eberhardus de Hohemberg, canonici et procuratores ecclesie herbipolensis, jnspectoribus presentium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum strennuus vir Theodericus miles senior de Hohemberg dictus Buman sua dampna que in ipsius nostre ecclesie obsequio in Windeheim dum adhuc tantummodo predicti duo domini Rudolfus et Eberhardus iam dicte ecclesie procuratores existerent sustinuisse dinoscitur ad sexcentas et viginti libras hallensium estimarit, ipsique ecclesie nostre etc.

et sic finiunt:

Jn quorum omnium premissorum testimonium atque roboris firmitatem huic scripto nostra sigilla duximus appendenda.

Nos quoque Wolframus prepositus, Goltsteinus decanus, totumque capitulum ecclesie sepedicte premissa omnia de nostro consensu beneplacito et voluntate recognoscimus esse facta, sigillum ipsius capituli nostri in eorundem euidenciam pleniorem presentibus apponentes.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XVI°·, pridie jdus januarij.

contra dictos dominos procuratores aut ipsum capitulum nullam michi dicam competere accionem, si episcopus ipsius ecclesie qui pro tempore fuerit contra ipsas litteras seu factum contentum in ipsis venire voluerit, seu easdem litteras vel factum in eisdem contentum duxerit infringendas, jta sane quod per huiusmodi recognicionem in jure meo — quod racione dampnorum que sustinui in obsequio ipsius ecclesie herbipolensis in Windeheim eo tempore quo honorandi viri domini Rudolfus de Rotenstein et Eberhardus de Hohemberg canonici herbipolenses soli ipsius ecclesie amministracionem habebant, et racione aliorum debitorum, videlicet octuaginta librarum hallensium pro quibus exemi erga judeos procuratores seu amministratores et ecclesiam supradictos, michi contra ipsos supradictos procuratores et capitulum ac eciam contra episcopum qui pro tempore fuerit sev procuratores quos sede vacante ipsum capitulum duxerit deputandos conpetit — nullum michi preiudicium generetur, sed omnes acciones excepciones retenciones et defensiones quecumque que ante datam supradictam dictarum litterarum et ante recognicionem meam predictam michi conpetebant contra predictos remaneant michi salue, non obstantibus ipsis litteris a predictis procuratoribus michi datis, et mea recognicione prefata.

Recognosco insuper et protestor, quod licitum est dominis procuratoribus predicte ecclesie qui pro tempore fuerint, capitulo et episcopo qui fuerit pro tempore, antedictis, castrum Walperg reemere pro precio septingentarum librarum hallensium a me meisve heredibus quandocumque. Preterea castrum predictum ipsis procuratoribus episcopo pro tempore seu capitulo aut procuratoribus a dicto capitulo sede vacante deputatis non minus quam alia ipsius ecclesie castra contra ipsius ecclesie jnuasores quoscumque aut aliâs quandocumque opus fuerit ad ingrediendum ac de ipso ipsis jnua-

soribus et aduersariis resistendum esse debebit apertum, mei meorumve heredum contradiccione qualibet procul mota. Ad quas quidem reuendicionem jntromissionem et emissionem de ipso castro faciendas me et heredes meos predictos obligo et astringo firmiter in hiis scriptis.

Jn quorum omnium testimonium sigillum meum ex certa mea sciencia presentibus est appensum.

Datum anno domini, pridie jdus januarij, vt supra.

Sigillum modo dictum fascia membranacea ex his litteris suspensum plus minus laesum est.

XVIII.

1316, die 25. januarii.

Syboto dictus Leingrube et Agnes conjuges de Heitingesvelt capitulo ecclesiae herbipolensis duo jugera vineti vendunt, quae ipsis ab illo pro pensione annua jure emphyteotico conferuntur.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium jnspectores et maxime hii quorum interest, quod nos Syboto dictus Leingrube et Agnes coniuges de Heitingesuelt propter grauia debitorum nostrorum onera quibus in presenti sumus oppressi pro nobis et nostris heredibus iusto vendicionis tytulo vendimus et tradimus manibus coadunatis per presentes honorabili viro domino Goltsteino de Riedern decano ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine ecclesie iamdicte et specialiter capituli ipsius ecclesie duo iugera vineti nostri, omni seruitutis census seu pensionis onere penitus exonerata, ad nos iure directi dominij pertinencia, quorum

vnum situm est in marchia ville Heitingesuelt in monte dicto Blosemberg, cui ex vno latere versus campum vinetum Heinrici dicti Kyme et ex altero versus villam Heinrici dicti Stepper vinetum confinat; jtem dimidium juger situm in monte dicto Katzemberg, cui ex vna vinetum Sybotonis dicti Stepper et vinetum Billungi carnificis parte ex altera confinat; jtem in eodem monte dimidium juger situm, cui ex vno latere et in capite vinetum Hermanni de Golonia et ex altero vinetum Heinrici dicti Kyme (quod exnunc colit Cunradus dictus Rugehalm) conterminat et confinat; pro precio trium librarum et quinque solidorum denariorum herbipolensium nobis in parata et numerata pecunia integre soluto ac in vsus nostros vtiles et necessarios conuerso.

Vendidimus inquam sub penis pactis modis et condicionibus omnibus infrascriptis, videlicet vt ipse dominus Goltsteinus nomine ecclesie herbipolensis predicte et specialiter capituli ipsius ecclesie nobis predicta duo iugera vineti pro nobis et nostris heredibus pro pensione annua septem solidorum denariorum herbipolensium pro tempore datiuorum omni anno in festo sancti Galli .. procuratori vel notario ecclesie herbipolensis nomine ipsius capituli qui pro tempore fuerit soluenda iure emphiteotico conferatur. Quod et vendicione et tradicione predictis de predicto vineto nomine quo supra per nos sibi facta idem dominus Golt(steinus) nobis pro nobis et nostris heredibus nomine ecclesie supradicte et ipsius capituli iure emphiteotico conferens modo premisso totaliter adimpleuit.

Predictum eciam vinetum et quodlibet iuger ipsius stercorare singulis annis cum duobus plaustris fimi promittimus, aliisque colere culturis debitis et consuetis. Alioquin pro qualibet cultura debita et consueta per nos nostros ve heredes seu nostros in dictis vineis successores obmissa seu non adimpleta penam consuetam pro culturis debitis et consuetis non factis seu non adimpletis, videlicet quadraginta denarios herbipolenses, ipsi ecclesie et eius capitulo memorato applicandam sustinebimus secundum ville consuetudinem supradicte.

Adiectum est eciam contractui memorato, quod quandocumque solucionem dicte [pensionis] in toto vel in parte quantumcumque minima nos nostrique heredes seu nostri in dicto vineto successores non fecerimus in dicto sancti Galli festo, vt est dictum, aut in festo sancti Martini tunc proxime subsequente, extunc omne ius quod nobis aut nostris heredibus in dicto vineto conpetit aut conpetere videbatur in penam huiusmodi solucionis non facte ipso facto amittimus, et in capitulum ecclesie sepedicte cum pleno rerum dominio libere deuoluetur, immo eo ipso exstitit deuolutum.

Promittimus nichilominus nos venditores predicti pro nobis nostrisque heredibus dicto domino Golt(steino) stipulanti pro ecclesia sua sepedicta et specialiter pro capitulo ipsius ecclesie euictionem dictarum vinearum, eique plene cauebimus et faciemus warandiam werschaft wlgariter nuncupatam, prout de bonis proprietariis omni onere seruitutis census aut pensionis exoneratis iuris exstitit obseruati.

Dictum est etiam in dicto contractu, et ipse dominus Golt-(steinus) decanus supradictus stipulacione sollempni a nobis nomine quo supra stipulatus est, quod predicta duo iugera vineti in plures heredes vel successores diuidi et transferri non poterunt vel debebunt quoquammodo absque ipsius capituli licencia beneplacito vel fauore. Attamen si predicta duo iugera diuisa seu translata in plures heredes vel successores contra prefatum pactum de facto fuerint, ipsa ecclesia et capitulum — siue talem diuisionem sic factam per nos nunc nomine nostro et heredum ac successorum nostrorum in dicto vineto reprobatam admiserint seu reprobauerint — respectum et ius ad quamlibet partem dicti vineti habet et habere debet quo ad totam pensionem memoratam sub pactis penis modis et condicionibus preexpressis.

Et ut ipsa ecclesia et eius capitulum circa predictam vendicionem cercior existat, ponimus et constituimus in fideiussores Fritzonem dictum Snotzenbach et Heinricum dictum Leingrube de Heitingesuelt. Qui fideiussores moniti, si quisquam ipsam ecclesiam vel capitulum eius super dictis vineis in toto

vel in parte quacumque impetierit seu infestauerit in iudicio vel extra iudicium. ex parte capituli memorati, in obstagium se recipient, apud hospitem publicum in ciuitate herbipolensi, vno se per alium seu per aliam conmessacionem vel fideiussionem minime excusaturo, tamdiu expensas more fideiussorio in dampnum nostrum facturi quousque huiusmodi impeticio seu infestacio per nos aut nostros heredes totaliter sopiatur. Et si fideiussorum predictorum aliquis cesserit, decesserit, aut religionem intrauerit, vel de terra recesserit, alium eque certum substituemus infra mensem tunc proximum loco sui postquam ad hoc ex parte ipsius ecclesie requisiti fuerimus, aut superstes fideiussor monitus ex parte ipsius capituli in obstagium se recipiet modo premisso, donec huiusmodi substitucio compleatur.

Predicta omnia et singula nos . . coninges supradicti promittimus pro nobis et nostris heredibus seu nostris in dicto vineto successoribus sollempni stipulacione per ipsum dominum Goltsteinum decanum memoratum nomine ipsius ecclesie supradicte, omnia et singula, ut predicitur ipsi ecclesie et eius capitulo rata et firma inviolabiliter obseruare, nec contrauenire per nos vel per alios, aut contrauenientibus consentire quouis ingenio studio vel cautela. Ego quoque Agnes supradicta data sollempniter per me fide vice et in vim iuramenti iuraui, quod ad predictum contractum faciendum nec coacta nec dolo inducta seu aliqua fraude illecta fui sed sponte ipsum contractum vna cum marito meo predicto feci, et quod contra ipsum contractum aut aliquid in eo contentum non veniam per me vel per alium seu alios publice vel occulte, renunciantes nos ambo venditores sepedicti super premissis singulis et vniuersis excepcioni non numerate non habite et non solute pecunie, doli mali, in factum accioni, et iuri quo deceptis vltra dimidiam iusti precii subuenitur, necnon omnibus aliis excepcionibus defensionibus et cautelis positis in iure canonico vel ciuili. Et precipue generalem renunciacionem circa specialia non expressa non impugnabimus, immo eam expresse approbamus. Nec dicemus aliud esse actum et aliud fore scriptum. Judicis officium non implorabimus. Libellum

et beneficium restitucionis in integrum non petemus. Circumuencionem fraudem dolum et decepcionem non allegabimus, nec aliqua dicemus vel faciemus per que contractus iste vel aliquid in presenti instrumento contentum posset per nos vel per alios de iure vel de facto ex quacumque causa viciari anullari seu imposterum aliqualiter impugnari.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium presens instrumentum sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari.

Et nos fideiussores sepedicti omnia et singula que de nobis prescripta sunt vera fore recognoscimus, et ad obseruanciam eorundem nos presentibus obligamus.

Nos quoque Kůno de Gosheim officialis curie herbipolensis iam dicte omnia et singula premissa vera et in nostri presencia fore facta recognoscimus, et in testimonium eorundem sigillum nostre officialitatis presentibus appendentes.

Testes huius contractus sunt: Heinricus dictus Kyme, Hermannus dictus Wehsse de Heitingesuelt, Cůnradus de Meckenmulen, et Cunradus de Windesheim, clerici; ac alij quamplures fidedigni.

Datum et actum Herbipoli, anno domini M° CCC° sexto decimo, jn die conuersionis sancti Pauli.

Sigillum cujus mencio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

In exteriore earum parte, sed non eadem quae litteras ipsas exaravit manu, haec notata sunt:

Nota quod reus dicit, quod tria quartalia vineti de qua in littera mencio fit sita sint in monte dicto Blosemberg. Jtem quinque quartalia in monte dicto Katzenberg in duabus pecijs. Et in hoc discordat a littera.

Deductum quoque est in pactum, quod idem reus vinetum de quo fit mencio in littera singulis annis cum tribus plaustris fimi stercorabit.

XIX.

1316, die 8. februarii.

Jůta dicta Leingrůbin vidua cum liberorum suorum consensu capitulo ecclesiae herbipolensis bona quaedam vendit, quae ipsis ab illo pro pensione annua jure emphyteotico conferuntur.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium jnspectores et maxime hii quorum interest, quod ego Jůta dicta Leingrůbin relicta quondam . . dicti Leingrube de Heitingesuelt vendo et trado iusto vendicionis tytulo per presentes de consensu et voluntate expressa Sybotonis Heinrici Reinhardi et Elizabet puerorum meorum honorabili viro domino Goltsteino de Riedern decano ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine ecclesie iam dicte et specialiter capituli ipsius ecclesie bona infrascripta — videlicet curiam meam dictam zů der Leingrube sitam in villa Heitingesuelt, cui quidem curie ex vtraque parte vinetum dictum an der Rese confinat, cum omnibus suis edificiis iuribus et pertinencijs; jtem ortum situm retro orreum dicte curie, et ortum situm prope curiam predictam, de quo singulis annis solidus denariorum herbipolensium et duo pulli carnispriuiales predicte curie possessoribus nomine annue pensionis soluuntur; jtem tria jugera agri campestris sita in campo dicto jmme Steinbach, quibus ex vna parte nemus dictum Buchelberg et agri inculti Eldern wlgariter dicti Marquardi dicti Bolsterer ex parte altera confinant — omni seruitutis census aut pensionis onere exonerata, ad me iure directi dominij pertinencia, pro precio quatuor librarum denariorum herbipolensium et octo solidorum, michi in parata et numerata pecunia integre soluto, ac in vsus meos vtiles et neccessarios conuerso.

Vendidi inquam sub pactis penis modis et condicionibus omnibus infrascriptis, videlicet vt ipse dominus Goltsteinus michi nomine ecclesie herbipolensis predicte et specialiter capituli ipsius ecclesie predicta bona pro me meisque heredibus pro annua pensione duorum maldrorum tritici singulis annis in festo sancti Galli . . procuratori vel . . notario ecclesie herbipolensis nomine ipsius capituli qui pro tempore fuerit soluenda et presentanda iure emphiteotico conferat. Quod et vendicione et tradicione predictis de ipsis bonis nomine quo supra per me sibi facta idem dominus Goltsteinus michi pro me et meis heredibus nomine ecclesie et ipsius capituli predicti iure emphiteotico conferens modo premisso totaliter adimpleuit.

Adiectum quoque exstitit contractui memorato, quod quandocumque solucionem dicte pensionis in toto vel in parte quantumcumque eciam minima ego meive heredes seu mei in dictis bonis successores in dicto sancti Galli festo ut est dictum non fecerimus, aut in festo sancti Martini episcopi tunc proxime subsequente, extunc omne ius quod michi vel meis heredibus in dictis bonis competit aut competere videbatur in penam huiusmodi solucionis non facte amitto penitus ipso facto, et in capitulum ecclesie herbipolensis memorate cum pleno rerum dominio libere deuoluetur, immo eo ipso exstitit deuolutum.

Promitto nichilominus pro me meisque heredibus dicto domino Goltsteino stipulanti pro ecclesia sua sepedicta et specialiter pro capitulo ipsius ecclesie euiccionem dictorum bonorum, eique plene cauere et facere warandiam werschaft wlgariter dictam, prout de bonis proprietariis omni seruitutis census aut pensionis onere exoneratis iuris exstitit obseruati.

Et ut ipsi ecclesie et eius capitulo memoratis in premissis et circa premissa plenius caueatur, pono et obligo sibi in fideiussores Heinricum dictum Zan, Fritzonem dictum Snotzenbach, et Sybotonem dictum Leingrube de Heitingesuelt. Qui, si quisquam ipsam ecclesiam vel capitulum super dictis bonis in toto vel in parte quacumque impecierit seu infestauerit in iudicio

XX.

1316, die 10. aprilis.

Ellekint von der Tannen vidua suo et liberorum minorum annis nomine altari beatae Elisabethae in ecclesia majori herbipolensi dedicato bona in villa Zûzeleyben sita vendit.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentium inspectores maxime autem hii quorum interest, quod ego Ellekint relicta olim Heinrici dicti von der Tannen ciuis herbipolensis pro euidenti vtilitate mea et meorum puerorum, videlicet Elyzabeth Hundelini et Ellekint minorum annis, accedente consensu Aplonis et Cvnradi dictorum von der Tannen consanguineorum eorundem minorum, vendidi et in hiis scriptis iusto vendicionis titulo vendo do et trado nomine meo et tutorio nomine pro eisdem pueris meis minoribus honorabili viro domino Goltsteino de Ryedern decano maioris ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine eiusdem ecclesie et specialiter altaris ex nouo constructi et positi in sinistro latere illius loci qui dicitur capitulum eiusdem ecclesie herbipolensis in honore beate Elizabeth et aliorum sanctorum quorum ibidem reliquie continentur dedicati, et nomine Lûtegeri ad idem altare per ipsum decanum (ad quem jus patronatus eiusdem altaris racione possessionis et dominii curie Vssencheim pertinere dinoscitur) pro vicario instituti et omnium successorum suorum in ipso altari, bona mea proprietaria sita in villa dicta Zŷzeleyben et eius marchia, que ad presens colit Hermannus dictus de Binzembach jure hereditario — soluencia annis singulis tempore messis redditus decem et octo maldrorum siliginis, vnius maldri

tritici, trium maldrorum auene, et vnius maldri pise mensure opidi Arnstein, quatuor pullorum carnispriuialium, et centum ouorum tempore paschali soluendorum — pro precio nonaginta librarum hallensium et vnius libre hallensium, in parata et numerata pecunia integre michi soluto, et in vsus meos et dictorum puerorum meorum minorum vtiles et necessarios exposito et conuerso.

Que quidem bona cum omnibus suis pertinenciis et obuencionibus necnon proprietatem ipsorum resignaui, et a me et dictis meis pueris nomine tutorio abdicaui, ore manu et calamo vt moris est in ipsam ecclesiam et ipsius altaris vicarios cum pleno dominio transferendo.

Promitto eciam eidem emptori pro ipsa ecclesia et ipsius altaris pro tempore vicariis sollempniter stipulanti, de euictione dictorum bonorum prorsus cauere, et facere warandiam werschaft wlgariter nuncupatam — quod videlicet prefata bona non sint feodalia censualia nec aliquorum seruiciorum generi intricata vel obnoxia, sed ab omnibus libera et soluta penitus — prout de rebus et bonis proprietariis iuxta terre Franckonie consuetudinem fieri est consuetum, et eciam quasi ex superhabundanti et non necessitate de ratihabicione predictorum puerorum meorum minorum cum ad perfectam etatem peruenerint facienda.

Pro quibus omnibus obseruandis et fideliter adimplendis predicto emptori et vicariis eiusdem altaris pro tempore institutis fideiussores dedi et constitui honestos viros Cvnradum de Witoldeshusen militem, Heinricum dictum Durren de Kitzzingen, Aplonem et Cvnradum predictos de Abiete. Qui, si dictum emptorem vel vicarios ipsius altaris inquietacionem occupacionem impeticionem sev quoquam alio modo impedimentum per prefatos minores seu alias quascumque personas in predictis bonis sustinere contigerit, moniti in obstagium se recipient, apud publicum hospitem in ciuitate herbipolensi, vno per alterum nec per aliam conmessacionem se non excusaturo, expensas more fideiussorio in dampnum meum tamdiu faciendo donec predicta omnia reformata fuerint fideliter et impleta. Et si fideiussorum aliquis medio tem-

pore cesserit, vel decesserit, alium eque ydoneum substituam infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites fideiussores moniti se recipient modo premisso, donec talis substitucio compleatur.

Renuncio insuper pro me et ipsis minoribus meis nomine quo supra super premissis omnibus et singulariter singulis excepcioni non numerate non solute non habite pecunie, actioni de supplemento iusti precii si minoris in posterum hec mea vendicio videretur, restitucioni in integrum, necnon omnibus aliis excepcionibus defensionibus et cautelis scriptis in iure canonico vel ciuili que michi vel meis pueris minoribus contra premissa aut aliqua premissorum possent in posterum quomodolibet suffragari de iure vel de facto, dolo et fraude penitus circumscriptis.

Et hec omnia ego et predicta mea filia Elizabeth minor annis puber tamen promisimus fidedata nomine iuramenti omni diligencia qua possumus obseruare, nec contra ea venire aliquo ingenio studio vel cautela.

Jn quorum omnium et singulorum testimonium predicto emptori et vicariis ad ipsum altare institutis pro tempore dedi et obtinui presens jnstrumentum, sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis fideliter consignatum.

Nos eciam Cunradus de Witoldeshusen miles et Heinricus dictus Durre de Kitzzingen, fideiussores antedicti, recognoscimus, nos fideiussisse apud predictum emptorem et vicarios ipsius altaris pro tempore, ad exoluendum fideiussionis debitum quo ad premissa nos presentibus obligantes. Preterea nos Aplo et Cunradus predicti de Abiete, confideiussores, recognoscimus et fide prestita nomine juramenti profitemur, predictam vendicionem pro euidenti vtilitate predictorum puerorum minorum consanguineorum nostrorum fore factam, et ipsum precium in eorum vsus vtiles et necessarios conuersum, pro ratihabicione ipsorum minorum cum ad etatem perfectam peruenerint facienda, et ad exoluendum fideiussionis debitum quo ad premissa nos similiter presentibus obligantes.

Porro nos . . officialis curie herbipolensis predictus, viso et cognito quod predictus contractus pro euidenti predictorum minorum vtilitate consummatus est, quemadmodum predicti Aplo et Cvnradus de Abiete ipsorum puerorum consanguinei nos fide prestita nomine juramenti plenius instruxerunt, nostro interposito decreto ipsum contractum auctorizamus, et ad preces [parcium] tam principalium quam fideiussorum nostri sigilli munimine roboramus.

Testes quippe huius contractus sunt: dominus Wolframus plebanus de Winsperg, Merkelinus de Rotemburg, Cunradus scolaris, Heinricus dictus Mage famulus ipsius domini officialis, Bertoldus tabellio, et quamplures alii fidedigni, ad hoc vocati pro testibus pariter et rogati.

Datum anno domini M°CCC° sextodecimo, jn vigilia pasche.

Sigillum modo memoratum fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

XXI.

1316, die 5. junii.

Domus hospitales s. Theodorici et s. Johannis herbipolenses bona in Slehenriet et in Grumbach sita permutant.

1.

Jn nomine domini amen.

Nos Goltsteinus de Ryedern decanus ecclesie herbipolensis, gubernator et prouisor domus hospitalis sancti Theodorici in Herbipoli, recognoscimus publice per presentes et con-

stare volumus vniuersis, quod nos deliberacione matura et tractatu diligenti prehabitis cum vniuersis et singulis fratribus eiusdem domus, eorum consilio et consensu accedentibus, vniuersa et singula bona dicte domus cum suis iuribus et pertinenciis quibuscunque quesitis et non quesitis quocunque nomine censeantur sita et existencia in villa Slehenriet ac marchia ipsius ville, cum bonis domus hospitalis sancti Johannis in Herbipoli sitis et existentibus in villa Grumbach prope Arnstein et marchia ipsius ville, que ad presens tenet possidet et colit Heinricus dictus Glismud — soluens de eisdem bonis septem maldra siliginis, duo maldra auene, duos pullos carnispriuiales, et vnum ventrem agninum nomine annue pensionis — permuttauimus necnon dictorum bonorum permutacionem fecimus et facimus per presentes, abdicantes a nobis et successoribus nostris (ad quos ratione decanatus ecclesie herbipolensis predicte gubernatio et prouisio dicte domus hospitalis sancti Theodorici spectat) vna cum fratribus eiusdem domus in hiis scriptis omne ius quod nobis successoribus nostris et fratribus sepedicte domus hospitalis sancti Theodorici in bonis sitis et existentibus in villa Slehenriet ac marchia ipsius ville necnon pertinenciis et iuribus ipsorum vniuersis competit antedictis, id in predictos fratres domus hospitalis sancti Johannis plene et libere transferentes, promittentes que dictam permutacionem ratam habere atque gratam, nec contra eam venire aliquo ingenio studio uel cautela.

Jn testimonium autem premissorum et roboris firmitatem sepedictis fratribus domus hospitalis sancti Johannis dedimus has litteras, nostro et pretacte domus hospitalis sancti Theodorici in Herbipoli sigillis munimine consignatas.

Datum anno domini M°CCC°. sextodecimo, jn die beati Bonifacij.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hac carta suspensa sunt.

2.

Jn nomine domini amen.

Nos frater Bertoldus de Hennemberg, prior sacre domus sancti Johannis hospitalis jherosolimitani per Bohemiam Poloniam etc. necnon commendator domus eiusdem hospitalis in Herbipoli, recognoscimus publice per presentes et constare volumus vniuersis, quod nos deliberacione matura et tractatu diligenti prehabitis cum vniuersis et singulis fratribus iamdicte domus in Herbipoli, eorum consilio et consensu accedentibus, redditus siue bona eiusdem domus cum suis juribus et pertinenciis vniuersis quesitis et non quesitis quocunque nomine censeantur sitos et existentes in villa Grumbach prope Arnstein ac marchia ipsius ville, que ad presens tenet possidet et colit Heinricus dictus Glismůd — soluens de eisdem bonis nobis et aliis fratribus sepedicte domus in Herbipoli nomine ipsius domus septem maldra siliginis, duo maldra auene, duos pullos carnispriuiales, et vnum ventrem agninum nomine annue pensionis — cum bonis fratrum domus hospitalis sancti Theoderici in Herbipoli vniuersis quesitis et inquirendis ipsorum juribus et pertinenciis quibuscunque sitis et existentibus in villa Slehenriet ac marchia ipsius ville permutauimus necnon dictorum bonorum permutacionem fecimus et facimus per presentes, abdicantes a nobis in hiis scriptis omne jus quod nobis in bonis sitis in villa et marchia ville Grumbach competit antedictis, id in fratres domus hospitalis sancti Theoderici plene et libere transferentes, promittentes que dictam permutacionem ratam habere atque gratam, nec contra eam venire aliquo ingenio studio vel cautela.

Jn testimonium autem premissorum et roboris firmitatem sepedictis fratribus domus hospitalis sancti Theoderici dedimus has

litteras, nostro et pretacte domus nostre in Herbipoli sigillis munimine consignatas.

Datum anno domini M°·CCC°· sextodecimo, jn die beati Bonifacii.

Sigilla duo quorum modo mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

XXII.

1316, die 17. junii.

Ellekint vidua von der Tannen nomine suo necnon tutorio et curatorio pro liberis suis altari beatae Elisabethae ad ecclesiae herbipolensis decaniam pertinenti bona in villa Zůzeleyben sita vendit.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium inspectores maxime autem hii quorum interest, quod ego Ellekint relicta olim Heinrici dicti von der Tannen ciuis herbipolensis, tutrix puerorum meorum impuberum Hvndelini et Ellekint necnon curatrix Elyzabeth filie mee minoris annis puberis tamen, diligenti tractatu et matura deliberacione cum Aplone et Cunrado dictis von der Tannen consanguineis eorundem meorum puerorum prehabitis, ipsorumque accedente consilio et consensu, pro euidenti vtilitate ipsorum puerorum vendidi dedi et tradidi et in hiis scriptis iusto vendicionis tytulo vendo do et trado nomine meo et nomine tutorio et curatorio pro eisdem pueris meis minoribus honorabili viro domino Goltsteino de Ryedern decano maioris ecclesie herbipolensis ementi et recipienti nomine eiusdem ecclesie et specia-

liter altaris ex nouo constituti et positi in sinistro latere illius loci qui dicitur capitulum eiusdem ecclesie herbipolensis, in honore beate Elyzabeth et aliorum sanctorum quorum ibidem reliquie continentur dedicati, et nomine Lutegeri ad idem altare per ipsum decanum (ad quem jus patronatus eiusdem altaris racione possessionis et dominij curie Vssencheim pertinere dinoscitur) pro vicario instituti et omnium successorum suorum in ipso altari, bona mea proprietaria sita in villa dicta Zůzeleyben et eius marchia — videlicet duos mansos, quorum vnum soluentem annis singulis octo maldra siliginis duo maldra auene mensure herbipolensis et quatuor pullos Heinricus dictus Holderbach, et reliquum soluentem quatuor maldra siliginis et quatuor pullos annis singulis Hermannus dictus Binzembach jure hereditario ad presens colunt et possident — pro precio triginta et nouem librarum hallensium, in parata et numerata pecunia integre michi soluto, et in vsus meos et dictorum puerorum meorum minorum vtiles et necessarios exposito et conuerso.

Que quidem bona cum omnibus suis pertinenciis et obuencionibus necnon proprietatem ipsorum resignaui, et a me et dictis meis pueris nomine quo supra abdicaui, ore manu et calamo vt moris est in ipsam ecclesiam et ipsius altaris vicarios cum pleno dominio transferendo.

Promitto eciam eidem emptori pro ipsa ecclesia et ipsius altaris pro tempore vicariis sollempniter stipulanti, de euictione dictorum bonorum prorsus cauere, et facere warandiam werschaft wlgariter nuncupatam — quod videlicet prefata bona non sint feodalia censualia nec aliquorum seruiciorum generi intricata vel obnoxia, sed ab omnibus libera et soluta penitus — prout de rebus et bonis proprietariis iuxta terre Franckonie consuetudinem fieri est consuetum, et eciam quasi ex superhabundanti et non necessitate de ratihabicione predictorum puerorum meorum minorum cum ad perfectam etatem peruenerint facienda.

Pro quibus omnibus obseruandis et fideliter adimplendis predicto emptori et vicariis eiusdem altaris pro tempore institutis fideiussores dedi et constitui honestos viros Woluelinum plebanum in Ete-

leyben, Cunradum de Witoldeshusen militem, Heinricum dictum Durren de Kitzingen, Aplonem et Cunradum dictos de Abiete, necnon Johannem dictum Vngelter. Qui, si dictum emptorem vel vicarios ipsius altaris inquietacionem occupacionem impeticionem seu quoquam aliomodo impedimentum per prefatos minores seu alias quascumque personas in predictis bonis sustinere contigerit, moniti in obstagium se recipient, apud publicum hospitem in ciuitate herbipolensi, vno per alterum nec per aliam commessacionem se non excusaturo, expensas more fideiussorio in dampnum meum sine vara tamdiu faciendo donec predicta omnia reformata fuerint fideliter et impleta. Et si fideiussorum aliquis medio tempore cesserit vel decesserit, alium eque ydoneum substituam infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites fideiussores moniti se recipient modo premisso, donec talis substitucio compleatur.

Renuncio insuper pro me et ipsis minoribus meis nomine vt supra super premissis omnibus et singulariter singulis excepcioni non numerate non solute non habite pecunie, actioni de supplemento iusti precii si minoris in posterum hec mea vendicio videretur, restitucioni in integrum, nec non omnibus aliis excepcionibus defensionibus et cautelis scriptis in iure canonico vel ciuili que michi vel meis pueris minoribus contra premissa aut aliqua premissorum possent in posterum quomodolibet suffragari de iure vel de facto, dolo et fraude penitus circumscriptis.

Et hec omnia ego Ellekind venditrix antedicta sollempni stipulacione prehabita promisi, et dicta mea filia Elyzabeth minor annis puber tamen fidem dando iurauit, omni diligencia qua possumus obseruare, nec contra ea venire aliquo ingenio studio vel cautela.

Jn quorum omnium et singulorum testimonium predicto emptori et vicariis ad ipsum altare institutis pro tempore dedi et obtinui presens instrumentum, sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis fideliter consignatum. Nos eciam Wolue-linus plebanus, Cunradus de Witoldeshusen miles, Heinricus dictus Durre de Kitzingen, et Johannes dictus Vn-

gelter, fideiussores antedicti, recognoscimus, nos fideiussisse apud predictum emptorem et vicarios ipsius altaris pro tempore, ad exoluendum fideiussionis debitum quo ad premissa nos presentibus obligantes. Preterea nos Aplo et Cunradus predicti de Abiete confideiussores recognoscimus et fide prestita nomine iuramenti profitemur, predictam vendicionem pro euidenti vtilitate predictorum puerorum minorum consanguineorum nostrorum fore factam, et ipsum precium in eorum vsus vtiles et necessarios conuersum, pro ratihabicione ipsorum minorum cum ad etatem perfectam peruenerint facienda et ad exoluendum fideiussionis debitum quo ad premissa nos similiter presentibus obligantes.

Deductum est tamen in pactum, quod si ego Ellekint venditrix sepedicta vel mei pueri dicto emptori aut ipsius altaris vicario redditus tredecim maldrorum siliginis per me sub gracia reemptionis venditorum prouido viro Bertoldo dicto Rosen ad bona illa sita in dicta villa Zuzeleyben que eciam dictus emptor apud me dicto altari comparauit pertinentes, prout in instrumento super hoc confecto plenius continetur, ante festum kathedre sancti Petri proxime venturum reemero vel reemerint, extunc predicta bona in hoc contractu vendita — prefatis tredecim maldris reemptis et ipsi domino decano vel altaris vicario assignatis — libere ad me vel meos pueros reuertentur. Si vero ego et mei pueri predicta tredecim maldra siliginis dicto Ber(toldo) Rose vendita predicto domino decano, vt supra expressum est, ante dictum terminum reemere non possemus, extunc ipse dominus decanus vel altaris vicarius ex gracia presentibus sibi facta per me ipsa reemere debebunt, nichil juris michi vel meis heredibus in eisdem tredecim maldris nec eciam in bonis in presenti contractu per me venditis aliqualiter reseruato, jmmo ipsa bona omnia apud dictam ecclesiam et altare perpetuo permanebunt.

Porro nos . . officialis curie herbipolensis predictus, viso et cognito quod prefatus contractus pro euidenti predictorum minorum vtilitate consummatus est, quemadmodum predicti Aplo et Cunradus de Abiete ipsorum puerorum consanguinei nos fide

prestita nomine iuramenti plenius instruxerunt, nostro interposito decreto ipsum contractum auctorizamus, et ad preces dictarum parcium tam principalium quam fideiussorum nostri sigilli munimine roboramus.

Datum anno domini M°·CCC°· sextodecimo, feria quinta post diem beati Viti proxima.

Sigillum modo memoratum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Documentum die 11 mensis februarii anni 1317 dati, cujus sub. num. XXVIII pag. 67 et 68 mentionem faciemus, huc conferre poteris.

XXIII.

1316, die 3. julii.

Hermannus Mutzel miles satisfactione de damnis in Windeheim sibi illatis accepta ecclesiae herbipolensi se de munitione sua Truhstat gravamina non irrogaturum eique de redditibus aliisque rebus rationem redditurum promittit.

Ego Hermannus dictus Mutzel miles tenore presencium publice recognosco, quod — quia honorabiles viri domini mei, domini Wolframus prepositus, Goltsteinus decanus, Albertus de Wilnauwe scolasticus, Ludewicus de Hesseburg cantor, Rudolfus de Rotenstein canonicus, Vlricus de Kirchperg custos, et Eberhardus de Hohemberg, canonici et procuratores ecclesie herbipolensis sede vacante a capitulo deputati, michi mea dampna que in episcopatus herbipolensis obsequio in Windeheim sustinui plenarie refuderunt — ego sub fide data vice prestiti sacramenti promitto, quod herbipolensi ecclesie suisque hominibus et adiutoribus de municione mea Truhstat nullo vmquam tempore imposterum dampna aliqualia seu grauamina irrogabo, nec

permittam ab aliquo irrogari, eisdem dominis meis procuratoribus aut episcopo siquis medio tempore creatus fuerit quandocumque post festum beati Martini nunc proximum ijdem domini mei vel episcopus me ad suam presenciam ad quemcumque locum euocauerint de vniuersis et singulariter singulis per me de officio Geroltshouen perceptis racionem condignam et debitam redditurus, jpsisque super omnibus actionibus sibi ad me nomine predicte ecclesie sue competentibus et specialiter pro ducentis libris hallensium quas quedam judea per me captiuata michi soluere promisit necnon quadraginta libris hallensium per me ab hominibus ecclesie alibi extortis expeditam justiciam exhibiturus pariter et facturus, occasionis contradictionis et excusacionis velamine quolibet procul moto.

Preterea sub dicta fide promitto, quod si nobilem virum dominum meum dominum Fridericum burcgrauium nuerembergensem prenotate herbipolensi ecclesie aliqualem guerram vel brigam mouere contingeret, vel si eidem domino Friderico ab ipsa ecclesia aliqualis guerra moueretur, extunc — licet ego cum eodem domino Friderico tamquam alii sui seruitores sub suo vexillo contra ecclesiam predictam procedam — tamen ipsi domino Friderico vel suis adiutoribus in dampnum et preiudicium eiusdem ecclesie suorumque hominum vias speciales consilia et juuamina dare et concedere non debebo. Ceterum me ad hoc sub prefata mea fide obligo firmiter et astringo, quod dicto beati Martini festo elapso, vsque ad quod festum ad predicti domini mei burcgrauij obsequium me astrinxi, me ad districtus siue terminos ipsius herbipolensis ecclesie debebo cum personali residencia recipere et transferre, ipsi ecclesie consueta et debita obsequia impensurus.

Jnsuper cum sepedicti domini mei procuratores in refusionem dampnorum meorum in Windeheim michi et meis heredibus viginti librarum hallensium redditus de villis Steimbach et Steimbach in festo beati Martini proximo soluendos necnon viginti quinque librarum hallensium redditus michi et eisdem meis heredibus per iamdictos dominos procuratores aut episcopum si quis tempore medio veniet de dictis villis vel alibi infra predictum beati Martini

festum et festum epiphanie domini deinde proxime subsequens demonstrandos pro quadringentis et quinquaginta libris hallensium vendiderint, ac justo vendicionis titulo (prout in jnstrumento exinde confecto continetur) tradiderint et donarint, jta videlicet quod ipsi vel episcopus aut capitulum huiusmodi redditus pro iamdicta precij summa apud me vel meos heredes reemere valeant quandocumque ipsi episcopatui facultas affuerit reemendi, ego Hermannus me et meos heredes ad restitucionem ipsorum reddituum reempcione huiusmodi facta sub dicta fide obligo firmiter et astringo.

Jn quorum premissorum testimonium hanc litteram mei sigilli robore consignaui.

Datum Herbipoli, anno domini M°.CCC°.XVI°., V^to. nonas julij.

Sigillum modo dictum fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem laesum est.

XXIV.

1316, die 3. septembris.

Canonici regulares in Trieffenstein Heinrico sacerdoti dicto de Etleybe vicario in ecclesia herbipolensi domum suam in civitate wirziburgensi sitam — pacto de quadam utendi puteo servitute adjecto — vendunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Conradus prepositus et conuentus regularium canonicorum monasterij in Trieffenstein herbipolensis dyocesis recognoscimus publice in hiis scriptis tam presentibus quam futuris,

quod — cum monasterium nostrum tum propter malum terre statum tum propter quorundam annorum precedencium sterilitatem graui premeretur onere debitorum, nec existentibus rebus mobilibus per quas debita huiusmodi possent extingui, habitis tractatibus inter nos variis, conuocato que capitulo nostro non semel sed pluries vt est moris, atque omni alia solempnitate quam in alienacione rerum ecclesiasticarum siue monasticarum obseruari precipiunt canones obseruata, quia alienacionem infrascriptam minus onerosam et dampnosam quam alicuius alterius rei immobilis nostri monasterii considerauimus, sicut omnes insimul et singulariter singuli in verbo veritatis presentibus profitemur — discreto viro domino Heinrico sacerdoti dicto de Etleybe*) vicario in ecclesia herbipolensi ementi et recipienti pro se et suis heredibus legatariis donatariis seu successoribus quibuscumque, auctoritate et consensu honorabilis viri domini Goltsteini de Ryedern decani ecclesie herbipolensis predicte gerentis vices capituli eiusdem ecclesie in spiritualibus iam sede vacante accedente, domum nostram in ciuitate herbipolensi in curia dicta grozen Walkenriet sitam, contiguam porte eiusdem curie, confinatamque cum domo dominj Egidij vicarij in herbipolensi ecclesia sepedicta, cum orto et cellario necnon cum omnibus aliis suis juribus et pertinenciis in quibus memoratus emptor vtile dominium tenet vendidimus et tradidimus necnon iusto vendicionis titulo vendimus et tradimus per presentes pro precio viginti et quinque librarum denariorum herbipolensium, nobis in parata pecunia numerato, ac in nostros nostri que monasterii vtiles et necessarios vsus conuerso, seruitute eundi de curia dicta wenigen Walkenriet per fundum curie dicte grozen Walkenriet pretacte ad puteum eiusdem curie, pellendi ac ducendi peccora nostra, adaquandi ea ibidem, necnon alias vsum dicti putei habendi ratione pacti in contractu huiusmodi habito nobis salua, sic quod huiusmodi seruitus desinat postquam uel dicta curia wenigen Walkenriet

*) Jn altero hujus documenti exemplari, ab officiali curiae herbipolensis dato per copiam anno domini M°·CCC°·XXI°, sabbato ante diem beatae Luciae virginis, legimus: *Etleibe.*

desierit esse nostra uel dum dominus Egidius vicarius in predicta ecclesia herbipolensi successor ee ipsius domum vicarie domini Egidij alienandam duxerit vicaria ab eadem, renunciantes expresse excepcioni non numerate non habite non solute pecunie, actioni doli mali, beneficio restitucionis in integrum, juri quo subueniur deceptis vltra mediam iusti precij, necnon omnibus excepcionibus et cautelis scriptis in jure canonico vel ciuili per quas contractus huiusmodi posset per nos aut per alios inposterum aliqualiter viciari.

Jn premissorum autem omnium et singulorum testimonium euidens atque robur sigilla — videlicet domini Goltsteini decani supradicti, necnon nostra — presentibus sunt appensa.

Nos quoque Goltsteinus decanus prelibatus recognoscimus, nostrum sigillum ex certa nostra sciencia presentibus fore appensum pro maiori euidencia et firmitate roboris premissorum.

Datum anno domini M°CCC° sextodecimo, feria sexta post diem beati Egidij confessoris.

Sigilla tria quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hac carta suspensa sunt.

XXV.

1316, die 7. septembris?

Albertus Coquinarius de Swartzenvels miles — quia domini Wolframus praepositus, Goltsteinus decanus, Albertus de Wilnav scolasticus, Ludewicus de Hessepurk cantor, Rudolfus de Rotenstein canonicus, Vlricus de Kirchperg

custos, et Eberhardus de Hohemburg, canonici et procuratores ecclesiae herbipolensis, ei et ejus heredibus medietatem castri Brandawe cum hominibus judiciis jurisdictionibus villis agris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus piscationibus venationibus aliisque suis juribus proventibus et pertinentiis universis quaesitis et non quaesitis quocumque nomine censeantur in refusionem damnorum ad ducentas libras hallensium aestimatorum, quae filius ipsius in herbipolensis episcopatus obsequio in villa Windeheim sustinuit, pro jamdictis ducentis libris hallensium, necnon centum libris denariorum fuldensium, pro quibus eandem castri medietatem cum dictis suis pertinentiis apud strennuos viros Symonem et Heinricum fratres de Tanne quibus eadem castri medietas cum suis pertinentiis per felicis recordationis dominum Andream quondam herbipolensem episcopum pro praefatis centum libris denariorum fuldensium vendita exstitit de consensu dominorum procuratorum praedictorum necnon capituli duxit reemendam, vendiderunt ac justo venditionis titulo tradiderunt pariter et donarunt, hoc pacto specialiter adiecto quod iidem domini episcopus herbipolensis pro tempore seu capitulum aut procuratores sede vacante a capitulo deputati eandem castri medietatem cum pertinentiis suis praedictis pro praeexpressis ducentis libris hallensium et centum libris denariorum fuldensium reemere valeant quandocumque ipsi episcopatui facultas affuerit reemendi — se et suos heredes ad restitutionem praefatae medietatis castri ejusque pertinentiarum reemtione hujusmodi facta obligat firmiter et astringit, promittens quod de dicto castro praedictae herbipolensi ecclesiae nullo umquam tempore inferet nec inferri permittet molestiam vel jacturam.

Datum anno domini M°·CCC°·XVI°·, VII°· [idus?] septembris.

Sigilli Alberti Coquinarii de Swartzenvels fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensi circumferentia magnam partem decidit.

In carta ipsa non nisi „*vij*° *septembris*“ scriptum est. Num „*kalendas*“ an „*idus*“ suppleamus, dubitari potest.

sten legen mit sulcher macht als vns dunke daz sich zu der vesten gezihe daz wir sie gewinnen. Vnd suln von der vesten nicht kumen biz daz wir sie gewinnen. Vnd suln sie ouch brechen. Vnd mit deme gute daz zu der vesten gehôret sal man gelden deme dem von der vesten schade ist geschehen.

Wir haben ouch gelobt, ab in vnser einer lant ein name geschehe, vnd wurde vor der anderen zweyger herren vesten gevurt, so suln die amptlute daz vyz vorderen vf recht. Vnd wolde man in dez nicht vf recht vyz geben, so suln die amptlute vnd daz lant die name weren glycherwys als irs herren were.

Ez hat ouch vnser ieclicher swene siner manne bescheiden dar zu, ab icht vf loufendez wûrde zwuschen vns ader vnsen mannen ader vmme nûwe schult die da redelich ist, daz suln sie enzcheiden. Vnd swelche zwene herren daz ane gehet, so suln die zwene man dez dritten herren macht haben daz nach minne ader nach rechte zu enzchedene. Vnd swelchen herren sie besagen vmme die schult, der sal die abe richten. Vnd tete her dez nicht,

gen mit sulher maht als vns dunche das sich ze der veste geziehe das wir sie gewinnen. Vnd suln von der veste niht chomen biz das wir sie gewinnen. Vnd suln sie auch brechen. Vnd mit dem gûtte das ze der veste gehôrt sol man gelten dem dem von der veste schad ist geschehen.

Wir haben auch globt, ob in vnser eines lant ein name geschehe, vnd wurd vor der anderen zweier herren veste gefûrt, so suln die amptleut das aus vorderen vf reht. Vnd wolt man in auf reht des niht aus geben, so suln die amptleute vnd das lant die name wern glicher weis als si irs herren were.

Ez hat auch vnser ieglicher zwen siner manne bescheiden dar zu, ob iht auflaufendes wurd zwischen vns oder vnseren mannen oder vm newe schuld die da redlich ist, daz suln sie entscheiden. Vnd swelhe zwen herren das an get, so suln die zwen man des dritten herren maht haben das nach minne oder nach reht ze entscheiden. Vnd swelhen herren sie besagen vm die schulde, der sol die abrihtten. Vnd tet er des niht, vnd pfent

vnd pfente in der den die schult ane gehet zu der nehesten vesten, vnd hat der amptman dez macht vyz zu gebene, so hat her nicht dar an missetan. Dez sint von vnsers herren wegen von Babemberg bescheiden her Vôrsche von Turnowe vnd der scultheize von Babemberg, von dez gotshuz wegen von Wirzeburg her Apel Vuchs vnd her Andres von Tûngenden, vnd von vnser wegen her Johans Flyger vnd Rycholf von Wencheim.

Die selben suln ouch macht habn allez daz zu setzene vnd zu tuhende daz zu deme lantfride gehoret. Vnd dez sulle wir in gehorsam sin. Vnd swo in daz entwûchse, da sulle wir in beholfen sin mit libe vnd mit gute.

Wir haben ouch verret, daz keinez herren lûte suln samenunge nach keine herberge haben vf clôstern nach vf ir hôfe nach vf ir gut mit reysigen luten, nach keine vûterunge tun. Tut ez aber ieman vber daz, so sal ez der herre weren in dez lant ez geschiet, vnd sal wider niemanne dar an getan haben.

Ez sal ouch ie der herre von den sinen helfen nach sinem lant-

in der den die schuld an get zu der nesten vesten, vnd hat der amptman des maht aus ze geben, so hat er dar an niht missetan. Des hab wir von vnseren wegen bescheiden vnser getriwen . . Fôrthschen von Turnawe vnd vnseren schultheizzen ze Babenberg. So sint bescheiden von der herren wegen von Wirtzburch Appel Fuhs vnd Andres von Tungeden, von greuen Berthôlt wegen Johans Flieger vnd Rycholf von Wenkeim.

Die selben suln auch maht haben alles das ze setzen vnd ze teidingen das zu dem lantfrid gehôrt. Vnd des suln wir in gehorsam sein. Vnd swo in das entwûchse, da suln wir in beholfen sein mit leib vnd mit gûtte.

Wir haben auch verret, das keines herren leute suln samnunge noch kein herberge haben vf clôstern noch auf iren hôven noch auf iren gûtten mit reisigen leuten, noch keine fûtrunge tûn. Tût es aber ieman vber das, so sol es der herre wern in des lant es geschiht, vnd sol wider nieman dar an getan haben.

Es sol auch ie der herre von den sinen helfen nach sinem lant-

rechte den worten daz ie der herre sin lantrecht behabe.

Daz alle dise gelubede ganz vnd vnvorbrochen bliben, dez gebe wir disen brief zu vrkunde, versigelt mit vnsem heymelichen jnsigele, wene wir daz groze jnsigel vorlorn haben.

Dirre brief ist ge geben nach gotes geburt thusent jar driehundirt jar in deme sechzehenden jare, an deme achten tage vnser vrowen als sie geborn wart. Vnd sal nicht lenger weren biz vf ein kumpftigen bysschof der dez landez geweldik wirt vnd ein mahenden dar nach.

rehtte den worten das ie der herre sein lantreht behabe.

Das alle dise glubd gantz vnd vnverbrochen*) bliben, des geb wir disen brief zu vrchunde, versigelt mit vnserem jnsigel.

Der ist geben nach gotes geburt teusent iar dreuhundert iar jn dem sehzehendem iare, an dem ahtten tage vnser vrauwen als sie geborn wart. Vnd sol niht lenger wern biz vf einen kunftigen bischof ze Wirtzburch der des landes gewaltich wirt vnd einen manden darnach.

*) In carta ipsa scriptum est: *gantz vnd verbrochen.*

Ex altero hujus documenti exemplari sigillum SECreTVm Bertoldi COMITIS De HENnEnBerG fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

Sigillum episcopi bambergensis ex altero itidem fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum magnam partem interiit.

XXVII.

1317, die 11. januarii.

Johannes dictus Flieger miles anno domini M°·CCC°·XVII°., feria tertia post epiphaniam ejusdem proxima, praesentibus dominis

Wol(framo) praeposito, Alberto de Wilnauwe scolastico, Vlrico de Kirchberg custode, Heinrico de Reinstein juniore, Wol(framo) pincerna de Rosseberg seniore, canonicis ecclesiae herbipolensis, et pluribus aliis fidedignis, in manibus domini Goltsteini de Riedern decani praedictae ecclesiae gerentis vices capituli ejusdem in spiritualibus sede vacante ad gratiam futuri episcopi omni juri si quod in jure patronatus parrochialis ecclesiae in Rûgeheim competiit seu competere videbatur renuntiat.

Datum et actum anno et die [ut] supra.

Sigilli Johannis Flieger militis fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensi legenda magnam partem interiit.

XXVIII.

1317, die 11. februarii.

Quod supra sub num. XXII pag. 52—56 publici juris fecimus documentum, die 17 mensis junii anni 1316 exhibitum, denuo secundum ejusdem tenorem conscriptum exstat, nisi quod paragrapho antepenultimae incipienti a verbis „Deductum est tamen“ et finienti verbis „apud dictam ecclesiam et altare perpetuo permanebunt“ locus amplius non est.

Actum anno domini millesimo CCC°. decimo septimo, feria sexta proxima ante diem beati Valentini martyris; praesentibus Johanne paedagogo et Heinrico scolare domicellorum de Grumbach, Boppone paedagogo domicelli de Trimperg, canonicorum herbipolensium, Gotfrido dicto Slegevaz, Cunrado dicto de Swinfurthe famulo domini decani, Heinrico dicto Faber, et Bertoldo tabellione prae-

dictae curiae herbipolensis, ac aliis quampluribus fidedignis, ad hoc vocatis testibus et rogatis.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

XXIX.

1317, die 7. aprilis.

Missae quotidianae in altari sanctorum Nicolai et Judoci ecclesiae parrochialis in Bûtert celebrandae ordinatio confirmatur.

Nos Goltsteinus de Ryedern decanus ecclesie herbipolensis, gerens vices capituli eiusdem ecclesie in spiritualibus sede episcopali vacante, recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod Berngerus dictus Templer armiger, et Cunradus dictus Hemme, parrochiales in Bûtert, ad nostri presenciam venientes, nobis suo et nomine vniuersitatis eiusdem ville insinuarunt, quod in ecclesia parrochiali sancti Petri in Bûtert, que filialis est et annexa parrochiali ecclesie in Reytersheim ecclesie noui monasterij herbipolensis incorporate, altare sanctorum Nycolai et Judoci cum redditibus annuis et perpetuis — videlicet sedecim maldrorum siliginis, et quatuor librarum hallensium — qui quidem redditus de quibusdam bonis sitis in villa et territorio Bûtert ad hoc comparatis soluuntur in terminis certis et temporibus, dotauerunt sic quod sacerdos ibidem instituendus pro laborantibus et aliis negocia necessaria agere volentibus singulis diebus mane missam dicere teneatur. Et ne plebano loci ex hoc aliquod preiudicium generetur, ipsi plebano duarum librarum hallensium redditus de bonis quibusdam in Buetert sitis assignauerunt in

recompensam oblacionum et recommendacionum missarum que fiunt ad idem altare, ac cuiuslibet alterius dampni quod ipsi ecclesie parrochiali posset occasione dicte misse ordinate in posterum euenire. Que quidem recompensa ipsi plebano sufficiens videbatur, super suam conscienciam requisitus.

Nobis itaque supplicarunt humiliter et deuote, quod — cum ad eiusdem misse ordinacionem sic factam honorabilium dominorum domini Rudegeri de Wechmar archidyaconi loci, et dicti capituli ecclesie noui monasterij herbipolensis, et ipsius plebani loci, videlicet in Reytersheim, consensus accesserit et voluntas — auctoritate ordinaria predicta omnia confirmare vellemus.

Nos igitur, supplicacionibus suis tam piis fauorabiliter inclinati, predicte misse ordinacionem (per quam diuinus cultus augebitur) sic vt predicitur factam nostra auctoritate ordinaria interposita presentibus confirmamus, sic quod officia diuinorum hactenus in dicta ecclesia debita et consueta per plebanum loci pro tempore propter supradicte misse celebracionem nullatenus vllo vmquam tempore minuantur, sed sicut prius sine subtractione aliqua celebrentur. Nec eciam dictus sacerdos ad alia jura parrochialia manum suam aliqualiter extendet preterquam superius est expressum. Presentacio eciam dicti altaris ad presentacionem illorum dominorum noui monasterij spectabit, qui oblagium dicte ecclesie in Reytersheim pro tempore retinebunt. Erit eciam sacerdos ydoneus ad dictum altare presentandus ad jnuestiendum loci archidyacono supradicto.

Jn quorum premissorum testimonium hoc jnstrumentum exinde confectum nostro, archidyaconi, capituli noui monasterij, et plebani, supradictorum, sigillis est diligencius communitum.

Nos quoque Rudolfus de Wechmar archidyaconus loci prefati, capitulum ecclesie noui monasterij, et plebanus in Reytersheim nomine Albertus, prelibati, predicta omnia et singula de nostro consensu expresso recognoscimus esse facta, sigilla nostra huic jnstrumento in eorundem euidenciam apponentes.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC°.XVII°., VII°. jdus aprilis.

Sigillorum quorum modo mentio facta et fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum secundum prorsus interiit.

XXX.

1317, die 25. maji.

Dietricus et Elisabeta de Hesler conjuges allodium et pratum ante portam oppidi Arnstein sita Kûnoni de Gosheim curiae herbipolensis officiali — pacto reemtionis adjecto — vendunt, et ab eo jure emphyteotico possidenda recipiunt.

Jn nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium inspectores et maxime hii quorum interest aut intererit in futuro, quod nos Dietricus dictus de Hesler et Elizabet coniuges ad exonerandum nos nostrosque coheredes et heredes a debitorum nostrorum oneribus nobis et eisdem ad presens incumbentibus pari voto manibus nostris coadunatis, nomine nostro, necnon nomine Hermanni dicti Stange, Vrôwini, et Heroldi dicti Gebure, fratrum mei Dietrici iamdicti, eorum omnium nichilominus expresso consensu interueniente, justo vendicionis tytulo vendimus per presentes honorabili viro domino Kvnoni de Gosheim canonico ecclesie et officiali curie herbipolensis ementi et recipienti pro se suisque heredibus legatarijs et donatarijs et precipue suis in infrascriptis bonis successoribus quibuscunque curiam nostram sev allodium et pratum subscriptum, sita*) ante portam opidi Arnstein dictam Sygeherter tor vltra

*) In carta scriptum est: *sitis*.

pontem ibidem, ad nos tytulo proprietatis pertinentia, cum omnibus suis attinencijs sev pertinencijs vniuersis et singulis quesitis et inquirendis, pro pretio sexaginta librarum hallensium minus decem solidis bonorum et legalium, nobis soluto et in parata pecunia numerato, ac in vsus nostros nostrorumque coheredum prescriptorum vtiles et necessarios — videlicet in solucionem debitorum nostrorum et eorum — conuerso, sic tamen vt eadem bona nobis ab ipso emptore suisque heredibus et successoribus pro nobis nostrisque heredibus pro infrascripta pensione jure emphiteotico conferantur, renunciantes excepcioni non numerate non solute non habite pecunie in premissis, eandem curiam seu allodium et pratum ipsi emptori nomine quo supra cum pertinencijs suis cum mei Dietrici fratribusque supra nominatis resignantes ore manu et calamo vt est moris, ac inducentes eundem emptorem in corporalem possessionem eorundem bonorum, abdicantes a nobis et nostris coheredibus omne jus directi dominij quod nobis seu ipsis coheredibus nostris conpetit seu conpetere videbatur vel quod posset inantea conpetere in bonis supradictis, jpsa in eundem emptorem omni onere seruitutis pensionis ac census exonerata cum pleno juris dominio transferentes, eodem emptore nobis nomine nostro et heredum nostrorum pro pensione subscripta sub pactis modis condicionibus et penis infrascriptis eadem bona jure emphiteotico conferente. Pratum vero de quo supra et infra mencio habetur dicitur Breitwise, suntque octo jugera in vna petia ad nos jure dominij pertinentia, cum pratis Reinhardi de Grůnbach, Heinrici filij quondam Conradi dicti de Rode, et dicti Wolf de Arnstein confinata. De quibus quidem octo jugeribus eidem emptori sub tytulo vendicionis predicte assignamus quatuor jugera pro indiuiso pro tribus jugeribus prati que prius alienauimus de curia memorata.

Promittimus quoque eidem emptori pro se et suis heredibus suisque in dictis bonis successoribus vniuersis sollempniter stipulanti, de euictione dictorum bonorum seu proprietatis eorundem [cauere], necnon facere warandiam werschaft vulgariter nuncupatam, prout de bonis proprietarijs secundum terre Frankonie consuetudinem in omnem

litis euentum inmo in judicio et extra fieri est consuetum, ac de ipsa euictione eidem emptori dare et facere caucionem, et specialiter quod dicta bona non sint feodalia censualia sev in quibus quisquam ius aduocaticium habeat sev alicui alteri generi seruiciorum censuum reddituum sev pensionum quomodolibet intrincata vel obnoxia, sed ab omnibus hiis et quibuscunque alijs libera penitus et soluta.

Pro quibus premissis omnibus et quolibet eorum obseruandis ac etiam fideliter adinplendis, et vt ueritas vt predictum est sic se habeat, damus et constituimus ipsi emptori pro se suisque heredibus ac in ipsis bonis successoribus vniuersis fideiussores insolidum Andream de Tungden, ac Conradum de Witoltshusen, milites, Reinhardum de Grûnbach, Gotfridum de Mutensheim, Hermannum dictum Vnrûwe, et Eckonem de Mutensheim, armigeros. Qui quidem fideiussores, si antedictum emptorem heredes ve aut successores suos in dictis bonis dampnum sev inpedimentum in bonis eisdem sev in aliquo eorum que premissa sunt sustinere in iudicio vel extra contigerit, in obstagium se predicti milites Andreas et Conradus in ciuitate herbipolensi, alij vero quatuor in opido Arnstein, per se vel per famulum et equum quilibet eorum apud hospitem publicum recipere tenebuntur, vno per negligenciam aut noluntatem alterius sev aliorum confideiussorum inmo eciam occasione cuiuscunque alterius obstagij in quo se recepisset vel recepturus esset minime excusaturo, expensas more fideiussorio tam diu in dicto obstagio in dampnum nostrum et heredum nostrorum facturi et inde non exituri donec dampnum et inpedimentum amotum fuerit penitus et sublatum. Vno eciam equo sic per obstagium consumpto mortuo sev amoto, is qui eum dedit vel constituit alium tociens loco consumpti mortui vel amoti subrogare tenebitur quociens per consumpcionem mortem sev amocionem equi locus se obtulerit, contradictione qualibet non obstante. Et si quemquam fideiussorum eorundem cedere, decedere, vel a partibus recedere, statum ve suum per ingressum religionis mutare contigerit, vel ad tantam vergere inopiam quod obstagium huiusmodi facere non valeret, alium eque ydoneum fideiussorem quem ipse emptor

sui ve in dictis bonis heredes duxerint acceptandum nos nostrique heredes subrogabimus infra mensem tunc proximum loco sui. Alioquin alij fideiussores moniti in obstagium se recipient, vt est dictum, donec huiusmodi substitucio suppleatur.

Recognoscimus quoque nos venditores antedicti, bona prescripta a prefato emptore recepisse, ab eo suisque heredibus pro nobis et heredibus nostris inantea jure emphiteotico tenenda perpetuo et possidenda pro redditibus sev pensione decem et septem maldrorum siliginis boni grani ipsi emptori suisque in dictis bonis successoribus soluendis et presentandis perpetuo annis singulis in festo sancti Michahelis archangeli vel ante, grandinis sterilitate exercitu incendio sev alio quocumque casu fortuitu non obstantibus, ad ciuitatem herbipolensem cum mensura ibidem metze vulgariter dicta, vel ad alium locum eque distantem quem ipse emptor sui ve heredes sev successores in dictis bonis elegerint, ad granarium quod ad hoc deputauerint nostris laboribus dampno et expensis necnon periculo.

Quod si quocunqe anno (quod absit) eosdem redditus in ipso beati Michahelis festo vel ante nos nostri ve heredes in toto vt premittitur non soluerimus, ipso facto reempcionis de qua infra dicitur amittimus potestatem, sic quod bona predicta quo ad eorum directum dominium ipsique redditus de quibus predicitur apud emptorem suosque in dictis bonis heredes — vtili tamen dominio sev jure emphiteotico nobis reseruato — perpetuo remanebunt. Jpsis autem redditibus sev pensione modo iam dicto vel per non factam reempcionem de qua infra scribitur perpetuatis, ex tunc quandocunque nos nostri ve heredes redditus sev pensionem de quibus predicitur modo loco et condicionibus prescriptis in toto absque diminucione (quod absit) non soluerimus, ipso facto, omni contradictione cessante, cademus et priuati erimus omni jure possessionis et proprietatis quod nobis conpetit in prefatis bonis vel heredibus nostris posset inantea conpetere in eisdem, sic quod nos nostrique heredes ipsa deocupare et soluta dimittere tenebimur et tenebuntur, jpse vero emptor suique in dictis bonis heredes sev successores se de eisdem bonis intromittere poterint, ac de ipsis

ad eorum beneplacitum ordinare et disponere, nullo spirituali vel secvlari iudicio requisito, renunciantes excepcioni non habite non numerate non solute pecunie, vt est dictum, dolique mali, in factum actioni, et juri quo deceptis vltra dimidium precij iusti subuenitur, et generaliter omnibus excepcionibus defensionibus aut cautelis que nobis contra premissa et subscripta vel aliqua in eis contenta in toto vel in parte conpetere possent ex jure consuetudinalio terre sev jure quod milites dictare consueuerunt. Specialiter etiam renunciamus super prescriptis et subscriptis omnibus et singulis juri dicenti generalem renunciacionem non valere. Nec dicemus aliud esse actum et aliud scriptum Judicis officium manumque potentioris non inplorabimus. Libellum et beneficium restitucionis in integrum non petemus. Dolum fraudem et decepcionem non allegabimus, nec aliqua alia proponemus vel faciemus per nos per alium vel per alios per que predicta vel aliquid eorum possent de iure vel de facto per nos alium vel alios annullari viciari vel aliqualiter inpugnari.

Nos quoque fideiussores prenominati, videlicet Andreas de Tungden, et Conradus de Witoltshusen, milites, Reinhardus de Grûnbach, Gotfridus de Mutensheim, Hermannus dictus Vnrûwe, et Ecko de Mutensheim, armigeri, recognoscimus nos apud ipsum emptorem eiusque in dictis bonis successores fideiussores vt premittitur constitutos. Et ad exsoluendum fideiussionis debitum vt dictum est nos presentibus firmiter obligamus, nos Andreas et Cônradus milites sub sigillis nostris. Nos vero Reinhardus de Grûnbach, Gotfridus de Mutensheim, Hermannus dictus Vnrûwe, et Ecko de Mûtensheim, armigeri, omnia et singula que de nobis prescripta sunt esse vera recognoscimus, et ad ea — quia sigillis propriis caremus — sub sigillo honorabilis viri domini Goltsteini de Ryedern decani ecclesie herbipolensis gerentis vices capituli sede vacante, quod ad preces nostras et ipsorum venditorum presentibus est appensum, nos firmiter obligamus.

Porro nos Kôno de Gosheim canonicus ecclesie et officialis

curie herbipolensis recognoscimus, nos Dietrico et Elizabet coniugibus venditoribus antedictis hanc fecisse pro se et suis heredibus graciam et indultum speciale, vt ipsi possint et eis licitum sit memoratos redditus et bona reemere a festo kathedre beati Petri apostoli affuturo proxime ad sex annos tunc sese continue et inmediate subsequentes quocunque anno voluerint pro antedicto precio, videlicet sexaginta librarum hallensium datiuorum minus decem solidis, jta quod eadem reempcio id ipsum sancti Petri festum precedat. Alioquin ad eiusdem anni tenebuntur integram pensionem.

Jn quorum omnium et singulorum testimonium ac roboris firmitatem nos Kv̂no de Gosheim emptor, Dietricus et Elizabet venditores, Hermannus dictus Stange, Vrôwinus, et Heroldus dictus Gebure, fratres venditoris iamdicti, necnon nos Reinhardus de Grûnbach, Gotfridus de Mûtensheim, Hermannus dictus Vnrûwe, et Ecko de Mutensheim, fideiussores prefati, presentem litteram sigillo honorabilis viri domini Goltsteini de Ryedern decani ecclesie herbipolensis gerentis vices eiusdem ecclesie in spiritualibus sede vacante petiuimus et optinuimus roborari. Nos quoque Goltsteinus de Ryedern decanus ecclesie herbipolensis gerens vices capituli eiusdem ecclesie in spiritualibus sede vacante recognoscimus, ad peticionem domini Kv̂nonis emptoris, Dîtrici et Elizabet venditorum, Hermanni dicti Stange, Vrôwini, et Heroldi dicti Gebûre, fratrum venditoris, nec non Reinhardi de Grûnbach, Gotfridi de Mutensheim, Hermanni dicti Vnrûwe, et Eckonis de Mutensheim, fideiussorum pretactorum, sigillum nostrum fore presentibus appensum.

Nos etiam Kv̂no de Gosheim emptor sepedictus recognoscimus, omnia prescripta et specialiter ea que de reempcione preexpressa sunt esse vera. Et in eiusdem concessionis et gracie euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Testes huius rei sunt: dominus Dietricus plebanus in Arnstein, Conradus rector parrochialis ecclesie in Wegenkeim,

Bertoldus de Sehaim clericus herbipolensis, et alij quam plures fide digni.

Actum et datum in Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo decimo septimo, octauo kalendas junij.

Sigillorum quorum mentio facta est funibus membranaceis ex hac documento suspensorum nil nisi fragmentum restat.

XXXI.

1317, die 6. junii.

Johannes XXII papa ut Gabrieli de Fabriano nuntio suo ad regni Bohemiae etc. partes destinato et ejus familiaribus de necessariis expensis et securo conductu provideatur monet.

Johannes episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus vniuersis patriarchis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filijs electis abbatibus prioribus decanis prepositis archidiaconis archipresbyteris plebanis et alijs ecclesiarum prelatis ac rectoribus eorumque vicesgerentibus ac alijs personis ecclesiasticis religiosis et secularibus exemptis et non exemptis, capitulis quoque conuentibus cisterciensis cluniacensis cartusiensis premonstratensis grandimontensis sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum, nec non hospitalium sancti Johannis jerosolimitani beate Marie Theotonicorum et calatrauensis magistris et preceptoribus ad quos littere iste pervenerint salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectum filium magistrum Gabrielem de Fabriano, archipresbyterum ecclesie de sancto archangelo ariminensis

diocesis, nuntium nostrum, exhibitorem presentium, ad regni Boemie et ducatus Polonie ac certas alias partes pro quibusdam ecclesie romane negotijs destinemus, vniuersitatem vestram monemus rogamus et hortamur attente, per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus eundem nuntium cum per partes et loca vestra transitum fecerit ob reuerentiam apostolice sedis et nostram benigne recipientes et honeste tractantes ei et familiaribus ipsius de necessarijs expensis necnon et de securo conductu cum super hijs pro parte eius fueritis requisiti in eundo et redeundo liberaliter prouidere curetis.

Sic itaque mandatum nostrum efficaciter adimplere curetis, quod possitis exinde merito conmendari.

Alioquin sententiam quam ipse rite tulerit in rebelles, ad quod sibi concedimus auctoritate presentium plenariam potestatem, ratam habebimus, et faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam appellatione remota inuiolabiliter obseruari, non obstantibus si aliquibus est ab eadem sede indultum quod nuncijs sedis ipsius aliquam procurationem exhibere vel in ipsa contribuere nisi ad eos declinauerint minime teneantur, seu quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de jndulto huiusmodi mentionem, aut quibuslibet priuilegijs indulgentijs et litteris apostolicis quibuslibet personis et locis uel ordinibus sub quauis forma uerborum ab eadem sede concessis de quibus quorumque totis tenoribus in nostris litteris mentio sit habenda et per que presens mandatum nostrum possit quomodolibet impediri.

Datum Auinione, VIII. jdus junij, pontificatus nostri anno primo.

Hoc mandatum apostolicum litteris Gabrielis de Fabriano nuntii papalis, die 15 mensis maji anni 1320 exhibitis, quas suo loco publici juris faciemus, insertum est.

XXXII.

1317, die 26. novembris.

Gotfridus episcopus se ecclesiae herbipolensis capitulo pro restitutione castri Karlburg et oppidi Karlstat 1240 libras hallensium de precaria judaeorum vel civium wirziburgensium solvturum promittit.

Gotfridus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis harum serie litterarum recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod honorabilibus viris . . preposito . . decano et capitulo ecclesie nostre predicte in mille ducentis et quadraginta libris hallensium soluere nos tenemur pro eo quod castrum Karlburg et opidum nostrum Karlstat cum omnibus juribus et pertinenciis suis eis pro memorata summa pecunie ab hiis qui amministracionem sede episcopali vacante in temporalibus gesserant obligata nobis restituerunt.

Cuius quidem pecunie solucionem eisdem de precaria judeorum herbipolensium nobis debita plenarie faciendam presentibus deputamus, sic videlicet quod in festo beati Martini proxime nunc affuturo trecentas et decem libras hallensium et deinde quo ad annos proxime subintrantes in singulis festis ipsius beati Martini totidem hallensium libras de ipsa precaria in solucionem ipsius pecunie tamdiu percipere debeant donec eisdem preposito decano et capitulo memorata pecunia de perceptis fuerit integraliter persoluta. Sane si (quod absit) ante completam ipsius pecunie solucionem aliquod interueniret impedimentum euidens quo minus huiusmodi pecunia vel eius pars ipsis preposito decano et capitulo de dictorum judeorum precaria persolui posset, extunc de precaria ciuium nostrorum herbipolensium annis singulis nobis danda pecuniam nondum adhuc eis

solutam plene et integre eo modo quo predicitur percipiendam presentibus deputamus, successorem nostrum ad premissorum obseruanciam, si nos ante solucionem eiusdem pecunie cedere vel decedere contingat, de consensu ipsius capituli nostri nichilominus obligantes.

Jn quorum premissorum testimonium hoc jnstrumentum eis dedimus, nostro et ipsius capituli sigillis diligencius roboratum.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XVII°·, jn crastino beate Katherine virginis; presentibus Wolframo preposito, Goltsteino decano, predictis, Alberto scolastico, Eberhardo de Tvnnevelt plebano maioris, Ernesto de Sebeche canonico ecclesie herbipolensis predicte, et pluribus aliis testibus fidedignis.

Sigilla duo praedicta fasciis membranaceis ex his litteris suspensa sunt.

XXXIII.

1318, die 1. martii.

Ecclesia herbipolensis redditus quosdam in villa Sulczvelt Ulrico de Kyrperg custodi in proprium donat.

Gotfridus dei gratia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis harum serie litterarum recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod nobiles viri Albertus de Hohenloch dictus de Schelkelingen patruus noster karissimus et Hermannus comes de Kastele auunculus noster dilectus ad nostri venientes presentiam publice recognouerunt, se propter vrgentem eorum necessitatem rite et rationabiliter vendidisse honorabili viro Vlrico de Kyrperg nostre ecclesie custodi ementi pro

se et recipienti redditus decem librarum hallensium, quos a nobis nostraque iam dicta ecclesia in villa Sulczvelt in feodum tenuerunt, pro precio centum librarum hallensium, quod quidem precium confitebantur se recepisse et in vsus suos necessarios et vtiles conuertisse, renunciantes exceptioni non numerate non solute non habite pecunie, omnique juris auxilio canonici et ciuilis per quod dicta posset vendicio impediri, nobisque instantius suplicantes vt — dictos redditus ab eis resignatos recipientes — dicto custodi illos de nostri capituli consensu appropriare et donare in proprium dignaremur, cum tamen occasione quamplurimorum bonorum aliorum que a nobis et ipsa nostra ecclesia tenent in feodum nostri et eiusdem ecclesie vasalli nichilominus remanerent.

Nos itaque considerantes non modicum fauorem juris existere bona ecclesiarum a laycorum manibus eripere et in vsum ecclesiasticum reuocare, predicteque suplicationi ipsorum fauorabiliter annuentes, supradictos redditus cum omnibus suis juribus nobis ab eis resignatos et receptos memorato Vlrico custodi de consensu predicti nostri capituli appropriauimus et appropriamus necnon in proprium presentibus [tradimus] et donamus jure meri proprii perpetim possidendos sev quasi etiam possidendos, ius quod in ipsis nos nostraque ecclesia habuimus a nobis et ipsa ecclesia abdicantes et in ipsum Vlricum cum pleno rerum dominio transferentes, ipsumque in possessionem corporalem eorundem reddituum et pertinentiarum eorundem presentibus inducentes.

Jn quorum premissorum testimonium hoc jnstrumentum exinde confectum nostro et ipsius capituli sigillis est diligentius roboratum. Nos quoque Wolframus prepositus, Golt(steinus) decanus, et capitulum ecclesie herbipolensis sepedicte recognoscimus publice protestantes, quod — premissa omnia rata et grata habentes — eisdem nostrum consensum expressum ex certa scientia presentibus adhibemus, nostrum sigillum in eorundem euidentiam hiis litteris appendentes.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XVIII, kalendis

marcij; presentibus magistro Heinrico dicto de Stein, Lupoldo dapifero milite, Herbordo camerario nostro, et pluribus aliis testibus fidedignis.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex his litteris suspensa sunt.

XXXIV.

1318, diebus 28. et 29. martii.

Boppo comes de Hennenberg Gotfridi episcopi et ecclesiae herbipolensis castrensis et specialis servitor fit.

1.

Nos Boppo dei gratia comes de Hennenberg harum serie litterarum recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — reuerendi in Christo patris in domino nostri domini Gotfridi episcopi herbipolensis et ecclesie sue castrensis et specialis seruitor factus — promisimus et in hiis scriptis promittimus fide data vice prestiti sacramenti, quod quamdiu vixerimus eundem dominum nostrum episcopum contra vniuersos et singulos, nullo prorsus excepto, cum persona nostra seruitoribus et omnibus nostris munitionibus pro posse inantea iuuabimus, omni captione et dolo postpositis et exclusis. Jnmo sibi suisque et ecclesie sue predicte adiutoribus officiatis et seruitoribus quibuscumque vniuersas et singulas munitiones nostras quocumque nomine censeantur contra quemcumque sev quoscumque patefaciemus, consilium et auxilium fidele et efficax prestituri.

Preterea, vt eo comodius et facilius predicto domino nostro episcopo et ecclesie sue seruire possimus, idem dominus noster

episcopus redditus triginta librarum hallensium de precaria Noue Ciuitatis sue singulis annis soluendos nobis deputauit. Solutis autem nobis trecentis libris hallensium, predicti redditus erunt penitus absoluti, et nos sev heredes nostri alios XXX^{a} librarum redditus de bonis nostris propriis ipsi domino nostro episcopo vel successori suo resignabimus, et illos in feodum castrense recipiemus, jure castrensis feodi tenendos sev etiam possidendos.

Jn quorum premissorum testimonium hoc scriptum predicto domino nostro episcopo et ecclesie sue dedimus, nostri sigillo patrocinio roboratum.

Datum et actum Herbipoli, anno domini M^{o}·CCC^{o}·XVIII, V^{to}. kalendas aprilis; presentibus honorabili viro domino Goltsteino decano prenominate ecclesie herbipolensis; nobilibus viris Boppone comite de Eberstein, Kraftone de Hohenloch; nobili matrona Elyzabeth relicta quondam Gotfridi de Hohenloch; Heinrico de Boppenhusen milite, Karolo Marscalco, et pluribus aliis testibus fidedignis.

Sigilli ante dicti fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensi legenda non omnino illaesa est.

2.

Gotfridus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis, quod nos nobilem virum comitem Bopponem de Hennemberg, affinem nostrum karissimum, ad seruicia nostra et ecclesie nostre suis litteris nobis datis astrictum, contra vniuersos et singulos presentes seu futuros ad iusticiam manutenere promittimus et fideliter defensare.

Et vt ad seruicia nostra et ecclesie nostre iamdicte eo facilior et prompcior valeat inueniri, ipsum in castrensem nostrum et ipsius ecclesie recipimus, et sibi redditus triginta librarum hallensium singulis annis de precaria nostra Noue Ciuitatis soluendos pro castrensi feodo presentibus deputamus, sic videlicet quod nos seu

successor noster quandocunque oportunitas nobis affuerit huiusmodi redditus cum trecentis libris hallensium ab eo vel heredibus suis absoluere possimus. Quibus absolutis, ipse comes vel heredes sui redditus triginta librarum hallensium de suis propriis bonis nobis seu successori nostro pro tempore libere resignabunt, et a nobis illos in feodum castrense recipient, iure castrensis feodi tenendo seu etiam possidendo.

Jn cuius rei testimonium sibi hoc scriptum dedimus, nostri sigilli patrocinio roboratum.

Datum Herbipoli, anno domini M°.CCC°.XVIII°., IIII°. kalendas aprilis.

Sigillum modo dictum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum magnam partem interiit.

XXXV.

1318, mense aprili? mense majo?

Fridericus burcgravius in Nûremberg — cum sede herbipolensi vacante ad praepositi decani et capituli ecclesiae herbipolensis preces instantes ad reemendum bona et villas in Bernheim et in Herbolsheim cum pertinentiis universis inducias prorogaverit et concesserit suis patentibus litteris episcopo herbipolensi pro tempore seu etiam ejus capitulo ad triennium nondum praeteritum seu elapsum, et tunc Gotfridus herbipolensis episcopus ipsum seriose rogaverit pro hujusmodi induciis ulterius prorogandis — ei ejusve successori pro tempore aut capitulo herbipolensi inducias ad reemendum memorata bona et villas Bernheim et Herbolsheim cum omnibus pertinentiis ab ipso seu ipsius heredibus aut successoribus in illis abhinc usque ad festum cathedrae beati Petri et deinde ad duos annos immediate se subsequentes prorogat et concedit, sic quod eisdem

hujusmodi bona reemendi usque ad praedictum terminum libera sit facultas, heredes seu successores suos ad praemissorum observantiam obligans.

Datum Herbipoli, anno domini M.CCC.XV[III] ..... maji.

Sigillum Friderici burggravii nürembergensis fascia membranacea ex his litteris — quas Maerker et de Stillfried in monumentorum zollernorum vol. II. pagg. 339 et 340 ediderunt — suspensum est.

Quem uncis inclusimus anni numerum, in documenti fine pluribus locis laeso non integre legendum, recte editores modo laudati conjecerunt. Sed si documentum ipsum bene inspexeris, conjectura opus non est. Nam *j* finalis littera longa magnam partem exstat, et spatium quod inter litteras *v* et *j* jam apparet tale est quod majus videatur si solummodo *i* indagaris, sed omnino compleatur si *ii* scripta fuisse suspicatus fueris. Nec minus si documenti finem bene inspexeris, lacunam duorum vocabulorum sequitur genitivus mensis maji, quem editores laudati neglexerunt.

Quod prius sub num. XIV pag. 29 edidimus documentum, die 15 mensis novembris anni 1315 exhibitum, huc conferri potest.

XXXVI.

1318, die 3. junii.

Gotfridus episcopus et ecclesiae herbipolensis capitulum necnon alii quam primum decem marcas puri argenti pro Jacobi de Rotha nuntii papalis ejusque familiarium expensis solverint a sententiis interdicti etc. in ipsos latis absolvendi sunt.

Jacobus de Rotha iuris utriusque peritus caturcensis dyocesis clericus, sanctissimi patris domini nostri domini Johannis pape XXII nuncius ad partes Alamannie destinatus, religioso uiro priori fratrum ordinis predicatorum herbipolensium salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire.

Prefati sanctissimi patris domini nostri pape litteras vera bulla plumbea bullatas nos recepisse noueritis sub hiis uerbis:

Johannes episcopus seruus seruorum etc.

quarum tenor sub aliis nostris litteris ad dominum episcopum et capitulum cathedrale herbipolense directis est insertus.

Auctoritate quarum in dominum episcopum herbipolensem ac decanum et prepositum ceterumque totum capitulum kathedrale necnon in omnes alios inpedientes et rebelles sentencias interdicti suspensionis et exconmunicacionis nuper nos tulimus, eo quod pluries requisiti a nobis de expensis nostris et familiarium nostrorum necessarijs necnon de securo conductu iuxta mandatum apostolicum nobis prouidere neglexerunt.

Verum quia nos ad remotas partes pro negocijs apostolicis oportet proficisci, ex quo copiam nostri magno tempore habere non possent, volumus eciam cum expensarum nostrarum dispendio eorum vtilitatibus deseruire et periculis animarum obuiare.

Jdcirco vobis et discretioni vestre conmittimus per presentes ac mandamus, quod quam cito uobis constiterit per litteras veras et certas religiosi uiri domini Henrici prioris fratrum ordinis vestri predicatorum in Erphordia uel alius, legitime eidem priori erphordensi nomine nostro de decem marcis puri argenti pro dictis expensis consumptis fuisse satisfactum condigne, quem priorem erphordensem pro dictis expensis nomine nostro recipiendis tenore presencium deputamus, quatenus dictum dominum episcopum prepositum decanum ceterumque totum capitulum kathedrale et alios rebelles supradictos a predictis sentencijs iuxta formam ecclesie absoluatis et dictas sentencias relaxetis. Super hijs enim et tangentibus vobis conmittimus vices nostras donec nos eas ad nos duxerimus reuocandas, satisfacto tamen primitus dicto priori erphordensi condigne de predictis expensis.

Datum in Magdebůrch, sabbato proximo post ascensionem domini anno M°·CCC°·XVIII°.

Jn quorum testimonium nostrum sigillum quo vtimur in hac parte presentibus duximus apponendum.

Hujus sigilli fascia membranacea ex his litteris suspensi non nisi fragmentum superest.

Tenor bullae nuntio ad partes Alamanniae destinato exhibitae, cujus mentio facta est, absque dubio alter non erat ac illius nuntio ad partes Bohemiae et Poloniae destinatae, die 6 mensis junii anni 1317 datae, quam supra sub num. XXXI pag. 76 et 77 edidimus.

XXXVII.

1318, die 3. julii.

Die Hochstifte Mainz und Wirzburg ernennen je fünf ihrer Amtleute bis Weihnachten über drei Jahre zur Abwandlung der in ihren Landen vorfallenden Unthaten.

Wir Peter von gotes gnaden ercebischof von Menze, des heilgen rÿches ercekanceler ober Dûtz lant, erkennen vnd tůn kunt allen den die dissen brief sehen oder horen lesen, daz wir dûrch friedes vnd gemachs wegen mit dem erberen herren her Gotfrîd bischof von Wôrzeburch ober sin kummen vnd er mit vns, daz vûnve vns ammechtman — der viczedom von Aschaffimburch, vnd die ammechtman von Bischoffesheim, Wildenberg, Dûrne, vnd von Boÿcheim — vnd des vorgenanten herren von Wôrzeburch vûnve ammechtman — von Hohemburch, Kar[l]stad, Arnstein, Wernecke, vnd von Broÿzelsheim — vnse ammechtman dem vorgenanten herren von Wôrzeburg, vnd sin ammechtman vns gelobet haben en trûwen an edes stat, geschege chein schade vns ôder vnsern lûten vz des vorgenanten herren von Wôrzeburch lande ôder in sin lant, dâ

sollen sine vorgenanten vûnve ammechtman al eren vliz vnd er macht zu tûn daz der schade wieder tan wierde vnd die tad ge reȳchtvierdeget wierde also reȳcht ist. Vnd sollen die selben vûnve ammechtman an den dingen gantze mûge vnd macht haben aller andern ammechtlûte des vorgenanten herren von Worzeburch, also daz sie en bestanden sin die ding zû reȳchtvierdegend. Vnd sollen die selben andern ammechtlûte alle den vûnven ammechtmannen des vorgenanten herren von Wôrzeburg daz trûwen geloben. Vnd sollen ouch vnse vorgenanten vûnve ammechtman vnd ander vns ammechtlûte daz selbe hen wieder tûn gelicher wis als da vôr von des herren von Wôrzeburch ammechtlûten gescriben stat.

Geschege ouch daz chein herre ôder edele man in vnser zwîger landen ôder bie vnsern landen sieze ôder wonde der schedeliche lûte des landes helte ôder hûste oder heimte, daz sollen vnser vnd des vorgenanten herren von Wôrzeburg ammechtlûte wêren vnd reȳchtviertegen also sich daz aller beist vôget an allerleige argelist.

Vnd sollen disse vorgenanten ding weren von diser zith bez winnachten, vnd dar nâch ober drie iar.

Vnd zû eim vrkunde der ge vorgescriben dinge so han wir dissen brief mit vnserm jngesigel vorsigelt, der gegeben ist zû der Rodenboȳchen, do man zalte von Cristes gebûrte driezehen hundert iar in dem achtzehende iare, an sente Vlrichs abende.

Sigillum modo dictum fascia membranacea ex hoc documento suspensum magnam partem laesum est.

In ejus tergo quae sequuntur legimus, manu haud multum posteriore annotata:

Domini P(etri) archiepiscopi maguntini super conseruacione pacis ordinatio, et juramenta X officiatorum hinc inde.

Et ipse habet aliam consimilem isti sub sigillo domini G(otfridi) episcopi herbipolensis.

liter super hoc, quod dicti pueri dictarum relictarum ratificent ipsum contractum postquam ipsi vel aliquis ipsorum ad pubertatem peruenerint seu peruenerit, vt est dictum, infra mensem postquam fuerimus vel fuerint requisiti. Alioquin nos fideiussores et noster confideiussor predicti more fideiussorio apud publicum hospitem in ciuitate herbipolensi expensas obstagij tamdiu in dampnum nostrum et in casu ratificacionis predicte in dampnum dictarum relictarum faciemus donec huiusmodi ratificacio fuerit adimpleta, et quousque inquietacio siue impeticio ipsius emptoris et heredum suorum — per quemcumque racione nostri vel heredum nostrorum seu contemplacione siue in odium presentis contractus fuerit attemptata — sit sublata penitus et amota absque dampno emptoris et heredum suorum quolibet predictorum.

Jnsuper promittimus bona fide nos relicte predicte, et ad hoc heredes nostros obligamus, si quempiam dictorum fideiussorum medio tempore cedere uel decedere vel ad religionem transire contingerit, eque ydoneum fideiussorem subrogare infra mensem tunc proximum loco sui. Aut reliqui fideiussores expensas predictas facient donec huiusmodi subrogacio fuerit effectuj mancipata.

Ego eciam Katherina, nata predicte Elizabeth et prefati quondam Cunradi de Huneuelt, minor annis pubes tamen, exnunc prefatum contractum ratifico. Et dando fidem iuro, eum ratum habere, et non contrauenire aliquo studio uel cautela.

Jn quorum omnium testimonium, cum sigilla propria non habeamus, sigillum honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis ad peticionem nostram presentibus est appensum. Nos quoque . . officialis iamdictus, recognoscentes predicta fore vera, sigillum officialitatis nostre ad preces dictorum contrahencium et dicti Cunradi fideiussoris presentibus duximus appendendum.

Testes eciam premissorum sunt: magister Johannes dictus de Brunecke, dominus Cunradus dictus de Gartach, vicarij in ecclesia herbipolensi, Sifridus dictus Spiser, et Vlricus dictus de Steinheim, et quamplures alij fidedigni.

Datum et actum anno domini M°·CCC°·XVIII°·, feria quarta post assumpcionem virginis gloriose.

Sigillum ante dictum fascia membranacea ex his litteris suspensum abscissum est.

XXXIX.

1318, die 19. augusti.

In causa inter ecclesiam onolspacensem et Ramungum de Vestenberg de jure patronatus ecclesiae parrochialis in Forst exorta utrique parti terminus peremtorius ut jus quod se habere asserit ostendat praefigitur, ipsiusque ecclesiae provisio plebano in Cellis commendatur.

Gotfridus dei gratia episcopus herbipolensis dilecto in Christo . . plebano in Cellis salutem in domino.

Ex parte honorabilium virorum H decani et capituli ecclesie onolspacensis veniens ad nos discretus vir Marquardus, custos dicte ecclesie, jnstrumentum publicum nobis exhibuit, continens quod ecclesia in Forst per quondam dominum Manegoldum episcopum nostrum predecessorem de consensu capituli nostri sit incorporata onolspacensi ecclesie memorate, petens instanter vt in possessionem ipsius ecclesie Forst iam ex morte . . de Vestenberg dicti Kropf vacantis eosdem decanum et capitulum corporalem nomine dicte sue ecclesie inducere curaremus.

Et quia strennuus vir Ramungus de Vestenberg miles ad nos veniens dicte ecclesie juspatronatus ad se sicut ad progenitores suos spectarat ab antiquo asserit pertinere, discretioni tue mandamus precipiendo districte, quatenus tam predictis decano et capitulo quam

predicto militi feriam secundam proximam post festum beati Egidij pro termino peremptorio prefigas vt vtraque pars jus suum ostendat quod se habere asserit in ecclesia memorata.

Alioquin in ipso facto procedemus prout dictauerit ordo juris, alterutrius partis absencia non obstante.

Volumus etiam quod tu medio tempore dictam ecclesiam per te vel per alium officiari procures, et populo ibidem ministres ecclesiastica sacramenta. Et nichilominus fructus eiusdem ecclesie nomine collectorum sedis apostolice — saluis expensis necessariis pro ipsa ecclesia faciendis — fideliter colligas et reserues.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XVIII, sabbato post assumptionem beate virginis.

Redde litteram, sigillo tuo vel autentico signatam in signum execucionis fideliter per te facte.

Sigillum Gotfridi episcopi parti harum litterarum exteriori impressum magnam partem decidit. Illud WOLFRAMI PLEBANi in Cellis fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

In exteriore earum parte quae sequuntur annotata sunt, hanc causam spectantia:

De consensu parcium facta est prorogacio seu continuacio huius termini ad idem vsque in feriam secundam post festum sancti Lamperti.

Conparentibus hac die partibus, facta est iterum continuacio termini de consensu parcium vsque in feriam quintam post festum sancti Mychahelis, renunciando vtrobique feriis.

Alia manu scriptum legimus: in isto termino expendit custos v libras hallensium.

Manegoldi episcopi litterarum quae allegatae sunt, die 8 mensis aprilis anni 1303 exhibitarum, in monum. boic. nov. collect. vol. XI sub num. CLXXVII pag. 305 et 306 mentionem fecimus.

Prioris cujusdam Manegoldi episcopi documenti ecclesiam parrochialem Forst spectantis, die 11 mensis novembris anni 1291 dati, cum exemplar originale temporum injuria periisse videatur, id ad fidem copiae publici juris facimus, quam „anno domini M°·CCC°·XX° feria quinta post

epiphaniam ejusdem" officialis curiae herbipolensis exhibuit, qui se has litteras „reverendi in Christo patris domini quondam Manegoldi herbipolensis ecclesiae episcopi sigillo appenso vidisse et legisse" recognoscit:

M(anegoldus) dei gracia episcopus herbipolensis honorabili viro . . decano ecclesie onoltspacensis salutem cum affectu sincero.

Vacantem parrochialem ecclesiam Forst nobis ex morte Conradi de Vestenberg canonici onoltspacensis nostre collacioni vacantem Conrado de Vestenberg clerico, presencium exhibitori, contulimus et conferimus in hijs scriptis, jpsumque de cura animarum ipsius ecclesie inuestiuimus et presentibus inuestimus, sibi eandem curam in eius animam committentes, tibique mandantes quatenus — prefatum clericum in possessionem ipsius ecclesie ducens corporalem — facias sibi de juribus ipsius vtpote vero pastori plenarie responderi.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CC°· nonagesimo primo, jn die Martini episcopi.

XL.

1318, die 10. septembris.

Dietricus et Elizabeta de Heseler coniuges Berchtoldo de Seheim clerico herbipolensi bona sua in Ruprechtshagen sita vendunt, et jure emphyteutico possidenda recipiunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Dietricus de Heseler armiger et Elizabet*) vxor eius coniuges residentes in opido Arnstein tenore presencium in publicam deducimus noticiam, quod nos propter grauia debitorum onera nobis ad presens incumbencia vendidimus de consensu Frô-winj et Heroldi dicti Gebur fratrum mei Dietrici prefati nec-non iusto vendicionis titulo manibus nostris coadunatis pari voto

*) In altero harum litterarum exemplari scriptum est: *Elizabeth.*

vendimus et tradimus per presentes Berhtoldo[1]) de Seheim clerico herbipolensi ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus suis quibuscunque legatarijs vel donotarijs bona nostra omnia et singula sita in loco dicto Ruprehtshagen prope villam Gauwenheim cum vniuersis juribus requisicionibus et pertinencijs suis, scilicet areis ortis agris pratis pascuis rubetis et aliis quibuscunque bonis quesitis et inquirendis quocunque nomine censeantur nobis titulo proprietatis pertinentibus, pro precio quinquaginta librarum et sex librarum hallensium, nobis numerato et soluto in parata pecunia, et in vsus nostros et dictorum .. fratrum mei Dieterici[2]) vtiles et necessarios (scilicet in solucionem communem debitorum nostrorum) conuerso, renunciantes excepcioni non numerate non solute non habite pecunie in premissis, dicta bona omnia et singulariter singula ac proprietatem ipsorum resignantes ore manu et calamo vt moris est Conrado dicto Crutheim ad hoc deputato et recipienti nomine dicti emptoris, ac recipientes ab eodem Conrado ipsius emptoris nomine et ab ipso emptore ac heredibus sev successoribus suis, in antea tenenda ac jure emphyteotico perpetuo possidenda pro annua pensione sedecim maldrorum siliginis boni grani, soluenda et presentanda perpetuo annis singulis per colonum qui pro tempore fuerit in dictis bonis ad ciuitatem herbipolensem cum mensura ibidem metza wlgariter dicta sine quolibet ipsius emptoris vel heredum et successorum suorum dampno in festo vel ante festum beati Martinj episcopi super granarium quod ad hoc duxerit deputandum antequam nos vel ipse colonus aliquis nostro vel ipsius coloni nomine percipiat vel habeat quidquam de fructibus eorundem bonorum. Quem eciam colonum ipse emptor vel heredes seu successores sui possunt instituere et destituere ad placitum suum prout eis videbitur expedire.

Promittimus quoque eidem emptori pro se et heredibus seu successoribus suis de quibus predicitur stipulanti, sine quolibet eorum dampno de euiccione dictorum bonorum ac proprietatis ipsorum omnium et singulariter singulorum in omnem litis euentum in judicio

[1]) B: *Bertholdo.* [2]) B: *Dietrici.*

et extra judicium prorsus cauere, et facere gwarandiam werschaft wlgariter nuncupatam de bonis proprietarijs secundum jus et terre Frankonie consuetudinem fieri debitam et consuetam, et quod ipsa bona non sint alias quam apud emptorem prefatum fevdalia et censualia aut alicui alteri generi seruiciorum intricata onerata seu obnoxia sed ab omnibus premissis libera penitus et soluta. Promittimus eciam tollere et amouere omne impedimentum et dampnum quodcunque resarcire penitus quod vel que ipsum eptorem vel heredes aut successores suos in dictis bonis aut in ipsorum proprietate contingerit sustinere.

Pro quibus premissis et pro quolibet eorum obseruandis ac etiam fideliter adimplendis, et specialiter quod Frowinus [1]) et Heroldus fratres mei Dietrici prenominati vel alter eorum seu aliquis alius eorum vel nostro nomine publice vel occulte directe vel indirecte ipsum emptorum vel heredes aut successores suos non impediant aut molestent in dictis bonis, quod ijdem fratres — licet minores annis legittimis ad presens, puberes tamen — presentem vendicionis et empcionis contractum cum singulis penis pactis et condicionibus in eo contentis cum ad annos legittimos peruenerint ratificent et ratum habeant atque firmum, ac contra ipsum non veniant vllo unquam tempore in antea per se seu per alium quemcunque titulo gratuito vel non gratuito aut colore quocunque quesito sev etiam inquirendo, damus et constituimus eidem emptori in fideiussores in solidum Heroldum de Retzestad [2]) militem, Hermannum dictum Vnrůwe [3]), dictum Wolf de Arnstein, et Reinhardum de Grůmbach, armigeros. Qui fideiussores moniti, si antedictum emptorem heredes sev successores suos modis quibus predicitur seu alio quocunque modo occasione nostri vel heredum nostrorum seu eciam dictorum fratrum Frǒwini et Heroldi nomine sustinere contigerit a quocunque sev etiam a quibuscunque aliquod dampnum seu impedimentum in dictis bonis seu ipsorum proprietate, in obstagium se recipere tenebuntur quilibet in persona propria sub fide de hoc prestita manuali, vno per negli-

[1]) B: *Frǒwinus.* [2]) B: *Retzstad.* [3]) B: *Vnrůwe.*

gentiam sev noluntatem alterius confideiussoris sui seu etiam occasione cuiuscunque alterius obstagij in quo se recepisset seu recepturus esset se non excusaturo, expensas more fideiussorio apud hospitem publicum in dicto opido Arnstein facturi sine vara et de inde non exituri tamdiu donec dampnum seu impedimentum huiusmodi amotum fuerit penitus et sublatum. Quorum fideiussorum si aliquis cesserit statum suum mutando vel religionis habitum assumendo, siue decesserit, aut recesserit a partibus, seu exigente inopia aut alia quacunque rationabili causa id ipsum obstagium non posset facere sev adimplere, alium eque ydoneum fideiussorem subrogabimus nos vel heredes nostri infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites fideiussores moniti modo premisso in obstagio se recipient, donec subrogacio huiusmodi completa fuerit cum effectu.

Licitum tamen nobis ex speciali gracia a dicto emptore nobis et heredibus nostris facta, prefata bona et proprietatem ipsorum reemere pro antedicto precio quinquaginta sex librarum hallensium datiuorum cum nostra propria et nullius alterius pecunia sine vara, sic quod ipsa bona pro eodem precio non vendemus alibi aut obligabimus, a festo kathedre sancti Petri apostoli nunc venturo ad sex annos tunc continue et inmediate subsequentes quocunque anno voluerimus, jta quod ipsa reempcio hoc idem festum precedat, et nichilhominus pensio predicta prius sit assignata antedicto emptori vel heredibus seu successoribus suis sine diminucione qualibet et soluta.

Ceterum deductum est in pactum, quod quandocunque nos vel heredes nostri aut colonus qui pro tempore fuerit in dictis bonis dictam pensionem in toto vel in parte in prescripto solucionis termino vel ante vt dictum est non persoluerimus, extunc eo ipso cessante omni contradictione proprietas bonorum et pensio de qua predicitur, sublata omni spe et gracia reempcionis huiusmodi, apud ipsum emptorem et heredes vel successores suos perpetuo permanebunt.

Conuentum est eciam, quod si nos vel heredes nostri aliquod jus sev emolumentum quod nobis exnunc vel in antea posset competere in dictis bonis vendere contigerit, hoc primo debebimus ipsi

emptori vel heredibus seu successoribus suis exhibere et eis vendere eo foro sine fraude sicut alter quicunque emptor duxerit acceptandum.

Ego vero Elizabet predicta recongnosco et profiteor publice per presentes, quod dicta bona nomine dotis siue donacionis propter nupcias non pertinent siue dinoscuntur in aliquo pertinere.

Nos quoque Frôwinus et Heroldus fratres predicti, licet minores annis puberes tamen, recongnoscimus fidem corporaliter prestitisse sic quod sit juramentum Conrado Crutheim prefato nomine dicti emptoris, quod contra presentem uendicionis contractum de nostro consensu expresso et pro vtilitate nostra factum et initum non ueniamus inposterum ratione minoritatis huiusmodi sev etiam ex alia quacunque causa alicuius ingenij studio vel cautela.

Nos etiam fideiussores antedicti recongnoscimus nos constitutos et fideiussorie obligatos vt dictum est, et ad exsoluendum modo premisso fideiussionis debitum nos fideidacione corporaliter de hoc per quemlibet nostrum prestita presentibus firmiter obligamus.

Preterea nos coniuges venditores, Frôwinus et Heroldus fratres antedicti renunciamus super premissis omnibus et singulis accioni doli mali et in factum, beneficio restitucionis in integrum, necnon omnibus aliis excepcionibus defensionibus et cautelis iuris canonici et ciuilis quibus dictus contractus aut aliquid in eo contentum posset per nos vel heredes nostros in posterum inpugnari de jure vel de facto seu quomodolibet viciari, fraude et dolo circa omnia et singula penitus circumscriptis.

Et in eorundem necnon in omnium et singulorum premissorum testimonium et euidenciam pleniorem nos vna cum Berhtoldo emptore et fideiussoribus nostris prefatis presentem litteram sigillo honorabilis viri domini .. officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos Kvno de Gozheim officialis iamdicte curie et canonicus ecclesie herbipolensis ad peticionem dictarum parcium vendencium et emencium, Frôwini et Heroldi fratrum, et fideiussorum predictorum in premissorum testimonium duximus presentibus appendendum.

Acta sunt hec anno domini M°·CCC°· decimo octauo, IIII°· ydus septembris; presentibus domino Theoderico plebano in Arnstein, Heinrico de Hohenberg [1]) socio suo, Conrado plebano in Gauwenheim, Heinrico plebano in Sweberit, Heinrico de Trimperg clerico, Heinrico dicto de Beinsgesang, famulo .. dicti de Retzestad [2]) opidani in Retzestad [2]), necnon Conrado dicto Crutheim prenominato, et quampluribus aliis fidedignis vocatis ad hoc pro testibus et rogatis.

[1]) B: *Hohemberg.* [2]) B: *Retzstad.*

Singula officialis curiae herbipolensis sigilla ex utroque hujus documenti exemplari suspensa sunt, ex altero fascia membranacea, ex altero fascia de ipsarum litterarum membrana confecta.

LXI.

1318, die 7. octobris.

Romungi de Vestenberg petitio in causa quae inter ipsum et ecclesiam onolspacensem de jure patronatus ecclesiae in Vorst vertitur coram officiali curiae herbipolensis proponitur.

Inserta est haec petitio documento die 14 mensis aprilis anni 1320 exhibito, quod infra sub. num. LXIX edemus.

Quod supra sub num. XXXIX imprimi jussimus documentum, die 19 mensis augusti anni 1318 datum, huc conferre poteris.

XLII.

1318, die 16. decembris.

Gotfridus episcopus — quod Wortwinus et Dyetricus de Zymmern milites, in ipsius constituti praesentia, recognoverunt

publice, se dilectis in Christo .. magistrae et conventui sanctimonialium in Nuwenkyrchen et eorum inclusorio quandam curiam in eadem villa, tres libras et X solidos hallensium solventem, quam dictus Rudiger inhabitavit, et aream ibidem, X solidos hallensium solventem, quam Conradus dictus Hoveman habuit, cum omnibus earum attinentiis juribus et advocatiis, ab ecclesia herbipolensi procedentia, quo melius divino possent vacare cultui, et carnalem sororem eorundem (quam propter deum in consororem suam ad earum receperunt inclusorium) eo commodius in necessariis procurare, in proprium donavisse, cum instantia postulantes, ut in recompensam eorundem bonorum ab eisdem fratribus unam curiam in Krensse, quam dictus Springer inhabitat, jure proprietatis ad eos spectantem, ad manus ipsius episcopi resignatam recipere, eisque in feodum conferre, ac .. magistrae et sanctimonialibus praefatis et earum inclusorio bona de quibus supra dicitur donare in proprium curaret — curiam et aream praedictas cum suis attinentiis, quae quidem bona praedicti fratres ad manus ipsius libere resignarunt, ab ipso et ecclesia herbipolensi penitus abdicantes, eadem bona saepedictis sanctimonialibus ipsarumque inclusorio in proprium donat jure meri proprii perpetuo possidenda, praefatam autem curiam in Krensse ipsi ab eisdem fratribus resignatam eis in feodum confert ab ipso et ecclesia herbipolensi titulo feodi possidendam.

Acta sunt haec anno domini millesimo trecentesimo XVIII°, in vigilia beati Lazari episcopi, pontificatus anno primo.

Gotfridi episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

XLIII.

1319, die 11. januarii.

Officialis curiae herbipolensis, judex a Gotfrido episcopo herbipolensi specialiter deputatus — cum in causa quae inter

Ramungum de Vestemberg militem ex una necnon decanum et capitulum ecclesiae onolspacensis ex parte altera vertitur coram ipso super ecclesia parrochiali in Vorst et jure patronatus illius ex parte dicti militis nemo penitus comparuerit in termino ad procedendum ab ipso partibus assignato, procuratore dictorum decani et capituli comparente et in quantum debuit exspectante — in Onolspach et in Cellis plebanis et cuilibet eorum qui requisitus fuerit mandat firmiter praecipiendo, quatenus eundem militem peremtorie citent ad ipsius praesentiam, quem et ipse citat, ut feria quinta post purificationem beatae virginis proxima coram ipso compareat, quam ei pro termino assignat extunc ad concludendum in dicta causa vel aliquid rationabile proponendum.

Neve in executione hujus mandati alter alterum respiciat vel exspectet.

Actum et datum anno domini M°·CCC°·XIX° , feria quinta post epiphaniam ejusdem.

Utrumque sigillum, tam officialis curiae herbipolensis, quam illud W[althe]RI PLEBAnI IN OnolsPACH in signum factae executionis datum, fasciis de litterarum ipsarum membrana confecta suspensa sunt.

Alia manu in exteriore hujus cartae parte scriptum legimus: in isto termino expendit ij libras.

Quod supra sub num. XXXIX pag. 91 et 92 edidimus documentum, die 19 mensis augusti anni 1318 exhibitum, huc conferri potest. Necnon illud die 7 mensis octobris anni 1318 datum, cujus sub num. XLI pag. 98 mentionem fecimus

XLIV.

1319, die 24. januarii.

Hundelinus filius et Ellekindis filia Ellekindis relictae quondam Conradi dicti von der Tanne, civis herbipolensis —

cum Ellekindis mater praedicta suo et ipsorum nomine successive vendiderit honorabili viro domino Goltsteino de Ryedern decano majoris ecclesiae herbipolensis, necnon domino Lûtgero vicario ejusdem ecclesiae altaris ex novo constructi et positi in sinistro latere illius loci qui dicitur capitulum dictae ecclesiae herbipolensis, in honorem beatae Elisabetae et aliorum sanctorum quorum ibidem continentur reliquiae dedicati, ementibus et recipientibus nomine ecclesiae herbipolensis praefatae, et specialiter altaris jam dicti, sua et ipsorum bona proprietaria infrascripta, videlicet curiam seu allodium cum suis pertinentiis situm in villa dicta Schrutebûch, quam quidem curiam sive allodium Aplo dictus Kammenstil colit et possidet jure hereditario, solventia singulis annis redditus quatuor maldrorum siliginis et duorum pullorum, pro pretio quindecim librarum hallensium; et bona sita in villa dicta Zutzeleybe et ejus marchia, quae Hermannus dictus Binsenbach colit et possidet jure hereditario, solventia annis singulis redditus decem et octo maldrorum siliginis, unius maldri tritici, trium maldrorum avene, et unius maldri pisarum, quatuor pullorum, et centum ovorum, pro pretio nonaginta librarum et unius librae hallensium; necnon bona sita in dicta villa Zutzeleybe et ejus marchia, videlicet duos mansos quos Hermannus dictus de Gerstungen et Heinricus Raubentisch jure hereditario colunt et possident, solventia singulis annis redditus octo maldrorum siliginis, quatuor avene, et duorum pullorum, pro pretio quadraginta librarum hallensium; atque bona sita in praelibata villa Zutzeleybe et ejus marchia, videlicet duos mansos quos Hermannus dictus Binsembach praedictus et Heinricus dictus Holderbach colunt et possident jure hereditario, solventia singulis annis redditus duodecim maldrorum siliginis, duorum maldrorum avenae, et octo pullorum, pro pretio triginta et novem librarum hallensium numeratorum praenominatae Ellekindi matri suo et ipsorum nomine pecunia in parata conversorumque in ipsius usus utiles atque ipsorum, prout hec omnia clarius specificata reperiuntur in instrumentis super eo confectis, sigilli honorabilis viri domini . . officialis curiae herbipolensis robore consignatis — contractus hujusmodi fidem dando jurant ratos

habere fideliter et servare cum omnibus suis clausulis et conditionibus in eisdem contentis, nec per se aut per alios contravenire in toto vel in parte aliquo ingenio studio vel cautela.

Actum anno domini M°· trecentesimo decimo nono, feria quarta ante conversionem sancti Pauli; praesentibus Heinrico plebano in Heresheim, .. plebano in Etleyben, magistro Conrado notario honorabilis viri domini Goltsteini decani praedicti, magistro Bertoldo tabellione curiae praedictae, Aplone dicto von der Tanne, Rudegero dicto Kolman clerico de Hallis, et pluribus aliis fidedignis ad hoc vocatis pro testibus et rogatis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

Quae supra sub num. XV pag. 30—32, XX pag. 46—49, XXII pag. 52—56, XXVIII pag. 67 et 68 edidimus documenta, exhibita die 4 mensis decembris anni 1315, die 10 mensis aprilis anni 1316, die 17 mensis junii anni 1316, die 11 mensis februarii anni 1317, huc conferre poteris.

XLV.

1319, die 7. martii.

Gotfridus episcopus herbipolensis — nobilis viri Ludwici comitis de Oetingen avunculi carissimi fructuosa obsequia et accepta ipsi et ecclesiae herbipolensi impensa et in posterum impendenda grato animo respicere cupiens — ei et nobilibus Ludwico et Friderico ejus fratruelibus ac heredibus eorundem, quos etiam ex hoc ad ipsius ecclesiae servitia vult in antea obligari, universa et singula bona quae habet in oppido onolspacensi, videlicet in teolonio et precariis et alibi ubique in eodem officio, cum omnibus lucris et jure temporalium, quae quidem bona antea a felicis recordationis Jringo et Bertholdo episcopis herbipolensibus praedecessoribus eisdem pro ducentis marcis argenti et tre-

centis libris hallensium fuerant pignori obligata, prout in eorum litteris patentibus vidit contineri, de consensu capituli ecclesiae herbipolensis expresso in feodum confert, jure feodi ab ipso et ipsius ecclesia perpetim possidenda.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°· decimo nono, nonis martii.

Has litteras, quas Stumpf in opere cui titulus est „historisches Archiv für Franken I pag. 165 edidit, ad fidem copiae feria quarta post diem beati Jacobi apostoli anni 1323 ab officiali ecclesiae herbipolensis exhibitae ejusque sigillo fascia de ipsius copiae membrana confecta suspenso munitae edidimus, qui eas „Gotfridi episcopi herbipolensis necnon capituli ecclesiae herbipolensis sigillis signatas, non cancellatas, non abrasas, omnique suspicione carentes“ vidit et legit.

XLVI.

1319, die 22. martii.

Ad probandum positiones factas in causa inter Romungum de Vestenberg et ecclesiam onolspacensem de jure patronatus ecclesie parrochialis in Forst exorta terminus assignatur.

Officialis curie herbipolensis, judex a reuerendo in Christo patre domino Gotfrido episcopo herbipolensi specialiter deputatus.

Jn causa infrascripta lite legittime contestata juratum est de calumpnia a partibus hinc inde.

Ponit juramento suo et probare interdit de credulitate Romungus de Vestenberg miles contra dominum . . decanum et . . capitulum ecclesie onolspacensis aut contra quamcumque personam aliam pro ipsis legittime interuenientem, quod ius patronatus ecclesie parrochialis in Forste et ius presentandi rectorem ad eandem pertinebat olim ad progenitores ipsius actoris. Heinricus

de Hohsteten canonicus in Onolspach, procurator capituli eiusdem ecclesie, non credit quod dicit posicio.

Jtem quod progenitores actoris fuerunt in possessione seu quasi iuris patronatus dicte parrochialis ecclesie in Forste. Non credit dictus procurator.

Jtem quod ipsi presentauerunt rectores ad dictam parrochialem ecclesiam. Non credit.

Jtem quod quondam dictus Kropf senior de Vestenberg et actor erant fratrueles, id est duorum fratrum filij. Credit idem procurator.

Jtem quod idem Kropf tempore sui obitus erat senior inter cognatos ipsius actoris. Nescit nec dicit se aliquid de hoc audiuisse.

Jtem quod ad dictum Kropf pertinebat ius patronatus dicte parrochialis ecclesie in Forst. Non credit.

Jtem quod ipse fuit in possessione iuris presentandi seu quasi rectores ad dictam parrochialem ecclesiam. Non credit.

Jtem quod ipse presentauit dictum Kropf filium suum ad dictam parrochialem ecclesiam pro rectore. Non credit.

Jtem quod idem Kropf senior fratruelis ipsius actoris mortuus est. Credit idem procurator.

Jtem quod actor successit eidem Kropf fratrueli suo predicto in iure patronatus ecclesie predicte tamquam heres. Dependet a sexta supra non credita.

Jtem quod hucusque seruatum est inter progenitores actoris quod senior habuit presentare rectores ad dictam parrochiam. Dependet a prima non credita.

Jtem quod idem Kropf erat senior inter progenitores actoris, et ex eo ius patronatus dicte ecclesie ad ipsum pertinebat.

Jtem quod actor nunc senior est inter cognatos ipsius. Credit procurator.

Jtem quod actor ex eo quia senior est inter cognatos eius habet presentare rectorem ad dictam parrochiam. Dependet.

Jtem quod ipse presentauit dictum Heinricum sacerdotem quondam socium . . plebani in Flahslande ad parrochialem ecclesiam in Forst pro rectore ibidem. Nescit nec de hoc aliquid audiuit.

Jtem quod predicti rei inpediunt ipsum presentatum per actorem ad dictam ecclesiam quod investituram non potest consequi de eadem. Dependet a responsione ad proximam.

Jtem quod actor tempore presentacionis per ipsum facte de domino Heinrico predicto ad dictam parrochialem ecclesiam erat et adhuc est in possessione seu quasi iuris presentandi rectorem ad predictam parrochiam. Dependet.

Et nos ad probandum primo ipsis partibus feriam secundam post dominicam jubilate, sed si dies feriata fuerit diem non feriatam proxime subsequentem pro termino assignamus.

Protestatus fuit etiam procurator . . decani et capituli predictorum, quod posiciones contrarie et inpertinentes pro non positis, et responsiones facte ad easdem pro non responsis habeantur. Quam protestacionem nos . . officialis predictus admisimus, parte alia presente et non contradicente.

Actum anno domini M°·CCC°·XIX°·, feria quinta ante dominicam qua cantatur judica in passione domini.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsius documenti membrana confecta ex his litteris per copiam datis suspensum magnam partem laesum est.

In exteriore earum parte alia quam quae ipsas exaravit manu notatum est: in isto termino expendit ij libras hallensium. xx^{ti}. denarios.

Quae supra sub num. XXXIX, XLI, XLIII pag. 91—93, 98, 99 et 100 edidimus documenta, die 19 mensis augusti necnon die 7 mensis octobris anni 1318 et die 11 mensis januarii anni 1319 exhibita, huc conferri possunt.

XLVII.

1319, die 2. aprilis.

Gotfridus episcopus herbipolensis, nobilis viri comitis Ludewici de Oetingen avunculi carissimi grata obsequia ipsi et ecclesiae herbipolensi impensa et in posterum impendenda grato animo respicere cupiens, curiam illam quam . . dictus Heickelin in Jppehoven ab eo jure hereditario possidebat, cujus et jus hereditarium tunc etiam idem avunculus conquisivit, a censu videlicet quadraginta denariorum qui singulis annis de eadem curia ad mensam episcopalem hactenus dari consuevit de consensu capituli ecclesiae herbipolensis absolvit exonerat et in perpetuum dicit absolutam.

Praeterea quicunque suo nomine deinceps dictam curiam possidebit, eundem — si in bonis tantum ad valorem centum marcarum et non ultra habuerit — a dandis precariis sturis seu aliis exactionibus quibuscunque eximit de dicti capituli consensu et libertat. Si autem ultra valorem centum marcarum habuerit, extunc de omnibus bonis onus precariarum steurarum seu aliarum exactionum cum aliis subibit seu etiam supportabit.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XIX°·, IV^to. nonas aprilis.

Sigillorum ex hac carta fasciis membranaceis suspensorum illud Gotfridi episcopi omnino interiit, illud capituli majoris ecclesiae herbipolensis magnam partem laesum est.

XLVIII.

1319, die 3. aprilis.

Schiedsrichterliche Beilegung der Zwistigkeiten zwischen dem Hochstifte Wirzburg und den Grafen Bertholt und Heinrich von Hennemberg.

Wir Bertholt von gotes gnaden graue ze Hennemberg vnd graue Heinrich sin sun tun kunt allen den di disen brief sehen lesen oder horen lesen, daz wir aller der sache vnd kriege di gewesen sint zwischent dem ersamen herren bischof Gotfrit von Wirtzburg vnd sinem goteshuse vnd sinen dienern von einem teil vnd vns vnd vnsern erben vnd unsern dienern von dem andern teil sin gegangen hinder di erbern lute bruder Cunrat von Gundeluingen dem lantkomentur von Franken, graue Ludewigen von Ôtingen, vnd burcgraue Friderichen von Nueremberg. Di hant vns geschîden vnd verrihtet als her nach geschriben stat.

Von erste hant sie gescheiden, das ein guetu sune vnd friuntschaft zwischent im vnd vns vnd vnsern beider dienern sol sin vmbe alle sache vnd an raychunge swaz bruche zwischen vns beidenthalben ist gewesen biz her. An als verre swaz vnsere ietwederre brief von dem andern hat, daz sol also stete beliben, vnd sol weder vf noch abe gen. Vnd wer daz ieman di brief vber varn het, daz heizen sie niht abe lazen.

Si hant auch gescheiden, daz vns vnd vnsern sunen vnd der erben vnser vorgenanter herre bischof Gotfrit sol lihen div lehen div her nach geschriben stant. Vnd wer daz vnser sune ane erben

verfueren, so sol er si lihen vnsern tohtern vnd ir erben. Vnd hat si vns gelihen auch an sinen briefen zu rehtem lehen. Daz ist allez daz gût daz graue Herman vnd graue Boppe von Hennemberg seligen heten vnd liezen, vnd sunderlich daz gût daz graue Cunrat selige von Wilperg liez, ez si ledik oder verlehent, als ez bischof Andres selige der edelen vrauwen der marcgreuin von Brandenburg lech, vnd als ez di vorgenanten von sinen vorvaren vnd sinem goteshus haben gehabet, ze haben vnd ze besitzenne euweclichen als man lehen besitzen sol. Vnd wer auch daz ieman der wilpergischen lehen an in iht vordert ze lihenne, der sol er niht lihen, vnd sol si wisen an vns oder an vnser erben, wan er si vns gelihen hat. Wer auch daz vns ieman vnrehte tete oder tûn wolte an den lehenne, so sol er oder sine nachkomen vns schirmen ze vnserme reht, wanne wir si von ime vnd von sinem goteshuse ze lehen haben. Ane di houemark ze Buntdorf vnd swaz dar zu gehoret, di mak er vnd sin nachkomen von vns vnd vnsern erben wider losen swenne si wellen, vnd suln si im vnd sinem goteshus wider geben ze losen ane wider rede. Vnd wan wir sprechen div selbe houemark si vnser phant fur sehs hundert mark silbers, vnd der vorgenante vnser herre bischof Gotfrit da wider sprichet er sul si losen vmme vierdehalphundert mark silbers, des hant si vns geschiden alsus, wan alle gezuge toet sint: behaben wir oder vnser erben mit vnserm eyde sehs hundert mark silbers, dar vmme sol er oder sin goteshus die houemark vmme losen, vnd niht hoher, oder fur ie di mark silbers geben drithalp phunt haller, ob si wellen; behaben wir aber minner, daz sol im vnd sinem goteshus ab gen an der vorgenanten summe. Vnd wan wir sprechen div houemark sie vns vogetber dannoch swenne sie wider geloset wirt, vnd er sprichet daz wir keine vogetay dar vf haben suln so siv wider geloset wirt, dar vber haben si vns gescheiden alsus: swenne er oder sin nachkomen di houemark wider losen wellen, daz man in der kuntschaft ervaren sol ob div houemark vogetber wer von dem von Wilperg oder niht e danne daz siv dem vorgenanten grauen Herman wart in gegeben. Vnd saget div kuntschaft daz si vogetber wer, so suln wir vnd vnser

erben vogetay dar vf haben. Ist des niht, so sol siv vn vogetber vnd ledik sin so siv geloset wirt.

Si hant auch gescheiden, daz wir oder vnser erben suln geben vnserm vorgenanten herren bischof Gotfrid oder sinem goteshuse zwei tusent mark silbers, an zehen mark. Di selben zehen mark sol im der edel man burcgraue Friderich von Nueremberg geben vnd verrihten, Wir suln im auch oder vnser erben fur iegelich mark silbers geben drithalp phunt haller, ob wir wellen. Vnd suln daz selbe gût geben zu den ziln als her nach geschriben stat: von erste suln wir geben daz dritteil des selben gûtes vf sant Martines tak der nu nehste kumet, vnd von dem selben tage vber ein iar aber daz dritteil des selben gûtes, vnd danne dar nach zu sant Walpurg tage der dar nach aller nehste kumet daz jungeste dritteil an dem vorgenanten gût. Vnd wer daz wir oder vnser erben des gûtes niht en geben vf iegelich zil als da vor benennet ist, so suln wir oder vnser erben im vnd sinem goteshus als vil gûtes als wir von im vnd sinem goteshus inne haben ledik lazen, daz er genimet dar nach als sich vf iegelich zil geburet zegebenne des wir niht gewern noch vergelten. Vnd suln im auch und sinem goteshuse diu gût wider geben mit der gulte vnd mit dem gût als ez vns von sinen vordern versetzet wart. Vnd suln auch diu gût durch keyne geverde dest vaster niezen, biz er oder sin goteshus des vorgenanten gûtes gewert werde.

Sie hant auch gescheiden, daz alle gevangen dî wir beidenthalben oder vnser beider diener gevangen haben ledik suln sin an alle wider rede. Wer aber daz sine diener oder di vnsern an ander gelten solten, oder zu ein ander ze clagenne heten vmme erbe lehen oder eygen, oder vnser keyner des andern diener ich gelten solten, daz sol er im geben oder vz rihten, oder sol im des rehten dar vmme gehorsam sin.

Er sol vns auch noch vnser erben niht irren an Kitzich, ob wir ez buwen wolten.

Er sol vns auch oder vnsern erben Steynach di burk vnd swaz dar zu gehoret als ez im vnd sinem goteshus wart versetzet

ze losenne geben vmme tusent mark silbers, oder fur ie die mark silbers drithalphundert phunt heller zegebenne, swenne wir ez losen wellen. Vnd losen wir vor sant Walpurg tage vierzehen tage oder vor sant Michels tage vierzehen tage, so sol vns ie vor der nehsten geltzit der zins gevallen. Wer aber daz wir ez niht en losten vor den ziln, so ist der zins vnsers vorgenanten herren bischof Gotfrides vnd sines goteshuses. Vnd sol vns doch di burk mit allem dem daz dar zu gehoret wider geben, swenne wir in oder sin goteshus gewern des vorgenanten gûtes.

Er sol auch schicken, daz die edeln herren burcgraue Friderich von Nueremberg, vnd Ludewik von Hohenloch des vorgenanten bischoffes bruder sun, her Wolfram der tuemprobst, her Albret von Wilnauwe der schulmeister, her Vlrich von Kirchperg ertzpriester, vnd her Ernest von Sebech, di tuemherren, Volker von Tunegershein, Cunrat von Witoltshusen, Andres von Tunnegeden, vnd Herman von Brende, die ritter, fur in geloben, swenne wir oder vnser erben vmme in oder sin goteshus oder vmme sin nachkomen di burck ze Steynach wellen wider losen, daz man si wider gebe mit allem dem gelte vnd nutze daz dar zu gehoret, als ez im vnd sinem goteshus vnd sinen vorvarn versetzet ist.

Daz wir der vorgenant graue Bertholt von Hennemberg, vnd graue Heinrich sin sun dise schidunge vnd teydinge stete haben wellen vnd auch niht vergezzen werde als ez di vorgenanten herren gescheiden haben, dar vmme haben wir vnseriv jnsigel gehenket an disen gegenwertigen brief zu einem waren vrkunde, vnd haben die vorgenanten schidelute gebeten daz si iriv jnsigel zv den vnsern dar zu henken. Wir bruder Cunrat von Gvndeluingen der lantkomentur ze Franken, graue Ludewik von Ôtingen, vnd burcgraue Friderich von Nueremberg, der vorgenanten sache schidelute, veriehen vnd tun kunt, daz wir vns der vorgenanten sache an genomen haben durch ir beider bet, vnd ez auch also gescheiden haben als hi vor geschriben stat. Vnd dar vmbe haben wir vnseriv jnsigel zu der edelen herren der vorgenanten

von Hennemberg jnsigel gehenket an disen brief, daz ez niht vergezzen werde.

Der brief ist gegeben ze Wirtzburg, do mon zalte von gotes geburte driuzehenhundert jar vnd in dem nunzehenden jar, an dem nehsten dinstage nach dem palmen tage.

Sigilla quinque quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex his litteris suspensa restant.

Quae in monumentorum boicorum volumine antecedente pag. 437—444 publici juris fecimus documenta, die 7 mensis septembris et die 9 mensis octobris anni 1309 data, huc conferri possunt. Nec minus litterae quae modo sub num. XLIX sequentur huc spectant.

XLIX.

1319, die 15. aprilis.

Bertholdus et Heinricus comites de Hennenberg se ecclesiam herbipolensem de redditibus castri Steynach ipsi pignori obligati integraltier assignandis indemnem facturos promittunt.

Bertholdus dei gracia comes de Hennenberg et Heinricus natus eiusdem harum serie litterarum recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum jllustris domina Anna marchionissa brandenburgensis felicis recordacionis quondam domino Andree episcopo herbipolensi eiusque successoribus et ecclesie sue castrum Steynach vna cum redditibus annuis centum marcarum argenti pro mille marcis argenti, qualibet marca pro duabus et dimidia libra hallensium taxata et estimata, duxerit obligandum, prout in litteris exinde confectis expressius continetur, et

[illegible] in Christo pater et dominus noster dominus Gottfridus episcopus Herbipolensis firmiter asseueret quod dicti omnium marcarum redditus nondum fuerint nec adhuc sint ad ipsum castrum integraliter assignati — nos (qui predicte domine marchionisse in prefato castro et redditibus alijsque bonis successimus) omnem defectum quem idem dominus noster suaque ecclesia in supradictis centum marcarum redditibus patitur supplere et omnia eorundem redditum a tempore obligacionis prefacte hucusque neglecta promisimus et promittimus integraliter resarcire, et ad hoc nos et heredes nostros presentibus obligamus.

Verum quia antedictus dominus episcopus prelibatum castrum Steynach cum dictis redditibus ad hoc assignatis nobis ad redimendum pro mille marcis argenti dare promisit, nos — vt sue indemnitati in hac parte plenius caueatur — omnem actionem impeticionem brigam seu litem, si quas hac occasione ipsa domina marchionissa et heredes eius sibi seu successoribus suis vel ecclesie sue aut fideiussoribus suis ipsi domine marchionisse pro castro et redditibus ipsis restituendis datis in posterum vllo vnquam tempore mouerent, quod absit, prorsus amputare promittimus seu eciam ammouere, ymmo omnia dampna si qua ex hoc incurrerent absque omni eorum dampno refundere et integraliter resarcire. Sane sepedictus dominus noster episcopus seu successor eius aut capitulum sede vacante nobis seu heredibus nostris iamdictum castrum Steynach cum redditibus suis pro mille marcis eo modo quo in dictis litteris exinde confectis continetur sine omni obstaculo restituet quandocumque, non obstante si in dictorum redditum supplecione neglectorum resarcione seu in actionum impeticionum brigarum et licium amputacione seu ammocione essemus (quod absit) quomodolibet negligentes.

In quorum premissorum testimonium hanc litteram nostris sigillis fecimus roborari.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo XIX°, XVII° kalendas maij.

Sigilla duo modo memorata fasciis membranaceis ex his litteris suspensa restant.

Quod in monumentorum boicorum volumine antecedente pag. 437—443 publici juris fecimus documentum, die 7 mensis septembris anni 1309 datum, huc conferri potest. Nec minus quod modo sub num. XLVIII pag. 107—111 imprimi jussimus.

L.

1319, die 14. aprilis.

Johannes XXII papa Gotfrido episcopo herbipolensi (qui habere poterit notitiam pleniorem) per apostolica scripta mandat, quatenus causa cognita cum Heinrico nato nobilis viri Bertholdi comitis de Hennemberg et Jutta nata . . ducissae vratislaviensis ut — impedimento quod ex quarto consanguinitatis gradu provenit non obstante — in eodem matrimonio remanere licite valeant auctoritate papali dispenset prout secundum deum animarum ipsorum saluti viderit expedire, prolem susceptam et suscipiendam ex eodem matrimonio legitimam nuntiando.

Datum Avinione, XVIII kalendas maji, pontificatus anno tertio.

Hoc mandatum apostolicum Carolus Schöppach in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. I sub num. CXXXIII pag. 74 edidit, illud diei 15 mensis aprilis tribuens.

Litteras diebus 2 et 3 mensis junii anni 1320 exhibitas, quarum infra mentionem faciemus, huc conferre poteris.

LI.

1319, die 18. aprilis.

Gotfridus episcopus herbipolensis decano et capitulo ecclesiae onoltspacensis — cum praelati capitula et conventus

de Holsteten canonicus in Onolspach., procurator capituli eiusdem ecclesie, non credit quod dicit positio.

Item quod progenitores actoris fuerunt in possessione seu quasi iuris patronatus dicte parrochialis ecclesie in Forste. Non credit dictus procurator.

Item quod ipsi presentauerunt rectores ad dictam parrochialem ecclesiam. Non credit.

Item quod quondam dictus Kropf senior de Vestenberg et actor erant fratrueles, id est duorum fratrum filij. Credit idem procurator.

Item quod idem Kropf tempore sui obitus erat senior inter cognatos ipsius actoris. Nescit nec dicit se aliquid de hoc audiuisse.

Item quod ad dictum Kropf pertinebat ius patronatus dicte parrochialis ecclesie in Forst. Non credit.

Item quod ipse fuit in possessione iuris presentandi seu quasi rectores ad dictam parrochialem ecclesiam. Non credit.

Item quod ipse presentauit dictum Kropf filium suum ad dictam parrochialem ecclesiam pro rectore. Non credit.

Item quod idem Kropf senior fratruelis ipsius actoris mortuus est. Credit idem procurator.

Item quod actor successit eidem Kropf fratrueli suo predicto in iure patronatus ecclesie predicte tamquam heres. Dependet a sexta supra non credita.

Item quod hucusque seruatum est inter progenitores actoris quod senior habuit presentare rectores ad dictam parrochiam. Dependet a prima non credita.

Item quod idem Kropf erat senior inter progenitores actoris, et ex eo ius patronatus dicte ecclesie ad ipsum pertinebat.

Item quod actor nunc senior est inter cognatos ipsius. Credit procurator.

figentes cum vicijs et concupiscencijs carnem suam ad diuine maiestatis obsequia trahunt alios per exemplum, infra pietatis apostolice vbera conplectentes, dignum esse conspicimus eos congruis presidijs conmuniri, vt eo deuocius quo quietius pacis famulentur avctori.

Cum itaque, sicut ex parte dictorum . . magistri et fratrum fuit propositum coram nobis, jpsi a non nullis qui nomen domini inuacuum recipere non formidant diuersis et grauibus iacturis iniurijs violencijs et molestijs in diuersis mundi partibus extra regnum Francie affligantur, nos — eorundem . . magistri et fratrum prouidere quieti, et malignorum conatibus obuiare volentes — fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus extra dictum regnum vos vel duo aut vnus vestrum per vos vel per alium sev alios (etiam si sint extra loca in quibus deputati estis conseruatores et judices) eisdem magistro et fratribus efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eos a predictis vel quibuscumque alijs indebite molestari, vel eisdem dampna violencias iniurias vel molestias irrogari, facturi eisdem . . magistro et fratribus, cum ab eis vel procuratore aut procuratoribus eorum fueritis requisiti, de predictis et alijs personis quibuslibet de quibuscumque molestijs violencijs iniurijs atque dampnis presentibus et futuris, in illis videlicet que iudicialem requirunt indaginem summarie et de plano sine strepitu et figura iudicij, in alijs vero prout qualitas ipsorum exegerit iusticie conplementum, molestatores presumptores et iniuriatores huiusmodi necnon contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis status ordinis vel condicionis exstiterint (etiam si pontificali prefulgeant dignitate) quandocumque et quocienscumque expedierit per censuram ecclesiasticam appellacione postposita conpescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, non obstantibus felicis recordacionis Bonifacij pape VIII predecessoris nostri in quibus cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem et dyocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis vltra vnam dietam a fine sue dyocesis ad iudicium euocetur, sev ne iudices et conseruatores a sede deputati predicta extra ciuitatem et dyocesim in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere aut alij vel alijs vices

suas conmittere siue aliquos vltra vnam dietam a fine dyocesis eorundem trahere presumant, sev quod de alijs quam de manifestis iniurijs et violencijs et alijs que iudicialem indaginem exigunt penis in eos si secus egerint et in id procurantes adiectis conseruatores se nullatenus intromittant, et tam de duabus dietis in concilio generali (dummodo vltra terciam vel quartam dietam aliquis extra suam ciuitatem et dyocesim auctoritate presencium ad iudicium non trahatur) quam alijs quibuscumque constitucionibus a predecessoribus nostris romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conseruatoribus quam personis vltra certum numerum ad iudicium non vocandis aut alijs editis que vestre possint in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercicio quomodolibet obuiare, seu si aliquibus conmuniter vel diuisim a sede apostolica sit indultum quod exconmunicari suspendi vel interdici sev extra vel vltra certa loca ad iudicium euocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis locis ordinibus et nominibus propriis mencionem, vel qualibet alia indulgencia dicte sedis generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre iurisdictionis explicacio in hac parte valeat quomodolibet inpediri et de qua cuiuscumque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mencio specialis.

Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit inpedimento canonico inpeditus, quodque a dato presencium sit vobis et vnicuique vestrum in premissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictio attributa, vt eo vigore eaque firmitate possitis in premissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent et iurisdictio vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta super conseruatoribus et qualibet alia in contrarium edita non obstante.

Datum Avinione, VI. kalendas maij, pontificatus nostri anno tercio.

Has litteras papales ad fidem copiae „anno domini millesimo trecentesimo xx⁰, feria sexta post dominicam quasi modo geniti“ per officialem curiae herbipolensis factae et ejus sigillo fascia membranacea suspenso munitae edidimus, qui eas „non rasas non cancellatas non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas cum vero stilo et bulla de canapo“ vidit.

LIII.

1319, die 1. maji.

Heinricus de Frankenstein ecclesiae herbipolensis vasallus et castrensis judicium in Ternbach resignat.

Nos Heinricus dominus de Frankenstein recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — propter affectum sincerum quem ad reuerendum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Gotfridum episcopum herbipolensem et ecclesiam suam, cuius sumus vasallus, gerimus — judicio in Ternbach ab ipso et ecclesia sua in feodum procedente vna cum saltibus venacionibus piscacionibus piscinis riuis riuulis aquis aquarumque decursibus vijs inuijs pratis pascuis ortis domibus censibus redditibus obuencionibus jurisdictione pariter et honore omnibusque alijs iuribus et pertinencijs suis cultis et incultis quesitis et non quesitis quocumque nomine censeantur necnon hominibus vtriusque sexus ad dictum judicium spectantibus in manibus ipsius domini nostri episcopi nec vi nec metu coacti libere renunciauimus et in hijs scriptis renunciamus simpliciter et precise.

Jdem eciam dominus noster episcopus sicut pro vasallo et castrensi suo pro nobis erit interim, et quo ad iniurias nostras judi-

cialiter prosequendas nos graciose tam in diebus placitorum quam in judicio et extra cum diligencia promouebit.

Attamen cauebimus et cauere promittimus, quod contra jniuriatores nostros nec per bellorum insultus seu gwerram nec pignorum occupacionem nec per quascumque alias innouaciones vllo vmquam tempore sine predicti domini nostri episcopi consilio et consensu aliqualiter procedemus.

Jn quorum omnium premissorum testimonium ipsi domino nostro episcopo hoc scriptum dedimus, nostri sigilli patrocinio roboratum.

Actum et datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo XIX°, kalendis maij; presentibus honorabilibus viris domino Wolframo preposito, Goltsteino decano, Alberto de Wilenauwe scolastico, Eberhardo et Heinrico de Tunnevelt, archidiaconis, Ernesto de Sebech, canonicis ecclesie herbipolensis; fratre Lupoldo de Wiltingen, Heinrico prothonotario, Cunrado notario, magistro Heinrico, familiaribus domini nostri episcopi, in Hauge et noui monasterij ecclesiarum canonicis; necnon strennuis viris Bertholdo dicto Rose et . . dicto Wide, scultetis herbipolensibus, Yringo Sintram, et . . dicto Tagbrot, Lupoldo dapifero de Entse, et Luppelino, militibus, ac alijs testibus fidedignis.

SIGILLVM · HEINRiCI · DE · FRANKENSTEIN fascia membranacea ex his litteris suspensum restat.

Quod die 21 mensis maji anni 1321 datum est documentum huc conferri potest.

LIV.

1319, die 26. maji.

Gotfridus episcopus herbipolensis — quod strennui viri Cunradus Zolner miles et Hermannus dictus Zwiseler

armiger areae desolatae decimam videlicet in Wûstenfûterse, quam ab ipso ipsiusque ecclesia tenebant in feodum ab antiquo, resignantes petiverunt instanter ut hujusmodi decimam (ad quam ipsi et dictae ecclesiae, ad quam spectat, restituendam induci nequierunt) dilectis in Christo .. abbati et conventui monasterii eberacensis cisterciensis ordinis herbipolensis dioecesis, quibus jus suum quod in eadem habebant decima donatione inter vivos donarunt, appropriare incorporare seu donare in proprium curaret — considerans non modicum favorem juris existere quod ea quae divini juris existunt a laicorum manibus male detenta ad usum ecclesiasticum maxime religiosorum provide revocentur, abbati et conventui hujusmodi decimam appropriat in proprium donat et perpetuo incorporat, immo illam cum pleno rerum dominio in eosdem et dictum monasterium eberacense transfert et tradit, eisdem hoc scriptum dans, in ejusdem donationis incorporationis et traditionis testimonium sui sigilli munimine roboratum.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo XIX°, VII°. kalendas junii.

Gotfridi episcopi sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

LV.

1319, die 9. junii.

Die Bürgerschaft von Wirzburg verbindet sich dem Bischofe Gottfried auf dessen Lebenszeit zu bestimmter Hilfeleistung.

Wir Johan vom Stern, Arnolt vom Santhoue, Herbort von Niht, Cunrat vom Lintwurme, Tyerolf Wei-

beler, Heinrich von Nagelsberg, Heinrich Strigel, Cunrat Trutman, meister Johan der Sarwurht, Wolueline Baunstic, vnd auch die gemeinde der burger vnd des volkes von der stat ze Wirtzburg tun kunt allen den die disen brief an sehen lesen oder horen, beide gegenwertigen vnd kunftigen luten, daz wir an gesehen haben die gunst vnd die gnade di vnser ersamer herre vnd furste bischof Gotfrit von Wirtzburg dem wir dienstes allewege schuldik sin zu vns hat, vnd haben vns gein im verbunden vnd verstricket vnd verbinden vnd verstricken an disem brîfe als hie geschriben stet, die wil er lebet.

Swenne in dunket daz in ein rehte ehaft vnd redelich nôt ane geverde ane ge, vnd sich dar zu mit siner maht wiget vnd rihtet, vnd vns gemant, so suln wir alle gemeinliche dar nach in aht tagen so wir beste mugen bereit sin also daz ez im nutzlich sie vnd vns erlich, vnd svln vz varn zu im in sehs millen von der stat, vnd suln im dar zu beholfen sin mit gûten truwen ane geverde, also bescheidenlich daz wir ie als vil vnser da heime lazen daz di vorgenant stat wol behût vnd bewart sie. Vnd so wir da vierzehentage in sime dienste bi im sin gewesen, so mugen wir vns wol wandeln, vnd mugen halbe hein varn, vnd daz ander vnser halpteil der stat sol bi im beliben.

Wer aber daz in duhte ane geverde daz in vn verwentes dinges ein ehaft vnd redelich nôt ane gienge, so suln wir vz varn vor den ahte tagen gemeinliche, vnd im dar zu beholfen sin mit gûten truwen so wir aller schierste mugen ane geverde.

Wer aber daz er durch ehafte nôt des in duhte ane geverde verrer fuere danne sehs mille, so suln wir halbe vz varn so wir beste mugen zu im swa er wer oder fûre in sinem hertzogentûme, vnd suln im dar zu beholfen sin mit gûten truwen ane geverde. Wir mugen auch vns wandeln die wil ie der dienst wert swenne ez vns fueget, also daz wir ie halp bi im beliben.

Wer aber daz er hie heime in dem lande niht enwer, oder in ander redeliche vnd ehafte nôt irrete des in duhte ane geverde daz er selber da niht gesin mohte, so suln wir gebunden sin zu den

vorgenanten diensten dem oder den den er ez empfolhen hete oder empfilhet an siner stat swa die weren oder fueren in dem hertzogentûme mit siner maht ane geverde, si sin pfaffen oder leigen, swenne wir gemant werden als vor gesprochen ist.

Doch zu iegelicher vz verte so sol vnser als vil da heime beliben daz di vorgenant stat wol behût vnd bewart sie.

Vnd daz daz allez vesteclich vnd vnzebrochenlich von vns allen behalten werde, so habent sich verbunden vnser sehzik sunderliche die hie geschriben sten, vnd dar nach wir alle gemeinlich arme vnd riche, vnd verbinden vns an disem briefe zu den vorgenanten dingen mit vnsern truwen vnd mit vnserm eide den wir dar vber zu den heilgen gesworen haben, daz wir dise dink vnd dise strickunge halten wollen vnd dar zu helfen vnd furdern wollen mit gûten truwen ane alle geverde.

Die sehzick daz sint die: Johan Ecke vnd Johan gebruder vom Stern, Arnolt vom Santhove, Tyerolf Weibeler, Cunrat vom Lintwurme, Herbort von Niht, Rugger von Volkach, Johan Fuhs, Johan vnd Woluelin Brunlin, Engelhart von Rotemburg, Johan von Scheckembach, Marquart von Wigenhaim, Rugger Munzer, Bertholt Heubern, Hertlin sin bruder, Gotze Willemut, Cunrat Weibeler der elter, Cunrat Tufel, Herolt Ôtzman, Fritze Wammes, Hartman vom Rebstok, Cunrat sin bruder, Gotze Maler, Otte Virnkorn, Vlrich Weibeler, Gotzo vom Santhove, Johan Johan Brunlins sun, Kyseling Virnkorn, Woluelin Fuhs, Heinrich Herbordes sun von Niht, Heintzlin Munzer, Heinrich Ziechelin, Woluelin sin bruder, Heinrich Scholle, Heinrich Bergerhof, Fritze Marcgreue, Engellin Hane, Friderich von Vtingen, Hiltbrant Gruebe, Johan Schutze, Heinrich Nagelsberg, Cunrat Trutman der kursener, Heinrich Strigel, Heinrich von Rindervelt, fleislahter, Woluelin Baunstic, Gernod Schiezer, brotbecken, Johan Sarwurch, Lengelin Schuhwurch, Heinrich Saltzkastener, Heinrich der

Lange, Cunrat Schrubenloch, Volke Pletener, kremer, Heinrich Bertheim lower, Gotzo Hartliep, Sackembach, vischer, Cunrat Ballebach, Mutinger, snider, Wernher Bergmeister, Heinrich Blumelin bi dem Meune, Cunrat Blidenstein, vnd Walther Ortis, winmezzer.

Als dicke aber der sehzik einer abe gienge von tode oder von anderre sache, so suln wir im einen andern geben den er benennet an des stat dar nach in einem manden als wir gemant werden. Vnd der sol geloben vf den eit den er vor gesworen hat vnserm herren dem bischof disu dink ze behalten vnd ze furdern als si hie vor geschriben sten. Hat aber er im niht gesworen, so sol er der selben dinge von nuwem swern als di andern da vor gesworn haben.

Zv einem offenne vrkunde vnd gezugnisse der dinge aller samet so haben wir disen brief heizen geschriben, vnd dar an vnser jnsigel gehangen.

Dirre brief wart gegeben do man zalte von gotes geburte driuzehenhundert jar dar nach in dem nunzehenden jar, an dem sameztage vor sant Vites tage.

SIGILLVM CIVITATIS HERBIPOLENSIS fascia membranacea ex hoc documento suspensum integrum est.

LVI.

1319, die 14. junii.

Berhta priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii sancti Marci in Bleichach extra muros herbipolenses recognoscunt publice, quod — cum Gotfridus episcopus herbipolensis frumentum infrascriptum, videlicet quinquaginta maldra

siliginis, triginta tritici, quatuor pisarum mensurae herbipolensis, et decem et octo maldra avenae mensurae dictae burkmazze de decima in Kunigeshoven, quam ad se asserunt pertinere, collectum in curia ipsarum Frankenfurt, sub fida custodia viri discreti Hermanni de Yppehoven ad hoc ab ipso deputati in sequestra deponi fecisset, ex eo quod eandem decimam ab ipso et ecclesia sua procedentem in feodum ad se asserit devolutam, non obstante incorporatione seu confirmatione per felicis recordationis dominum Andream episcopum praedecessorem de dicta decima ipsis facta, quam quidem confirmationem invalidam reputat, licet ipsae eam validam reputent — idem tamen episcopus praedictum frumentum in usus ipsarum convertendum ipsis assignari mandavit, tali per eum protestatione praemissa quod ex hoc nullum sibi et ecclesiae suae in jure suo praejudicium generetur.

Datum et actum anno domini millesimo CCC°. XIX°., feria quinta ante Viti.

Sigilla priorissae ac conventus sanctimonialium monasterii ante dicti fasciis membranaceis de ipsarum litterarum membrana confectis suspensa sunt.

Documentum cujus in monum. boic. nov. coll. vol. XI sub num. CCXCVI pag. 547 mentionem fecimus, die 8 mensis septembris anni 1313 datum, huc conferre poteris.

LVII.

1319, die 18. junii.

Officialis curiae herbipolensis, judex a Gotfrido episcopo herbipolensi specialiter deputatus, in Onoltspach et in Flachslande plebanis vel eorum vices gerentibus mandat, quatenus ad ipsius citent peremtorie praesentiam Ramungum de Vestenberg militem, quem et ipse citat, in feriam secundam post assumtionem beatae virginis ad procedendum secundum retroacta, et alias prout justum

fuerit in causa quae inter eum ex una et decanum ac capitulum ecclesiae onoltspacensis ex parte altera super parrochiali ecclesia in Forste et jure patronatus ejusdem ecclesiae vertebatur et vertitur coram ipso.

In exsecutione mandati hujus unus alterum non respiciat nec exspectet.

Datum anno domini M°·CCC°·XIX°·, feria secunda ante Cyriaci.

Sigillum officialis curiae herbipolensis necnon sigillum WALTHERI PLEBANI IN ONOLspach, pro exsecutionis testimonio datum, fasciis de ipsarum litterarum membrana confectis suspensa sunt.

In exteriore earum parte annotatum legimus: in isto termino expendit ij libras.

Quod supra sub num. XLVI pag. 103—105 edidimus documentum, die 22 mensis martii anni 1319 exhibitum, huc conferre poteris.

LVIII.

1319, die 5. julii.

Kime von Bernheim sendet dem Bischofe Gottfried hochstift wirzburgische Lehen zu Hennenbach auf.

Jch Kime von Bernhain tun kunt allen den di disen brief sehent lesent oder horent lesen, daz ich vnd alle min erben hant vf gesent bi dem edeln herren grauen Ludewic von Otingen vnserm herren dem bischof ze Wirzburg sogetan lehen die wir von im hetten ze Hennenbach in dem wiler daz da lit bi Onolspach, die Rabnolte seligen sûne vnd ir erben von mir heten ze lehen. Vnd ver zihe mich der selben lehen von minen wegen vnd

von allen minen erben als verre daz ich noch min erben an diz erbelehenschaft nummer me kain reht furbaz habent sullent.

Vnd wan ich niht jnsigels hân, so verbind ich mich aller der ding die vorgeschriben sint vnder mines ôhaims jnsigel hern Hermans von Bernhain daz an disem brief hanget zv̊ aim offen vrkunde. Jch Herman von Bernhain vergihe, daz ich min jnsigel an disen brief gehenket han von mines vorgenanten ôhaims bêt zv̊ aim offen vrkund.

Diser sache sint geziug: her Hainrich von Hochsteten corherre ze Onolspach, phaffe Walther pharrer ze Onolspach, phaffe Cunrat der Bruze vicariar ze Onolspach, Luz von V̊lbach graue Ludwiges kneht, vnd ander erber lûte.

Diser brief ist geben ze Onolspach, do man*) zalt von Cristes geburt driuzehenhundert jâr vnd in dem nunzehenden jâr, an dem nehsten dunders tag vor sant Kylians tag.

*) In carta scriptum est: *do man daman.*

Hermanni de Bernhain sigillum fascia membranacea ex his litteris quondam suspensum periit.

LIX.

1319, die 7. julii.

Ordinatio de nominatione in ecclesiae herbipolensis capitulum et aliis eo spectantibus facta.

Wolframus de Grumbach prepositus, Goltsteinus de Ryedern decanus, Heinricus de Stahelberg senior, Eberhardus de Tvnneuelt plebanus, Bertholdus de Grumbach,

Heinricus de Reinstein junior, Ernestus de Sebech, Vlricus custos, Kvno de Goshein, canonici ecclesie herbipolensis, diffinitores seu arbitratores vel ordinatores super expedicione articuli seu facti infrascripti a toto capitulo ecclesie prescripte nuper in ipso capitulo videlicet anno domini millesimo trecentesimo decimo octauo feria sexta ante Phylippi et Jacobi constituti assumpti electi seu deputati, omnibus quorum interest aut interierit in futurum salutem in domino cum noticia subscriptorum.

Cvm ecclesie iamdicte defectum ministrorum instituendorum, multiplices quoque preces pro recipiendis canonicis importune instancium, indignacionem eciam eorundem si passim eos minime exaudiri contingeret, dissensiones insuper que in conferendis prebendis dum vacant in capitulis suboriri solitum est iamdictum capitulum intrinseco mentis libramine ponderaret, hijs quoque omnibus quia in conmuni capitulo occurri propter dissenciendi facultatem comode non poterat, jdem capitulum ut ipsi et dicte ecclesie nostre super premissis de oportuno remedio prouideremus in nos matura deliberacione prehabita vnanimiter et concorditer conpromisit, nullo penitus discrepante, singuli de capitulo bona fide promittentes omnia et singula que super premissis concorditer ordinaremus diffiniremus statueremus seu declararemus absque contradictione qualibet recipere ac inconcussa (nullarum adinuencionum directe vel indirecte intermixtis coloribus) perpetuo firmiter obseruare.

Nos vero, potestate huiusmodi ab ipso capitulo recepta, ad tractandum super premissis vt moris est conuenientes, in subscripte ordinacionis modum vnanimiter consensimus, qui ipsi ecclesie circa premissa vtilior et secundum antiquam conswetudinem congruencior videbatur, statuentes ordinantes diffinientes et pronunciantes in primis, quod (.. preposito et .. decano locis suis conseruatis) quilibet canonicus frater capituli qui presens sit et pro presente secundum conswetudinem ecclesie habeatur capitulo infra octo dies nominet personam ecclesie secundum conswetudinem non inhabilem, videlicet ex neutro parente condicione seruili depressam, sed ex vtroque nobilem ita vt saltim imperij vel huius vel alterius honoris ec-

clesie (videlicet principatum habentis) vel alicuius principis secularis ministerialis sit vel ab antiquo conmuniter habeatur, aliasque corporis defectu aut deformi macula non notetur. Qua denominatione sic facta, personam eandem absque capituli consensu mutare non liceat, sed quilibet pro denominato sic cum capitulo supplicet, ipsumque capitulum exaudire teneatur et recipere in canonicum et in fratrem sic denominatum, secundum ordinem tamen ingressus ecclesie cuiuslibet nominantis, salua tamen circa hoc moderacione infrascripta, dominis . . preposito et . . decano secundum conswetudinem locis suis preseruatis prout superius est pretactum.

Verum si de condicione persone denominate, vel de vtroque parente vel de altero tantum, merito dubium habeatur, denominatus — dummodo pubes existat — infra tempus sibi a capitulo prefigendum cum duobus proximioribus cuiuslibet parentis, cum de vtroque est, vel alterius, cum de altero tantum dubium existit, quos sine fraude tunc vel in breui (quod arbitrio capituli relinquitur) habere poterit, se fore talem vel talis condicionis prout superius est expressum sacramentis prestitis declarabit. Sed si ipse denominatus impubes existat, sufficiant jvramenta duorum proximorum, vt est dictum.

Premissi quoque nominati sic vt predicitur recipiendi omni jurj canonie et prebende quod in non kathedralibus ecclesijs cuiuscunque dyocesis eis conpetit jlli qui presentes sunt ante eorum recepcionem renunciare libere tenebuntur. Qui vero pro absenti recipi se facit, sub ea protestacione expresse nomine illius recipiatur vt infra tempus a capitulo statuendum nominatus personaliter vel per procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem huic protestacioni pareat, eamque expresse adimpleat, huiusmodi resignando beneficia sine fraude. Alioquin sua pristina recepcio viribus careat, et deinceps idem nominatus ad huiusmodi canoniam virtute premisse denominacionis et recepcionis nullatenus admittatur.

Vt autem circa absentes fratres capituli vocem in capitulo habentes, circa presentes quoque capituli fratres qui vocem capituli nondum habent equitatis racio conseruetur, concorditer statuimus et

ordinamus, ut huiusmodi fratres vocem capituli habentes absentes tamen et qui pro absentibus habentur, cum ecclesie sua presencia raro serviant, post supradictos fratres capituli presentes et vocem capituli habentes, licet aliquos eorum in ingressu ecclesie precedant, nominent secundum ordinem ingressus eorum personas, et de hijs faciant secundum modum superius et inferius designatum. Post hos de fratribus capituli presentibus vocem tamen capituli non habentibus circa nominacionem postulacionem recepcionem personarum secundum ordinem ingressus eorundem inter se ex gracia penitus idem fiat.

Dicti quoque denominati in eo statu in quo tempore sue denominacionis inuenti fuerint permanebunt, sic vt — si aliquem eorundem vel ex mandato superioris vel alias ob consciencie sue puritatem seu deuocionem ad vlteriores ordines promoueri contingat — quantum ad statum ecclesie nostre promocio huiusmodi nichil sibi vtilitatis afferat vel profectus. Si quem autem denominatorum dyaconum vel presbyterum fore tempore sue denominacionis repertum fuerit, js tamen, licet assecutus prebendam fuerit, non nisi post lapsum anni gracie cum triginta diebus ac anni fabrice, dumtamen ille cui in prebenda succedit annum gracie ex conswetudine habere debeat, ingressum capituli — prout eciam a retroactis temporibus semper obseruatum exstitit, licet nouiter aliqua immutacio facta fuerit — habebit, sic tamen ut per triennium postmodum subsequens silencium teneat secundum conswetudinem ecclesie hactenus obseruatum.

Adiectum insuper per nos exstitit, vt eisdem sic nominatis et receptis possint vendi donari seu relinqui oblaciones et curie claustrales hereditarie cum suo onere absque fraude, ita tamen vt si canonem conswetum in termino statuto non persoluant, ipsius oblacionis seu curie detentur — cum per suspensam prebende quam nondum habet coherceri non valeat — in crastino ipsius termini se absque cuiusuis monicionis instancia in claustro ecclesie nostre recipere teneatur, inde minime exiturus cousque de ipso canone integre satisfaciat, vel in penam incidat infrascriptam. Quod si iamdictum claustrum minime intrauerit, vel ipso intrante infra quatuor septimanas

solucione canonis integre nondum facta claustrum exierit, vel si ad dictum tempus videlicet quatuor septimanarum in ipso claustro steterit nondum tamen satisfecerit de canone memorato, extunc ipso facto a iure oblacionis seu curie cadat, eademque oblacio seu curia ad capitulum libere reuertatur.

Ne vero ex ordine ingressus cuiuslibet canonici, cum idem ordo in nominando non omnino ut pretactum est in predicta forma obseruetur, in posterum circa prioritatem et posterioritatem nominatorum dubium oriatur, expediens videbatur omnes et singulos nominantes et nominatos secundum ordinem in hac forma prescriptum euidencius subnotari. Primo igitur reuerendus dominus noster Gotfridus episcopus pro prima persona nominauit Fridericum de Wernperg, pro secunda dominus .. prepositus Johannem filium Friderici de Grumbach, pro tercia .. decanus Johannem filium Eberhardi de Vssenkein, jtem dominus episcopus pro quarta Johannem filium burgrauij de Nurenberg, jtem dominus episcopus pro quinta Fritzelinum filium fratris sui, pro sexta scolasticus Sifridum de Runkel, pro septima cantor Theodericum de Mospach, pro octaua Conradus de Nydecke Johannem de Bachenstein, pro nona Heinricus de Stahelberg senior Fridericum filium fratris sui, pro decima Eberhardus plebanus Hilteboldum de Heinberg, pro vndecima Bertoldus de Grumbach Ottonem dictum Wolueskel, pro duodecima Albertus de Talhein Gerhardum filium Rabenonis de Menzingen, pro tredecima Heinricus de Reinstein senior Conradum filium fratris sui Ludewici, pro quartadecima Emcho de Brunecke Conradum fratrem suum, pro quintadecima Heinricus de Wechmar Diethericum filium fratris sui iuniorem de prima vxore, pro sextadecima Albertus de Ebersperg Albertum filium fratris sui, pro septimadecima Heinricus de Reinstein iunior Heinricum filium fratris sui Ludewici, pro octauadecima Heinricus de Tannenberg Conradum filium Vlrici de Brunecke, pro decimanona Rudolfus de Rotenstein Eberhardum de Erpach filium sororis sue, pro vice-

sima Ernestus de Sebeche Richardum fratrem suum, pro vicesimaprima dominus custos Engelhardum filium Engelhardi de Ebersperg, pro vicesimasecunda Eberhardus de Hohenberg Johannem filium illius de Salza, pro vicesimatercia Eberhardus de Ryedern Ernestum filium Ernesti de Ristenhusen, pro vicesimaquarta Kvno de Gosheim Engelhardum filium Conradi de Winsperg senioris, pro vicesimaquinta Heinricus de Tvnneuelt Johannem filium sororis sue, pro vicesimasexta Fridericus Coquinarius Heinricum fratrem suum paternum, pro vicesimaseptima Gotfridus de Eppenstein Gotfridum de Verhingen, pro vicesimaoctaua Heinricus Spete Conradum de Lierhein canonicum argentinensem, pro vicesimanona Conradus de Breitenstein Vlricum filium quondam Heinrici fratris sui, pro tricesima Otto de Wechmar Fridericum filium Andree de Tvngeden de vxore que nunc viuit, pro tricesimaprima Heinricus de Stahelberg Heinricum fratrem suum canonicum mersburgensem, pro tricesimasecunda Conradus de Tvnneuelt Manegoldum filium marschalci de Lure, pro tricesimatercia Fridericus Schrot Petrum filium quondam Johannis de Torzebach, pro tricesimaquarta dominus episcopus Petrum filium Hermanni de Tvnneuelt, pro tricesimaquinta capitulum ad preces domini Conradi de Winsperg senioris Conradum Engelhardum filium eiusdem canonicum spirensem.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium ac roboris firmitatem sigillum capituli nostri est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo decimonono, jn vigilia beati Kyliani martiris.

Sigillum modo dictum fascia de documenti ipsius membrana confecta suspensum restat.

An initio quoque pro anni numero *decimo octavo* legendum sit *decimo nono*, nescimus.

LX.

1319, die 20. julii.

Gotfridus herbipolensis ecclesiae episcopus officiali curiae suae causam seu causas quam vel quas strennuus vir Ramungus de Vestenberg miles super parrochiali ecclesia in Forst et jure patronatus ejusdem ecclesiae ac jure praesentandi ad ipsam movit et movet decano et capitulo ecclesiae onolspacensis — oretenus ac viva voce jam dudum ei per ipsum commissam seu commissas — iterum committit, mandans quatinus in eadem aut eisdem causa vel causis secundum retroacta ac alias prout justum fuerit procedat, ac ipsam sive ipsas fine debito decidat, faciens quod decreverit per censuram ecclesiasticam firmiter observari.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, simili censura compellat veritati testimonium perhibere.

Datum anno domini M°·CCC°·XIX°·, XIII kalendas augusti, pontificatus anno secundo.

Singula Gotfridi episcopi sigilla ex utroque harum litterarum exemplari fascia de ipsarum membrana confecta suspensa sunt.

Documentum cujus sub num. LVII pag. 123 et 124 mentionem fecimus, die 18 mensis junii exhibitum, huc conferri potest.

LXI.

1319, die 28 julii.

Ecclesia herbipolensis collegium canonicorum saecularium ad ecclesiam parrochialem s. Laurentii a Berchtoldo comite de Hennenberg in oppido Hilteburgehusen fundatum seu fundandum confirmat.

In nomine domini amen.

Gotfridus dei gracia episcopus herbipolensis ad perpetuam rei memoriam vniuersis tam presentibus quam futuris salutem in filio virginis cum noticia subscriptorum.

Cum diuinus cultus laudibus dei totus plenus aromatum more redoleat, qui tanto omnibus aliis pijs actibus humanis merito prefertur quanto illam que nunquam a dei laudibus deficit emulatur celestis patrie ciuitatem — quis enim dubitet omnia pietatis et misericordie opera que hic ab hominibus circa homines exercentur ibi prorsus cessare? — cum tamen ad laudes dei quas hic pia mater ecclesia deuoto peragit officio illic et si cum aliquali discontinuacione (abhinc videlicet decedendo) diuina opitulante clemencia inibi cum celestibus agminibus eternaliter continuando celerius concurramus, o felix hominum genus, quali ac quanta de creatoris tui largicione gracia potiris! Quamuis enim hic lutei corporis mole graueris, eciam vt de excellenciore videlicet inmolacione panis angelici quo ipsos angelos antecedis ad presens taceatur, in diuini tamen laudis armonia et si non omnimoda possibili tamen tibi similitudine illi celesti collegio conformaris. Quis autem hunc ceteris beaciorem non existimet qui id in quo deo precipue obligamur, spiritibus angelicis conformamur, videlicet diuinas laudes, per temporalia que de larga dei manu absque ulla inproperacione affluenter suscepit fieri procurat?

Hac itaque diuina inspiracione preuentus, interna deuocione promotus, spectabilis vir Berhtoldus comes de Hennenberg, zelo dilectionis decoris domus dei accensus, thesaurizare sibi cupiens cum bonis a deo sibi collatis thesauros in celo vbi fures non effodiunt nec furantur nec erugo nec tynea demolitur, sicque terrena in celestia et transitoria in eterna felici conmercio desiderans conmutare, dudumque preconceptum ac celitus inspiratum pium propositum volens optato fine concludere, pro diuino culto ampliando sueque et progenitorum suorum animarum sempiterno remedio nouum collegium siue plantam canonicorum secularium ad parrochialem ecclesiam sancti Laurencij in opido suo Hilteburgehusen nostre dyocesis in laudem sancte eterne jndiuidueque trinitatis et beatissisime virginis Marie necnon in honorem gloriosorum Erhardi et Egidij confessorum de nostro scitu et ordinacione, nostrique expressi consensus auctoritate interueniente, sub numero et forma et modo infrascriptis fundauit: videlicet quod canonici dicti collegij, quos numero duodecim esse statuit, prespiterosque fore voluit, secundum modum et consuetudinem necnon libertatem canonicorum aliarum collegiatarum ecclesiarum secularium nostre ciuitatis et dyocesis in matutinis missis et aliis horis canonicis officijs diuinis publicis sollempnibus et priuatis secundum ordinem tamen et consuetudinem nostre ecclesie — eo excepto quod diebus dominicis decem et octo psalmos, aliis vero priuatis diebus duodecim, preter in festo resurrectionis dominice vsque ad sabbatum in albis et in die pentecostes vsque ad sabbatum eiusdem, dummodo eciam festum nouem lectionum non concurrat, legere valeant pro nocturnis — singulis diebus et noctibus domino perpetuo famulentur.

Cuius quidem collegij septem canonijs per ipsum comitem cum bonis infrascriptis — sic ut cuiuslibet prebende annuj redditus ad viginti quinque libras hallensium se extendant — iam sufficienter dotatis, ad reliquarum quinque prebendarum prescriptis septem in redditibus similium instauracionem infra quinquennium a data presencium faciendam data fide ad manus nostras jdem comes firmiter se astrinxit. Sane si ante huiusmodi promissi explecionem ipsum a

seculo recedere, vel (quod absit) decedere contingat, ad dictarum quinque prebendarum instauracionem eo modo quo supradictum est per se per alium vel alios faciendam heredes suos, et precipue nobilem virum Heinricum comitem primogenitum suum — qui et hoc ipsum vt pater specialiter promisit — strictius obligauit.

Jdem eciam comes presentaciones personarum ad canonias et prebendas iam per ipsum instauratas vel in posterum per eum vel heredes suos in dicta ecclesia instaurandas, cum vacauerint in ipsius fundacionis exordio, de nostra auctoritate et consensu secundum modum subscriptum sibi suisque heredibus reseruauit: videlicet vt quandocumque et quocienscumque canonicatus et prebenda iamdicti in dicto collegio vacauerint, ipse comes, vel eo non existente is heredum suorum seu descendencium ab ipso qui senior dominus et possessor castri Hennenberg pro tempore fuerit, infra tempus a jure statutum ipsius collegij decano personam ydoneam ab eo jnuestiendam ad canoniam et prebendam huiusmodi presentabit, sacerdotem quidem, vel alias honeste vite clericum, vicesimum quintum etatis sue annum attingentem, valentem volentem et debentem in sacerdotem promoueri infra annum a tempore inuest[it]ure sue (iustis impedimentis cessantibus) numerandum. Verum si dictus decanus ad presentacionem ipsius comitis eius ve heredis supra designati personam secundum prescriptam formam minus ydoneam vel alias inhabilem de canonia et prebenda huiusmodi scienter jnuestiret, aut si jpse comes eius ue heres predictus ad canoniam et prebendam vacantes personam supra descriptam infra tempus a jure statutum ipsi decano ab eo jnuestiendam presentare negligeret, nos nostrique successores — inhabili presentato ac jnuestito secundum priorem casum prius amoto — in vtroque casu persone ydonee secundum modum sepedictum de canonia et prebenda huiusmodi illa dum taxat vice prouidere poterimus et debemus.

Jdem quoque decanus, qui ipsi collegio et ecclesie preesse debet, cuiusque electio cum facienda fuerit ad capitulum eiusdem ecclesie pertinebit, auctoritatem et potestatem super subditos suos, videlicet canonicos aliosque dicte ecclesie clericos, in ecclesia et

in choro in judicio et extra habeat, excessus eorum et negligencias corrigendo et alias judicando secundum consuetudinem aliarum ecclesiarum collegiatarum secularium nostre ciuitatis herbipolensis hactenus obseruatam, hoc adiecto quod — quamdiu dictum collegium preposito, scolastico, cantore, ac custode caruerit — omnia et singula que ad officia huiusmodi personarum in ecclesiis nostre ciuitatis que talibus personis gaudent pertinent ipse decanus interim exercebit.

Sane persone eedem, si processu temporis diuina fauente clemencia in dicta ecclesia creati fuerint, omni jure et consuetudine fruantur quibus tales in collegiatis ecclesijs nostre ciuitatis seu dyocesis pociuntur. Quarum eciam electio, cum fieri incumbit, ad capitulum dicti collegij pertinebit, vt de electione decani superius est prescriptum.

Preterea (cum ecclesiasticum collegium propter menbrorum diuersorum ac inequalium sibi tamen coherencium statum corpus nominetur, abusiueque corpus dici videatur quod ex partibus equalibus ve menbris constare cernitur) de sepedicti comitis voluntate et consensu volumus statuimus et ordinamus, quod — si vltra pretactum duodecim prebendarum numerum prebendas aliquas in augmentum dicti collegij de nouo instaurari contigerit — eedem prebende non solum pro prespiteris verum eciam pro dyaconibus subdyaconibus minorumque ordinum clericis ad voluntatem jnstaurancium deputentur, quatenus dictum collegium nomen corporis congruencius retineat, et in ipsa ecclesia in diuinis officijs sollempnius ac decencius ministretur. Quarum quidem prebendarum collacio ad electionem capituli dicte ecclesie pertinebit, nisi fundatores earundem collacionem earum alicuj personatui eiusdem ecclesie duxerint deputandam.

Vt autem ipsius collegij canonici ac clerici tam presentes quam futuri eo fructuosius quo diligencius, eoque diligencius quo liberius et conmodius in diuinis officijs altissimo valeant deseruire, prefatus comes ipsum collegium eiusque canonicos clericos et ecclesiam solite liberalitatis munificencia subscriptis libertatum priuilegijs insigniuit.

Jn primis subscripta bona vniuersa et singula, hominesque nunc et in posterum in eisdem residentes ab omnibus collectis, tallijs, precarijs, angarijs, parangarijs, et specialiter ab exactione que communiter stura nominatur, a sturis quoque minutis pro nupcijs sev quibuscunque conuiuiorum sollempnitatibus per officiatos vel quoscunque alios imponi seu exigi consuetis, ab hospicijs eciam seu herbergis, seruicijs, equitaturis, vecturis ad expediciones seu ad edificia vel structuras, pabulacionibus wlgo futern nuncupatis, vt frequenter abusiue tamen fieri solitis, necnon ab omnibus alijs exactionibus laboribus oneribus seruicijs seu grauaminibus, quocunque siue generali siue speciali nomine nuncupentur, absoluit exonauerit et prorsus exemit, immo de huiusmodi bonis et hominibus nullo vnquam tempore in posterum fiendis exigendis extorquendis prestandis exhibendis seu eisdem aliqualiter imponendis eidem collegio eiusque ecclesie plenam concessit et contulit libertatem. Qua eciam eandem ecclesiam gaudere wlt in bonis per que nondum conplete prebende predicte et sique plures alie personatusque et prelature per suos successores seu alias personas quascunque seu collegia in posterum fundabuntur, cum hominibus residentibus nunc et in posterum in eisdem.

Jdem insuper comes, volens singulari libertatis priuilegio dictum collegium sublimare, de nostro consensu statuit et ordinauit, quod ipsius collegij canonici et clerici in causis ciuilibus et iniuriarum — absque atrocium illacione wlnerum — sint sue familie judices, qui et in edificijs curijs siue areis claustralibus in antedicto opido suo Hiltеburgehusen pro suis habitacionibus emendis construendis vel quocunque alio titulo habendis gratuito vel non gratuito nullam paciantur impositionem vigilum vel cuiuscunque custodie, et specialiter hac eciam gaudeant emunitate in eisdem, videlicet quod seculares judices seu quicunque eorum nomine capiendo inhibendo citando vel arrestando personas quascunque vel res earum refugij seu quauis alia causa in ipsas curias confugientes vel alias in eis stantes bona ue sua inibi deponentes in ipsis nullam prorsus secularis judicij exerceant potestatem. Non minus tamen dicte ecclesie canonici et clerici gaudebunt ac fruentur pascuis, siluis, aquis,

pratis dictis meinmerke pro animalium suorum pastura, et sectione lignorum in marchia dicti opidi Hilteburgehusen ad modum cuiuslibet opidanj ibidem. Priuatos eciam pastores pecorum suorum ibidem habere poterunt pro suo libito voluntatis. Liceatque eis in dictum opidum bona sua ducere et educere libere et vendere, absque cuiuslibet oneris grauamine seu impedimento vtilitatem suam facere cum eisdem.

Jnsuper eciam omni pociantur in premissis libertate qua ecclesie collegiate seculares nostre ciuitatis herbipolensis iuxta consuetudinem approbatam hactenus sunt gauise.

Jdem quoque comes omne jus quod in eisdem curijs areis claustralibus et bonis iamdicto collegio deputatis et collatis ac eciam pro prebendis nouis dotandis et in posterum deputandis seu conferendis habuit habet seu habebit vna cum comite Heinrico primogenito suo et nobili domina Jutha, eiusdem filij vxore, jllustris principis quondam Hermanni marchionis brandenburgensis nata, manu et calamo a se et vniuersis heredibus suis vtriusque sexus suo et eorum omnium nomine quantum ad bona nunc deputata seu collata abdicauit, et in predictum collegium canonicorum et ecclesiam eius cum pleno rerum dominio transtulit, et in proprium eidem collegio et ecclesie eiusdem donacione inter viuos pure donauit, ac ipsum collegium et canonicos et ecclesiam eorundem in corporalem possessionem ipsorum bonorum induxit, judicio tamen wlgariter dicto centgerihte sine vara dumtaxat in hominibus dicti collegij iam habitis et in posterum in bonis eorum habendis sibi suisque heredibus specialiter reseruato. Jn bonis vero pro nouis canonijs personatibus et prelaturis dotandis conferendis seu deputandis eo ipso que deputata fuerint seu collata eodem wlt jure gaudere quo et nunc donata collegium et canonicos memoratos.

Ecclesie vero ipsius collegij pro speciali honore conmodo et gracia reseruauit, quod ipsam ecclesiam canonicos et homines eorundem per se et suos contra omnes offensores et eorum aduersarios fideliter defendere et manutenere debea', ad quod eciam se omnesque suos heredes et successores et maxime dicti collegij pa-

tronum pro tempore firmiter obligauit, per hoc tamen inducere non intendens, immo pro se suisque heredibus publice protestatus est, nullo vnquam tempore induci posse vel velle in ipsam ecclesiam canonicos clericos homines et bona eorundem onus aliquod seruitutis seu aduocacie, volens pocius per huiusmodi avgere graciam libertatis quam quicquam oneris succrescere tempore post futuro.

Pro cumulo quoque fauoris et gracie jdem comes pro se suisque heredibus ordinauit graciosius et statuit, vt — si dicti canonici suo et ipsorum collegij nomine aliqua bona inmobilia propria in marchia dicti opidi Hiltеburgehusen sita, ad suos nobiles vel alias fideles spectancia, quocunque titulo gratuito vel non gratuito successu temporis conparauerint, vel alias vndecunque habuerint — eisdem pacifice ad vtilitatem suam vti et ea omni possidere debeant expressa superius libertate, contradictione et difficultate qualibet proculmotis, cordis desiderio cupiens et anhelans quod contra libertates huiusmodi venientes, siue ipse (quod absit) siue heredes seu successores sui vel eorum officiati aut quicunque eorum nomine, auctoritate nostri statuti ad eius supplicacionem per nos de nostri capituli consensu super hoc editi, inferiusque notati incurrant excommunicacionis sentenciam ipso facto.

Memoratus itaque comes nobis humili jnstancia supplicauit, vt secundum modum et formam de quibus premittitur supradicte fundacioni noue plante seu collegij memorati nostram auctoritatem et consensum interponere et adhibere, predicta quoque omnia ratificare et confirmare paterne sollicitudinis prouidencia dignaremur.

Nos vero — qui diuini nominis cultum eiusque decorem et plantare, plantatumque fouere, fotumque nostre auctoritatis munimine roborare officij nostri debito tenemur — supradicti comitis tam pium et laudabile propositum multipliciter in domino conmendantes, suisque iustis et sinceris supplicacionibus et desiderijs tam deo quam hominibus placitis et acceptis annuere grato animo cupientes, premissis omnibus et singulis de nostri capituli consensu nostram auctoritatem expressumque consensum presentibus interponimus, eademque ratificamus et confirmamus, perpetuaque firmitate nullo

vnquam ruitura tempore stabilimus, nobis tamen nostrisque successoribus ecclesie nostre in ipso collegio et ecclesia omnibus et singulis juribus et consuetudinibus quas predecessores nostri hactenus in ecclesijs collegiatis nostre ciuitatis et dyocesis habuisse dinoscuntur vel quibus vsi fuerint specialiter reseruatis.

Nolumus tamen, vt per huiusmodi collegij fundacionem nostramque confirmacionem vllum prorsus archidyacono aut parrochiali ecclesie eiusdem loci preiudicium generetur.

Bona autem quibus dicte septem prebende dotate existunt sunt hec. Jn Lengevelt proprietas tocius ville iuxta opidum Theymer site, jtem decima maior et minuta marchie ville eiusdem, jtem jus aduocaticium medie ville eiusdem, que se extendunt ad redditus quinquaginta librarum hallensium. Jtem redditus quindecim librarum hallensium in proprietate ville Fladungen et aliarum duarum villularum circumsitarum. Jtem villula Ramspach cum omni jure, soluens annuatim sex libras hallensium et sex solidos, iuxta opidum Munrichstad sita. Jtem allodium vnum in villa Berghoch iuxta opidum Melrichstad sita, soluens annuatim quatuordecim maldra siliginis et totidem maldra auene melrichstatensis mensure, et quinque solidos hallensium. Jtem proprietas medie ville Breytenauwe iuxta opidum Rota site, soluens annuatim viginti duas libras hallensium minus quinque solidis hallensium. Jtem proprietas medie ville Sultzbach iuxta opidum Vmerstad site, soluens annuatim decem libras hallensium. Jtem proprietas medie villule Heynlins iuxta villam Ôtingishusen site, soluens annuatim decem libras hallensium et dimidiam. Jtem proprietas quarte partis ville Nydowe sub custro Kallemberg site, soluens annuatim sedecim libras hallensium minus quinque solidis hallensium. Jtem tota proprietas ville Steinhoug iuxta opidum Theymer site, soluens annuatim tredecim libras hallensium. Jtem in Walbere redditus quatuor librarum hallensium. Jtem in Helbrichshusen redditus vndecim librarum hallensium. Jtem in villis Bachuelt et Heyde iuxta opidum Eseuelt sitis redditus quinque librarum hallensium.

ipsa vel eorum aliquid per nos vel alios quocunque colore quesito venturi — fide in sacramenti virtute ad manus ipsius domini ac patris nostri prestita nos forcius astringentes.

Sane nos Godfridus dei gracia episcopus herbipolensis predictus publice protestamur quod — si aliqua de supradictis bonis a nobis et ecclesia nostra in feodum procedere dinoscantur — quod quo ad illa consensum nostrum adhibitum decernimus non valere, immo nobis et dicte ecclesie nostre plenum et integrum jus presentibus reseruamus.

Testes huius fundacionis et confirmacionis eiusdem necnon omnium prescriptorum sunt: Wolframus de Grumbach prepositus, Goltsteinus de Ryedern decanus, Albertus de Wilnouwe scolasticus, Ludewicus de Hesseburg cantor, Eberhardus de Tunnevelt archidyaconus, Berhtoldus de Grûmbach archydiaconus, Heinricus de Reinstein senior, Albertus de Talheim, Emicho de Brunecke, Heinricus de Wechmar, Heinricus de Reinstein junior, Ernestus de Sebech, Vlricus de Kirchperg custos et archidyaconus, Eberhardus de Hohenberg, Kvno de Gosheim officialis, Heinricus de Tunnevelt archidyaconus, Fridricus de Schrotsperg, canonici ecclesie nostre maioris; Heinricus dictus Brutthe, Bertholdus scolasticus, . . dictus Geyzbart cantor, canonici ecclesie sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses; Gotfridus de Espenuelt decanus, magister Albertus scolasticus, magister Hadmarus cantor, canonici noui monasterij sancti Johannis intra muros herbipolenses; Andreas dictus Zobel, Andreas et Dietricus eius nati, Kvno dictus vonme Rebestocke, Heinricus dictus Wyde, Berhtoldus dictus Rose, Jringus Sintramj, Syboto de Nydernhouen, et Engelhardus dictus Tapprat, milites, ministeriales ecclesie nostre; Johannis et Ecko dicti de Ariete, Tyrolfus et Vlricus dicti Weybeler, Arnoldus et Ruckerus dicti Muntzer, Herbordus dictus de Nihte, Rukerus de Volkach, ciues herbipolenses; et quam plures alij fidedigni.

Nos quoque Wolframus prepositus, Goltsteinus decanus, et capitulum, predicti, publice protestamur, quod — si aliqua de predictis bonis ad nos et ad capitulum nostrum predictum pertinere

Vt autem premissa omnia et singula omnibus pateant, et robur in posterum obtineant perpetue firmitatis, presens pagina exinde conscripta nostro et ipsius capituli nostri, necnon supradictorum comitum Berhtoldi et Heinrici nati sui sigillis extitit roborata.

Nos itaque Wolframus prepositus, Goltsteinus decanus, et capitulum ecclesie herbipolensis prenotate premissa omnia et singula de nostro consensu consilio et voluntate recongnoscimus esse facta. Sigillumque nostrum ex certa nostra sciencia presentibus est appensum.

Nos eciam Berhtoldus dei gracia comes in Hennenberg pro nobis et Heinrico filio nostro dilecto ceterisque liberis et heredibus nostris vniuersis prefati collegij et ipsius ecclesie fundacionem et omnia alia et singula de nobis prescripta secundum modum et formam superius de verbo ad verbum conprehensos per nos esse facta, et eius presentem confirmacionem humili precum jnstancia per venerabilem in Christo patrem et dominum nostrum dominum Gotfridum herbipolensis ecclesie episcopum predictum eiusque capituli consensum pretactum recongnoscimus obtinuisse, sigillum nostrum vna cum sigillo dilecti filij nostri Heinrici sepedicti huic jnstrumento ex inde confecto apponi facientes in testimonium omnium predictorum perpetuamque obseruanciam eorundem.

Nos quoque Heinricus dei gracia comes de Hennenberg, ac Jutha supradicta eius conthoralis omnia et singula de nobis prenotata vera profitemur. Jn eorundem euidenciam ac inconmutabilem perpetuo firmitatem nos Heinricus comes sigillum nostrum pro nobis et conthorali nostra dilecta presentibus apponi fecimus, quo nos Jutha iamdicta — quia sigillo proprio caremus — pro euidentissimo consensu firmitateque inuiolabili contentamur.

Nos eciam Ludewicus Johannes et Elizabet, sepedicti Berhtoldi comitis liberi, omnia et singula domini ac progenitoris nostri preamantissimi facta ordinata data concessa impetrata et obtenta, prout cuncta per ordinem prenotata sunt, rata et firma tenemus, ad eorundem obseruanciam — nullo vnquam tempore contra

wise wir an achte huben zu Rore in dem dorf vier und zuenzec phunt heller gulte alle iar vz vnd vz an der hube driu phunt, zu Suaccendorf*) an drin huben secs phunt heller gulte iergelich ie an der hube sunderliche zue phunt heller gulte. Hie mit werden drizzec phunt fon vns biwiset als for gescriben ist.

Daz dise for gescriben rede fon vns vnd vnseren erben stete vnd vnuerbrochelich werde behalten, so haben wir disen brief offen lazen scriben, vnd mid vnserem jnsigel heizen ver jnsigel, do man zalte nach gotes geburte driutzehen hundert in dem nûntzehendem iare, an der heilgen tage Felicis et Adaucti der marterere.

*) In carta ipsa scriptum est: *Suaccendozf.*

Sigillum cujus mentio facta est fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

Quod sequetur documentum, die 15 mensis septembris exhibitum, huc conferre poteris.

LXIII.

1319, die 15. septembris.

Boppe Graf von Hennemberg gibt auf Empfang von 300 Pfund Häller für ein Burglehen dem Hochstifte Wirzburg 30 Pfund Gilt von seinem Eigen auf, und nimmt sie davon als Burglehen.

Wir Boppe von gotes gnaden greve von Hennemberg bekennen offenlichen an disem briefe allen den die in sehn oder hôren lesen, daz vnser gnediger herre byschof Gotfrid von Wirtzeburg drû hundert phunt haller vmb ein burglehen vns gewert vnd betzalt hat an bereitem guete. Vnd darvmb als wir

gelobt habn vormals an vnserm offenen briefe, so habn wir ime vnd sinem goteshuse mit gesamenter hant der edeln frauwen frauwen Rihtzen von Hohenloch vnser elichen wirtinne vfgebn reht vnd redelichen vnsers rehten eigins drizig pfunt haller gůlte, vnd habn die von ime wider enpfangen vnd genomen zeinem rehten burglehen von ime vnd sinem gotshuse ewiclich zehabene. Aber der selben drizig pfunt gulte habn wir bewiset vier vnd zweinzig pfunt haller gulte an aht hueben ze Rôr in dem dorfe alle jar ie an der huebe drů pfunt haller gulte, vnd auch ze Swatzendorf sehs pfunt haller gůlte an drien hueben ie an der huebe sunderlich zwei pfunt haller gůlte. Vnd da mit habn wir gentzlich bewiset drizig pfunt haller gulte als vorgesprochen*) ist.

Vnd darvmb zeinem vrkunde vnd zeiner bestetunge dirre vorgenanten dinge so habn wir disen brief heizen geschriben, vnd habn vnser jnsigel daran heizen gehangen.

Dirre brief ist gegebn do man zalte von Cristes gebůrte druzehn hundert jar darnach in dem nůnzehnden jare, an dem ahten tage nach vnser frauwen tage der jvngern.

*) In carta ipsa scriptum est: *vorgersprochen.*

Sigillum modo dictum fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem periit.

In earum tergo manu ejusdem quo litterae ipsae exaratae sunt temporis annotatum legimus: Marquarde regestra!

Quod prius sub num. LXII editum est documentum, die 30 mensis augusti exhibitum, huc conferri potest. Nec minus quae in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch" vol. V sub num. LXXVIII pag. 45 et 46 invenitur Nachricht über die wirzburgischen Lehen des Grafen Poppo von Henneberg-Hartenberg, ex libro feudorum Gotefridi episcopi fol. 30′ excerpta.

LXIV.

1319, die 18. decembris.

Coram officiali curiae herbipolensis, judice a Gotfrido herbipolensi episcopo delegato, contra ea quae per Heinricum famulum Ramungi de Vestenberg excipiendo proposita sunt et dicta in personas testium et eorum dicta per . . procuratorem . . decani et capituli ecclesiae onolspacensis productorum in causa quae vertitur inter eos ex parte eorundem decani et capituli replicatur et dicitur respondendo, quod ipsa non juvant Ramungum actorem nec ei prodesse debent, quia non constat quod is qui dicitur excepisse vel proposuisse faciendi hoc habuerit potestatem.

Item non valent nec prosunt actori ea quae dicta vel excepta sunt pro eo quod nullam habent penitus veritatem, et sunt invalida praecipue ob hanc causam quod notorie constat per legitima documenta judici tamquam judici aut cuilibet alii videre volenti — videlicet per acta ipsius judicii — quod is qui vocatus fuerat ad videndum et audiendum jurare testes ex parte dictorum decani et capituli producendos, videlicet Ramungus filius praedicti Ramungi actoris, procurator et pars fuit.

Cetera suppleat industria praesidentis.

Exhibitae sunt hae replicationes anno domini M°·CCC°·XIX°·, feria tertia ante diem beati Thomae apostoli.

Et quia pars adversa contra eas nihil respondit sive proposuit in termino, ad procedendum in causa, sic tamen quod absentiam advocati sui tunc nec in antea debet praetendere, officialis curiae

herbipolensis procuratoribus earundem partium feriam quintam post epiphaniam domini pro termino assignat.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia de harum litterarum ab ipso per copiam datarum membrana confecta suspensum magnam partem periit.

In exteriore earum parte annotatum legimus: in isto termino expendit ij libras.

Documentum cujus sub num. LX pag. 131 mentionem fecimus, die 20 mensis julii exhibitum, huc conferri potest.

LXV.

1320, die 10. januarii.

Fridericus burggravius in Nuremberg — cum ad Gotfridi episcopi herbipolensis preces instantes ad reemendum bona et villas Bernheim et in Herboltsheim cum pertinentiis universis inducias prorogaverit et concesserit suis patentibus litteris eidem episcopo herbipolensi pro tempore seu etiam ejus capitulo ad biennium nondum praeteritum seu elapsum, et idem dominus ipsum seriose rogaverit pro hujusmodi induciis ulterius prorogandis — ei ejusve successori pro tempore aut capitulo herbipolensi inducias ad reemendum memorata bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis ab ipso seu ipsius heredibus seu successoribus in illis ab hinc usque ad festum cathedrae beati Petri et deinde ad duos annos immediate se subsequentes prorogat et concedit, sic quod eisdem hujusmodi bona reemendi usque ad praedictum terminum libera sit facultas, heredes seu successores suos ad praemissorum observantiam obligans.

Datum anno domini M. trecentesimo vicesimo, IV idus januarii.

Friderici burggravii nuerembergensis sigillum fascia membranacea ex his litteris — quas Maercker et de Stillfried in mon. zolleran. vol. II pag. 354 ediderunt — suspensum est.

Quod supra sub num. XXXV pag. 83 et 84 imprimi jussimus documentum, anno 1318 exhibitum, huc conferri potest.

prebendarum conuertere possitis, accedente dicti nostri capituli consensu, vobis per presentes liberam concedimus facultatem, jta tamen quod cura animarum in eadem ecclesia minime negligatur, quodque prefata parrochialis ecclesia perpetuum habeat vicarium cui tantum coram nobis de ipsius prouentibus assignetur quod de eisdem cum familia sua sustentari, hospitalitatem tenere, episcopo et archidiacono loci qui pro tempore fuerint de suis juribus respondere, et alia onera sibi incumbentia valeat comode supportare.

Vt autem hec nostra donatio cum dicti nostri capituli consensu facta omnibus patefiat, et robur obtineat plenissime firmitatis, nec vlla super ea questio imposterum vel dubietatis scrupulus oriatur, presentem paginam conscribi iussimus, et sigillorum nostri et capituli nostri iam dicti appensionibus conmuniri.

Nos quoque Wolframus de Grvmbach prepositus, Goltstein decanus, et capitulum ecclesie herbipolensis predictam donationem incorporationem et concessionem memorate parrochialis ecclesie in Flahslanden supradicto collegio in Spalt vt predicitur factam ratam et gratam habentes, eisdem donationi incorporationi et concessioni expresse et ex certa nostra scientia consentimus. Et in euidens testimonium omnium premissorum presenti pagine sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum et actum aput Herbipolim, anno domini millesimo trecentesimo XX^mo., pridie ydus februarii, pontificatus nostri anno secundo.

Ambo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento quondam suspensa perierunt.

LXVIII.

1320, die 19. martii.

Marquardo Hane et Gotzoni Monetario civibus wirziburgensibus ut ob Albertum Heinrici de Tannenberg canonici famulum in ecclesia herbipolensi interfectum emendam faciant mandatur.

Gotfridus dei gracia episcopus herbipolensis dilecto in Christo . . plebano maiori ibidem seu vicem eius gerenti salutem in domino sempiternam.

Ad tuam reducimus memoriam per presentes, quod Marquardus quondam Johannis dicti Hane et Gotzo Arnoldi Monetarii, ciues herbipolenses, olim instinctu dyabolico in nocte sacratissima natiuitatis dominj nostri infra missarum sollempnia quondam Albertum famulum honorabilis viri Heinrici de Tannenberg dicte nostre ecclesie canonici in ipsa ecclesia herbipolensi iuxta altare beate virginis ausu sacrilego arripientes, ipsumque armata manu violenter extrahentes, intra emunitatis spacium tam letaliter wlnerarunt quod infra modicum tempus ex wlneracione huiusmodi exspirauit, loco et tempori sacris minime deferentes. De quo quidem excessu tam enormi non solum per ciuitatem ipsam, jnmo per totam terram graue scandalum est exortum.

Verum ijdem emunitatis ecclesiastice violatores ex huiusmodi scandalo moti sedem apostolicam adierunt, de penitentiaria eiusdem absolucionis sue litteras reportantes.

Quibus visis et inspectis, mandatum in eisdem contentum cupientes exequi reuerenter, auditis et intellectis omnibus et singulis

que iidem pro se proponere voluerunt, consideratis etiam circumstancijs vniuersis que circa facultates statum et posse eorum fuerant attendende, et eiusdem excessus quantitate diligenter pensata, prenominato Gotzoni (qui in facultatibus predictum Marquardum excedit) de peritorum consilio habito super eo pro satisfactione et emenda eiusdem excessus ut centum libras hallensium pro instauranda vicaria in ipsa ecclesia infra quatuor menses contribuere teneretur, jpsi vero Marquardo (qui dicto Gotzone in facultatibus est inferior) vt in loco vbi ipsum famulum arreptum extraxit infra idem tempus lumen perpetuum instaurare deberet, et nichilominus eis ambobus ex quo excessus eorum est publicus et notorius ut nudo corpore (camisia et femoralibus tantum induti) nudisque capitibus cruribus et pedibus, scopas cancellatis manibus ferentes, in tribus processionibus generalibus tunc eis expressis processiones ipsas et sacra vexilla a choro supradicte ecclesie usque ad reditum cuiuslibet processionis deuote et disciplinate ac separati a tumultu ita ut videri possint sine elusione et fraude qualibet antecederent, duximus iniungendum: jnsuper dictus etiam Marquardus pro supplemento ipsius emende quatenus in facultatibus eandem adimplere condigne non poterit ad quatuor annos continuos post ultimam processionem ad mensem ciuitatem herbipolensem abiurare et infra spacium quatuor miliarium eidem ciuitati nullatenus appropinquare deberet.

Et quia dictam emendam infra terminum sibi a nobis prefixum in se recipere contempserunt, ipsos iuxta formam mandati per nos a domino papa penitentiario recepti pronunciauimus et pronunciari iussimus in predictas sententias a quibus absoluti fuerant recidisse.

Verum quia ipsum iterato ad curiam redierunt, alias absolutionis sue litteras nobis a summo penitentiario reportantes, nos — pensatis laboribus et expensis ipsorum ad curiam domini factis, in moderatione predicte emende eosdem precipue ob reuerenciam penitentiarij ipsius domini pape, qui nobis sum ob hoc litteras petitorias direxit, gratiosius tractare cupientes — in emenda prenominati Gotzonis de dicta summa librarum viginti libras hallensium, et in dicti Mar-

quardi emenda de prefatis quatuor annis vnum annum mittigando et moderando, easdem presentibus amputamus, alijs nichilominus ipsius emende articulis sine diminucione qualibet integraliter obseruatis.

Propter quod tue discrecioni districte mandamus, quatenus eosdem moneas et inducas, quod huiusmodi emendam quo ad tres processiones predictas — nunc videlicet in die beati Marci, in primo die rogacionum, et in die beati Cyriaci proxime venturis — faciendas, et quo ad alios suos articulos sic moderatos infra terminos sibi prefixos ad effectum perducere non omittant, et si hanc facere velint id usque ad octauas pasche instantes faciant nos prescire. Alioquin eosdem, si mandatis nostris in toto vel in parte non obtemperauerint, iuxta mandatum nobis traditum in pristinas sentencias denuncies recidisse.

Datum Herbipoli, anno dominj millesimo CCC°. vicesimo, quarta feria ante diem palmarum.

Gotfridi episcopi sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum magnam partem laesum est.

LXIX.

1320, die 14. aprilis.

Ecclesia onolspacensis in causa quam ei Romungus de Vestenberg de jure patronatus ecclesiae parochialis in Vorst movit per sententiam diffinitivam ab actoris impetitionibus absolvitur.

Jn nomine domini amen.

Officialis curie herbipolensis, judex a reuerendo domino domino Gotfrido episcopo herbipolensi specialiter deputatus.

Jn causa quam Romungus de Vestenberg miles mouit honorabilibus viris .. decano et capitulo ecclesie onolspacensis super ecclesia parrochiali in Vorst et jure patronatus ipsius ecclesie proposita fuit petitio in hec verba:

> Coram vobis domino .. officiali curie herbipolensis, judice a reuerendo domino Gotfrido episcopo herbipolensi specialiter deputato, jnter partes infrascriptas dicit et in jure proponit Merkelinus de Rotenburg clericus, procurator domini Romungi de Vestenberg militis, nomine procuratorio pro eodem contra .. decanum et capitulum ecclesie onolspacensis vel contra quamcumque personam pro eis legittime interuenientem, quod — licet ipse actor sit et actenus ac tempore presentationis per ipsum facte de Henrico quondam socio .. plebani in Flaslant fuerit verus patronus ecclesie in Vorst, necnon sit in possessione vel quasi iuris presentandi rectorem ad ecclesiam predictam vacantem sibi ex morte rectoris ibidem, et fuerit tempore presentationis per eum facte de Henrico predicto — ipsi tamen rei, quamuis nullum jus ipsis conpetat in jure patronatus ecclesie predicte, se inuestiture presentati per ipsum actorem ad ecclesiam predictam opponendo contradicunt, et inpediunt quominus ipse presentatus per .. actorem ad dictam ecclesiam inuestituram consequi valeat de eadem.
>
> Quare petit procuratorio nomine quo supra, prefatos reos vt ab opposicione contradictione predictis necnon inpedimento huiusmodi desistant per vos sibi condempnari sentencialiter et conpelli, et ipsis reis super hiis perpetuum silencium inponi*), necnon eundem Henricum presentatum per actorem de ecclesia inuestiri, contradictione eorum qualibet non obstante.
>
> Hec dicit et petit cum expensis factis, et protestatur de faciendis, saluo sibi jure addendi minuendi corrigendi. Nec

*) In carta scriptum est: *inponendo.*

astringit se ad probandum plura de premissis quam ad ea que sibi sufficiunt.

Proposita est hec peticio anno domini M°·CCC°·XVIII°·, sabbato ante Burchardi.

Cui respondebitur feria secunda post octauam beati Galli. Vel eodem termino omnes dilatorie proponentur.

Oblata itaque peticione prescripta, litisque contestacione subsecuta, juratoque hinc inde de veritate et calumpnia, posicionibus eciam per actorem positis et responsionibus ex parte reorum ad eas subsecutis, per actorem quoque super suis intencionibus necnon per reos super quibusdam suis defensionibus testibus vtrimque productis, eorumque dictis publicatis, excepcionibus eciam contra personas et dicta testium hinc inde propositis, quibusdam eciam jnstrumentis per reos pro eorum defensione et juris partis alterius extenuacione productis, tandem per nos cum partibus in ipsa causa seu causis extitit conclusum, feria quinta ante dominicam letare proxima eisdem partibus ad audiendam ipsius negocii seu cause vel causarum diffinicionem pro termino per nos statuta.

Quo adueniente, et in feriam secundam post dominicam qua cantatur misericordia domini de consensu partium continuato, in quo quidem termino — domino Henrico dicto de Hohesteten concanonico et procuratore . . dictorum reorum nomine procuratorio pro ipsis, et ipso actore pro se in nostra presencia constitutis — eodem procuratore sentenciam ferri cum jnstancia postulante, et ipso actore consenciente, nos itaque, consideratis omnibus ac plene lectis et intellectis que partes in nostra presencia proponere curauerunt, causeque meritis plene discussis, ac ordine judiciario per omnia obseruato, quia actor intencionem suam minus plene fundauit, procuratore reorum nomine procuratorio suarum defensionum intenciones probabilius declarante, quare iam dictum procuratorem reorum nomine procuratorio et ipsos reos a prescriptis actoris inpeticionibus sentencialiter absoluimus, sibi super eisdem perpetuum sylencium inponentes, jpsum quoque super inuestitura sui presentati fore minime

audiendum sentencia simili declarando, eundem actorem sepefato procuratorio nomine quo supra et ipsis reis in expensis litis negocii seu negociorum legittimis sentencialiter condempnantes, earum nobis taxacione et iuramento partis declaratorio reseruatis.

Lata est hec sentencia feria secunda post dominicam misericordia domini predictam, anno domini M°CCC° vicesimo; presentibus domino Henrico de Steynach, magistro Alberto de Bopphingen, domino Nycolao dicto de Berchem, canonicis ecclesie onolspacensis predicte; magistris Hartmodo de Jngeluingen, Hermanno de Ratispona, Bertoldo de Boteler, Hermanno de Erfordia, aduocatis curie herbipolensis; Conrado dicto Butener, Theoderico de Eberstat, Friderico dicto Hazzer, et Conrado dicto Cruthein, procuratoribus eiusdem curie; necnon quam pluribus aliis consistorio nostro frequenter astantibus fidedignis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

Documentum cujus sub num. LXVI pag. 148 mentionem fecimus, die 10 mensis januarii anni 1320 exhibitum, huc conferre poteris. Nec minus quod modo sub num. LXX sequetur, die 18 mensis aprilis exhibitum.

LXX.

1320, die 18. aprilis.

Ramungo de Vestemberg terminus peremtorius solvendi expensas litis ecclesiae onolspacensi de jure patronatus ecclesiae parochialis in Vorst motae assignatur.

Officialis curie herbipolensis, judex a reuerendo in Christo patre domino domino Gotfrido episcopo herbipolensi

specialiter deputatus, jn Onolspach jn Cellis et in Flahslanden plebanis salutem in domino.

Cvm nos in causa quam Ramungus de Vestemberg miles mouit . . decano et capitulo ecclesie onolspacensis super ecclesia parrochiali in Vorsth et jure patronatus ipsius contra eundem actorem et pro ipsis reis et eorum ecclesia sentenciam absolutoriam tulerimus diffinitiuam, eundem actorem antedictis reis in expensis litis legittimis condempnantes, cumque dominus Heinricus dictus de Hochstethen, procurator et concanonicus dictorum reorum, ipsorum nomine declarauerit iuramento suo — taxacione nostra premissa — septuaginta libras et septem libras hallensium minus dimidia libra hallensium nomine huiusmodi expensarum, vnde vobis mandamus et cuilibet vestrum qui requisitus fuerit, in virtute sancte obediencie precipiendo firmiter et districte, quatenus eundem militem moneatis auctoritate nostra vt infra tempus quadrimestre, videlicet quatuor mensium a vestra monicione aut alterius vestrum numerandorum, quod sibi pro primo secundo ac tercio peremptorio monicionis termino presentibus assignamus, se cum eisdem reis de expensis pretaxatis expediat aut conponat. Alioquin contra ipsum, lapso eodem monicionis termino, si monitis nostris non paruerit, in hac parte in quantum jus permiserit procedemus.

Datum anno domini M°.CCC°.XX°., feria sexta ante dominicam jubilate.

Reddite litteram, signatam sigillis vestris vel alterius vestrum. Et in huiusmodi execucione alter alterum non expectet.

Sigillum officialis curiae herbipolensis necnon illud WOLFRAMI PLEbani in CellIS in signum exsecutionis datum fasciis de ipsarum litterarum membrana confectis suspensa sunt.

Quod sub num. LXIX pag. 153—156 edidimus documentum, die 14 mensis aprilis exhibitum, huc conferri potest. Nec minus quod sub num. LXXXVII sequetur, die 9 mensis decembris anni 1321 exhibitum.

LXXI.

1320, die 16. junii.

Gotfridus episcopus vicariam in ecclesia s. Johannis in Hauge secundum ultimam Volkeri de Wertheim hujus ecclesiae vicarii voluntatem institutam confirmat.

Jn nomine domini amen.

Gotfridus dei gracia episcopus herbipolensis omnibus presentes litteras inspecturis presentibus et futuris salutem in eo qui est omnium vera salus.

Contencionis prestat materiam ignorancia rei geste. Vnde multis inconmodis occurritur utiliter et prudenter quociens presentis etatis actus et negocia scripturarum testimonio perhennantur.

Cupientes igitur ex assumpta pastoralis officij dignitate nostrorum subiectorum fidelium conmoditatibus prouidere, et pijs eorum factis in quibus honestas conmunis et diuinj cultus conmodum adaugetur nostri fauoris graciam et exoptatam beniuolenciam impertiri, ea propter nos constare cupimus presencium inspectoribus presentibus et futuris publice vniuersis, quod — cum bone memorie quondam Volkerus de Wertheim sacerdos, vicarius ecclesie sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses, in ultima sua voluntate Bertoldo scolastico, magistro Heinrico de Gotha vicario dicte ecclesie in Hauge, et Gernodo eiusdem Volkeri nato, suis fideconmissarijs ac manufidelibus siue ipsius vltime voluntatis executoribus, conmisisset ut iuxta facultates suas pro constituenda vicaria in ecclesia sancti Johannis in Hauge predicta in anime sue remedium redditus annuos assignarent et deputarent —

jidem fideconmissarij, estimatis facultatibus Volkeri predicti, voluntatem eiusdem defuncti in constituenda vicaria in assignandis ac deputandis redditibus volentes exequi vt debebant, in nostri constituti presencia, nobis deuote et humiliter supplicarunt, quod cum ipsi pro remedio anime memorati defuncti necnon in honorem et reuerenciam dei sanctorumque Johannis baptiste et Johannis ewangeliste antedicte ecclesie patronorum de bonis ipsius defuncti vnam vicariam, accedente vnanimi consensu in Christo nobis dilectorum Heinrici decani et capituli ecclesie in Hauge memorate, instituerint et dotauerint cum bonis infrascriptis necnon cum eorundem bonorum pleno rerum dominio ac ipsorum pertinencijs quibuscunque, scilicet cum curia dicta hern Negellins hof sita in suburbio Hauge in vico dicto an der spilstat, necnon cum redditibus decem maldrorum siliginis mensure in Wertheim et cum vno pullo carnisprivialj ac cum meliori capite quod wlgariter dicitur haubtreht vel vna libra hallensium pro eodem iure, soluendis et presentandis annis singulis de allodio seu curia dicta quondam Cunradi Rychardi et suis pertinencijs sitis in villa Terdingen et marchia ipsius, jtem cum septem iugeribus vineti in marchia eiusdem ville Terdingen sitis in monte dicto Mittelberg in vna pecia, necnon cum quatuor iugeribus vineti sitis in marchia jnferioris ville Lynach in vna pecia in loco dicto an der steige, jtem cum tribus iugeribus vineti sitis in monte Schalkeberg in marchia ciuitatis herbipolensis, bonorum inquam pertinencium tytulo proprietatis ad dictum quondam Volkerum, quatinus confirmare ipsius vicarie institucionem dotacionem predictam necnon assignacionem et donacionem ipsorum bonorum ad memoratam vicariam factam pro sustentacione congrua vicarij qui est vel qui pro tempore fuerit ex nostri officij debito ob reuerenciamque dei et dictorum sanctorum liberaliter dignaremur.

Nos itaque, considerantes non modicam vtilitatem existere pro obsequio diuino res temporales distribui ad diuinum cultum laudabiliter ampliandum, predictam vicarie institucionem bonorumque ad ipsam vicariam donacionem seu assignacionem per prefatos fidecon-

missarios prouide factam, prout prefatus quondam Volkerus in suo condidit testamento ac statuit in sui vltima voluntate, annuentes in hoc iustis peticionibus eorundem fideconmissariorum, jn nomine domini approbamus ratificamus confirmamus fauorabiliter auctoritate nostra ordinaria in hijs scriptis, addicientes iuxta decretum prefati defuncti ac predictorum fideconmissariorum, quod Gernodus supradictus vicariam eandem conferat, et habeat plenum ius conferendi tamquam verus patronus, et ad ipsam ius quamdiu vixerit quando et quociens vacauerit personam ydoneam presentandi. Post cuius Gernodi obitum . . decanus ecclesie in Hauge predicte existens pro tempore quando et quociens vacabit sicuti patronus verus eandem persone ydonee sacerdoti vicariam conferat vel qui poterit infra spacium vnius annj ad sacerdocium promouerj, volentes iuxta voluntatem et ordinacionem . . decanj et capituli prelibate ecclesie dictorumque fideconmissariorum, quod — si sepedictam vicariam conferri contingerit in futuro alicuj non in presbyterali ordine constituto — quod ad ordines sacerdotales infra annum statutis ad hoc temporibus (nisi legittima causa impeditus fuerit) se faciat promoueri. Alioquin ipsa vicaria ipso facto perpetuo sit priuatus, alteri qui velit et valeat predicta exequi iuxta modum premissum libere conferenda.

Vicarius quoque dicti beneficij seu vicarie et sui in eodem beneficio successores vniuersi percipere debent sine qualibet contradictione presencias et obuenciones quascumque que solent et consueuerunt presentibus vicarijs in choro sepedicte ecclesie ministrari, cum ipse et sui successores sicut ceteri vicarij choro eiusdem ecclesie seruire teneantur, decernentes insuper vicarium vicariam necnon redditus ac bona ipsius vigore huius nostre confirmacionis defensione tuicione libertate aliarum vicariarum pretacte ecclesie in Hauge debere gaudere de cetero quomodolibet iuxta modum et consuetudinem in consimilibus beneficijs in prefata ecclesia hactenus obseruatam.

Jpsam eciam collacionis formam et modum iuxta prelibatam limitacionem conceptam et factam per prefatum quondam Volkerum suosque fideconmissarios modo prehabito cum quibuslibet bonis

eidem vicarie iam datis et acquisitis cum omnibus et singulis premissis ad ipsorum preces similiter jn nomine dominj approbamus ratificamus et in hijs scriptis auctoritate nostra ordinaria confirmamus, alijs tamen per sepedictum quondam Volkerum ordinatis conditis et legatis hac nostra confirmacione non obstante in suo robore duraturis.

Jn quorum omnium et singulorum robur ac testimonium memoriamque sempiternam presentes litteras inde confectas sigillo nostro vna cum sigillo ecclesiae in Hauge predicte duximus fideliter roborandas.

Nos vero Heinricus decanus et capitulum ecclesie in Hauge supradicte recognoscimus, quod in testimonium et veritatem omnium premissorum ac consensus nostri premissis adhibiti nostre ecclesie sigillum ex certa sciencia nostra presentibus est appensum.

Datum anno dominj millesimo CCC°. vicesimo, XVI°. kalendas julij.

Ex utroque harum litterarum exemplari sigilla duo quorum mentio facta est filis sericis rubri et viridis colorum suspensa sunt.

LXXII.

1320, die 15. maji.

Gabriel de Fabriano nuntius papalis ad partes Bohemiae Moraviae et Poloniae destinatus ut sibi de securo conductu et expensis competentibus per dioecesim et civitatem herbipolenses provideatur postulat.

Reuerendo patri et domino domino . . episcopo, et venerabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo herbipolensis

ecclesie, ac vniuersis prelatis et clericis exemptis et non exemptis ciuitatis et diocesis eiusdem Gabriel domini pape capellanus, archipresbyter ecclesie de sancto archangelo, fructuum beneficiorum ecclesiasticorum uacantium camere domini pape et romane ecclesie deputatorum subsidio collector ad partes Boemie Morauie et Polonie per sedem apostolicam deputatus, salutem in domino.

Cum secundum mandatum apostolicum nobis et nostre familie de expensis et securo conductu in vestra ciuitate et diocesi prouidere liberaliter debeatis, cuius mandati copiam *) fecimus presentibus annotari, reuerentiam uestram presentibus requirimus et monemus pro primo secundo et tertio monitionis edicto, quatenus nobis de securo conductu et expensis conpetentibus per vestram ciuitatem et diocesim prouidere debeatis. Alioquin vos, pater et domine episcope, cum omni reuerentia tamen, ab ingressu ecclesie, et vos omnes alios prelatos et clericos exemptos et non exemptos dicte ciuitatis et diocesis ab ingressu ecclesie et diuinis officijs suspendimus in hijs scriptis, et ecclesias uestras monasteria et loca ciuitatis et diocesis predicte ecclesiastico subicimus interdicto.

Datum in Noemberg banbergensis diocesis, anno domini a natiuitate millesimo trecentesimo vicesimo, jdibus maij, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri domini Johannis pape XXII^di. anno quarto.

*) Quam supra sub num. XXXI pag. 76 et 77 publici juris fecimus.

Gabrielis de Fabriano sigillum, cujus tergo ejusdem secretum impressum est, fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

LXXIII.

1320, die 2 julii.

Gotfridus episcopus herbipolensis Bertholdo decano novi collegii in Hilteburghusen herbipolensis dioecesis, ut nobilibus Heinrico

nato viri nobilis comitis Bertholdi de Hennemberg et dominae Juttae contorali ejusdem Heinrici ab excommunicationis sententia lata a canone concilii viennensis novissime celebrati — quam inciderunt pro eo quod in gradu prohibito scienter matrimonium contraxerunt, et in sic contracto ac carnali copula subsecuta absque dispensatione sedis apostolicae cohabitaverunt — absolutionis beneficium auctoritate ipsius ordinaria impendere valeat, injuncta eis pro modo culpae et quantitate temporis quo insimul cohabitaverunt, super quibus ejus conscientiam onerat, poenitentia salutari, plenam concedit potestatem.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XX°·, VI°· nonas julii.

Hoc documentum Carolus Schöppach in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. I sub num. CXXXVI pag. 75 et 76 edidit.

LXXIV.

1320, die 3. julii.

Gotfridus episcopus herbipolensis, fretus mandato Johannis XXII papae Avinione die 14 mensis aprilis anni 1319 exhibito, quia praelatorum suorum et aliorum testimonio ac alias probationibus sufficientibus receptis invenit omnia et singula ita esse sicut in illo rescripto apostolico sunt expressa, cum nobili viro Heinrico nato nobilis viri Bertoldi comitis de Hennemberg et nobili domina Juetta, nata illustris matronae . . ducissae wratislaviensis, ejus contorali, ut — impedimento quod ex eorum consanguinitate provenit non obstante — in eodem matrimonio remanere licite valeant, auctoritate sedis apostolicae sibi commissa dispensat prout secundum deum animarum eorum saluti vidit expedire, prolem susceptam et suscipiendam ex eodem matrimonio legitimam nuntiando.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, V^to. nonas julii, pontificatus anno tertio.

Mandatum Johannis XXII papae cujus mentio facta est necnon Gotfridi episcopi litteras dispensatorias Carolus Schöppach in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. I sub num. CXXXIII pag. 74 et sub num. CXXXVII pag. 76 edidit.

LXIV.

1320, die 21. julii.

Conradus Hovelich civis wirziburgensis vineas in villae Sumerahusen marchia sitas custodiae ecclesiae herbipolensis vendit et inde jure hereditario possidendas recipit, pacto reemtionis adjecto.

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presencium inspectores, quod ego Conradus *dictus* Houelich *ciuis* herbipolensis *pro me et tutorio nomine* Conradi *filij mei iunioris inpuberis, debitorum oneribus ad hoc me vrgentibus, vendidi et in hiis scriptis vendo ac justo vendicionis tytulo trado honorabili viro domino* Vlrico *custodi ecclesie* herbipolensis *ementi et recipienti pro se et sue custodie nomine quatuor iugera vinearum sita in vna petia in marchia ville* Sumerahusen *in monte dicto an der* Rintschuch, *quibus vineta plebani in* Ohsenfurth *hinc inde conterminant et confinant, pro precio quadraginta librarum hallensium, michi numerato et soluto in parata pecunia, et in vsus meos et . . dicti minoris vtiles et necessarios conuerso.*

Que quidem jugera per me nomine quo predicitur resignata, et a me meisque heredibus abdicata ore manu et calamo vt est moris emptori prefato, et ea in eum translata, recognosco me ab ipso recepisse, et ea eius nomine jure hereditario inantea possidere pro redditibus quatuor librarum hallensium datiuorum, soluendorum et presentandorum perpetuo singulis annis eidem domino . . custodi et suis successoribus jn festo vel ante festum epiphanie domini, promittens sibi pro se et custodie sue predicte nomine stipulanti, de euictione dictorum jugerum et proprietate ipsorum prorsus cauere,

necnon facere gwarandiam werschaft wlgariter dictam secundum terre Frankonie conswetudinem fieri debitam de bonis proprietarijs et conswetam, renuncians super premissis pro me et heredibus meis excepcioni non habite non solute pecunie, excepcioni doli mali et in factum, et generaliter omni excepcioni juris auxilio per quam seu quod presens contractus posset inpugnari seu aliqualiter infirmari, juri dicenti generalem renunciationem non valere, et specialiter excepcioni per quam deceptis vltra mediam justi precij subuenitur si minoris hec presens vendicio forsitan in posterum videatur, promittens pro me et dicto nomine non agere ad supplementum dicti precij seu recisionem contractus. Promitto etiam vt supra eundem contractum attendere et obseruare, attendi et obseruari facere, et non contrauenire per me vel per alterum in judicio vel extra judicium aliquo studio jngenio vel cautela.

Licitum est tamen michi Conrado predicto et heredibus meis ex speciali gracia a prefato emptore nobis facta, vinetum et redditus predictos reemere pro antedicto precio quadraginta librarum hallensium datiuorum a festo kathedre sancti Petri nunc venturo infra duos annos proxime subsequentes quocumque anno seu tempore voluerimus, sic quod redditus predicti sint prius sine diminutione qualibet persoluti. Jn quocumque vero anno eosdem redditus quatuor librarum in toto vel in parte non persoluerem, aut heredes mei non persoluerent, in festo epiphanie domini vt premittitur vel ante, ex tunc eo ipso priuati erimus reempcionis huiusmodi potestate, hoc etiam adiecto, quod in quocumque anno extunc in eodem solutionis termino redditus ipsos non persoluerem, aut heredes mei non persoluerent, vt est dictum, eo ipso ego et predicti heredes mei perdemus jus emphyteuticum quod nobis conpetit in antedicto vineto, et cadere debebimus ac cademus ab omni jure nobis conpetenti in eodem, sic quod ipse emptor vel successores sui de quibus premittitur se de ipso intromittere poterunt et ad placitum suum de eo disponere, contradictione qualibet non obstante, ac auctoritate judicis cuiuslibet circumscripta.

Vt autem sepedicto emptori et suis successoribus super pre-

missis plene caueatur vt expedit, do et constituo eidem suo et successorum suorum nomine de premissis et eorum quolibet obseruandis, et specialiter quod . . dictus minor cum ad annos legitimos peruenerit presentem vendicionis contractum ratificet et ratum habeat atque firmum, jn fideiussores in solidum Gotzonem dictum de Trimperg doliatorem, Aplonem fratrem meum, et Conradum carnificem generum Volkelini carnificis, conciues meos, jta videlicet quod — si ipsum emptorem vel successores suos custodes dicte herbipolensis ecclesie dampnum siue impedimentum aliquod in dicto vineto et eius proprietate ex parte . . dictj minoris seu alterius cuiuscumque in odium presentis contractus sustinere contingerit — moniti in obstagium se recipiant, exspensas more fideiussorio facturi apud publicum hospitem in ciuitate herbipolensi, de quo certificari debent . . dictus emptor et successores sui, quousque dampnum siue impedimentum huiusmodi amotum fuerit penitus et sublatum. Et si eorundem fideiussorum aliquis cesserit, vel decesserit, vel ad inopiam vergerit, alium equecertum promitto substituere infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites fideiussores moniti modo premisso in obstagium se recipiant, quousque substitutio huiusmodi conpleatur, quociens casus huiusmodi euenerit et fuerit oportunum. Promitto etiam eosdem fideiussores meos ab huiusmodi fideiussionis obligatione indempniter liberare. Nos quoque fideiussores predicti recognoscimus, nos prout exprimitur fideiussisse, ad obseruantiam eorum que de nobis scripta sunt presentibus nos firmiter obligantes.

Et in eorundem et singulorum testimonium premissorum et maiorem roboris firmitatem nos Conradus venditor et fideiussores prenominati presentem litteram sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos officialis curie predicte ad peticionem eorundem in premissorum testimonium duximus presentibus appendendum.

Testes etiam premissorum sunt: magister Johannes de Melrichstat dictus de Brunecke, Bertoldus tabellio noster, Syfridus dictus Spiser, Vtzo dictus de Steinhein, Theodericus dictus de Rotenburg

institor, et Hermannus dictus Jsemmenger, necnon quam plures alij fidedigni.

Datum anno domini M°·CCC°· vicesimo, feria secunda ante diem beate Marie Magdalene.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

LXXVI.

1320, die 25. julii.

Officialis curiae herbipolensis litteris ad plebanum in Bûtert ceterosque plebanos et viceplebanos quibus praesentes exhibitae fuerint datis sententias excommunicationis et interdicti specialis et generalis ab ipso promulgatas contra Elyzabet de Burgstat ad instantiam domini Cunradi de Vilingen vicarii ecclesiae herbipolensis relaxat, quia eadem Elyzabet rea resignavit bona in supradicta villa Butert et ejus marchia sita, spectantia ad vicariam altaris sancti Stephani positi in crypta majoris ecclesiae herbipolensis, de quibus bonis est quaestio inter partes, praestito nihilominus juramento quod eundem actorem aut successores suos in dicta vicaria nunquam in antea quocunque modo impediat vel molestet vel impediri aut molestari procuret directe vel indirecte, adjecto quod Elyzabet antedicta pro emenda satisfactionis seu penitentiae est astricta sub juramento suo, si facultas rerum quomodolibet commode sibi affuerit, ut comparet redditus decem solidorum hallensium post ipsius obitum ad parochiam Bûtert super certis bonis perpetue deserviendos.

Datum anno domini M°·CCCXX, in die beati Jacobi apostoli.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum magnam partem laesum est.

LXXVII.

1320. die 23. augusti.

Praepositus decanus totumque capitulum ecclesiae herbipolensis in curia Johannis XXII sacrosanctae romanae sedis summi pontificis Sybotonem de Dynkelsbuhil suum constituunt procuratorem ad impetrandum et contradicendum litteras tam simplices quam legendas gratiam vel justitiam continentes; dantes eidem potestatem nominandi ac recipiendi pro ipsis personas et loca, necnon personas suspectas et loca suspecta dandi ac recusandi, necnon omnia et singula faciendi quae legitimus procurator potest facere circa praemissa vel aliquid praemissorum; dantes eidem procuratori speciale mandatum alium vel alios procuratorem vel procuratores substituendi, et substitutum vel substitutos revocandi, quando vel quoties sibi videbitur expedire; ratum et gratum habituri quicquid per ipsum vel substitutum seu substitutos ab ipso in praemissis vel circa praemissorum quodlibet procuratum fuerit sive actum.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XX°, in vigilia beati Bartholomaei apostoli.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum prorsus interiit.

Quod sequetur documentum, die 19 mensis octobris anni 1320 exhibitum, huc conferre poteris.

LXXVIII.

1320, die 9. septembris.

Gotfridus episcopus, spectabilis viri Bertoldi comitis de Hennemberg supplicationibus et desideriis tam deo quam hominibus placitis et acceptis annuere grato animo cupiens, fundationi novae plantae seu collegii canonicorum saecularium ab eo ad capellam sancti Jacobi prope castrum in ipsius oppido Smalkalden herbipolensis dioecesis in laudem sanctae aeternae individuaeque trinitatis et beatissimae virginis Mariae necnon in honorem gloriosorum Erhardi et Aegidii confessorum factae de capituli ecclesiae herbipolensis consensu suam auctoritatem expressumque consensum interponit, eandemque ratificat et confirmat, et perpetua firmitate nullo unquam tempore ruitura stabilit; sibi tamen suisque successoribus ecclesiae herbipolensis in ipso collegio et ecclesia omnibus et singulis juribus et consuetudinibus quas praedecessores hactenus in ecclesiis collegiatis herbipolensis civitatis et dioecesis habuisse dinoscuntur vel quibus usi fuerint specialiter reservatis; nec minus publice protestans, quod — si qua de bonis quibus septem praebendae ibidem institutae dotatae exsistunt a se et ecclesia herbipolensi in feodum procedere dinoscuntur — quoad illa consensum suum adhibitum decernit non valere, immo sibi et dictae ecclesiae plenum et integrum jus reservans.

Insuper volens praefatum collegium et personas in libertatibus et bonis ab ipso comite eisdem concessis a quorumcunque ausibus ac praesumtionibus et praecipue heredum ac successorum ipsius comitis officialiumque eorundem per poenae ab eodem comite desideratae et praeelectae adjectionem illaesum pro posse penitus praeservare, de sui capituli consensu, matura super hoc etiam de-

liberatione praehabita, statuit ut idem comes heredes ac successores ejus et officiati eorum seu alii quicunque nomine eorundem quotiescunque et quandocunque — si (quod absit) dictum collegium canonicos et clericos et homines eorundem in sturis precariis seu aliis gravaminibus quibuscunque in posterum offenderint laeserint seu perturbaverint, et praecipue si bona seu peculium personarum dicti collegii et ecclesiae aegrotantium vel decedentium occupaverint arrestaverint, auxilium consilium favoremque ad hoc dederint — incurrant excommunicationis sententiam ipso facto, a qua (nisi prius ecclesiae et laesis satisfecerint) nullatenus absolvantur.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo, quinto idus septembres.

Tam litteras de fundatione modo memorata die 1 mensis februarii anni 1319 exhibitas, quam hujus confirmationis documentum Carolus Schöppach in opere cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ sub num. CXXXII pag. 71—74 et sub num. CXXXVIII pag. 76—81 edidit.

Quod supra sub num. LXI pag. 132—143 edidimus documentum, die 28 mensis julii anni 1319 exhibitum, nec minus illud cujus sub num. LXXIII pag. 162 et 163 mentionem fecimus, die 2 mensis julii anni 1320 exhibitum, huc conferas oportet.

LXXIX.

1320, die 19. octobris.

Jn Petri aquensis archiepiscopi ac audientiae litterarum contradictoriarum domini papae officium gerentis praesentia constitutus Syboto de Dynkelsbuhil, procurator . . praepositi . . decani et capituli ecclesiae herbipolensis, habens ab eis potestatem alium seu alios in romana curia loco sui substituendi

procuratores, prout in quadam littera quondam sigillo impendenti sigillata exinde facta sub anno domini M°·CCC°·XX°· in vigilia beati Bartholomaei apostoli continetur, substituit pro dictis dominis suis magistros Taverninum de Novaria et Mathaeum de Viterbio, et eorum quemlibet in solidum, ita quod occupantis conditio melior non exsistat, in eadem curia loco sui procuratores videlicet ad omnia et singula que in littera continentur memorata.

Datum Avinione, XIIII kalendas novembris, pontificatus domini Johannis papae XXII anno quinto, anno vero domini millesimo CCC vicesimo.

Audientiae contradictoriarum sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum magnam partem periit.

Quod supra sub num. LXXVII pag. 168 edidimus documentum, die 23 mensis augusti exhibitum, huc conferri potest.

LXXX.

1320, die 8. decembris.

Ditricus et Elizabet de Heseler conjuges annuas decem et quadraginta maldrorum siliginis pensiones Bertoldo de Seheim clerico herbipolensi, pacto reemtionis adjecto, vendunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Ditricus dictus de Heseler armiger et Elizabet coniuges in opido Arnstein residentes tenore presentium in publicam deducimus noticiam, quod nos (debitorum oneribus ad presens ad hoc nos mouentibus et vrgentibus) de consensu et voluntate expressa Frowinj et Heroldi fratrum mei Ditrici iam predicti

vendidimus ac iusto vendicionis tytulo vendimus et tradimus Bertoldo de Seheim clerico herbipolensi ementi pro se et heredibus ac successoribus suis quibuscunque legatariis vel donatariis super jure enphiteotico siue hereditario nobis conpetenti et quod habemus in bonis dictis Ruprechtshagen sitis prope villam Gauwenheim vbi olim fuit wilarium et in pertinentiis eorundem bonorum pensionem decem maldrorum siliginis bone, soluendam et presentandam perpetuo annis singulis in festo vel ante festum beati Martini episcopi ad ciuitatem herbipolensem cum mensura ibidem metza wlgariter dicta sine quolibet ipsius emptoris vel heredum aut successorum suorum dampno nostris uel heredum nostrorum laboribus periculo et expensis super granarium quod ad hoc duxerint deputandum, vna cum quadraginta maldris siliginis sibi olim super eisdem bonis et super eorum proprietate ac directo et vtili eorum dominio per nos vicissim nomine annue pensionis iusto vendicionis tytulo venditis et traditis, sub omnibus penis pactis et condicionibus positis et contentis in jnstrumentis de eisdem quadraginta maldris siliginis prius confectis — que inquam jnstrumenta seu alterum eorum volumus vt in nulla sui parte possint uel debeant huic jnstrumento et contractui in aliquo derogare, sed sine huius jnstrumenti preiudicio omnino debeant sicut scripta sunt in suo robore permanere — pro precio quadraginta librarum hallensium, nobis numerato et soluto in parata pecunia, et in vsus nostros vtiles et neccessarios conuerso, renunciantes excepcioni non numerate non solute non habite pecunie in premissis.

Quod quidem jus enphiteoticum siue hereditarium nobis conpetens in dictis bonis recognoscimus nos resignasse ore manu et calamo vt moris est manibus nostris coadunatis domino Cunrado plebano in Wegenkein presenti et recipienti nomine emptoris prefati per honorabilem virum dominum . . officialem curie herbipolensis ad mei Ditrici venditoris prefati [preces] ad parcendum meis et . . vxoris mee predicte laboribus et expensis ad hoc faciendum specialiter misso, et abdicasse a nobis et a nostris heredibus id ipsum jus, et in ipsum emptorem nomine quo predicitur cum omni

conmodo et vtilitate quo nobis hactenus pertinuit totaliter transtulisse.

Pro gwarandia quoque juris eorundem bonorum per nos venditi vt dictum est facienda que secundum jus et terre Franconie consuetudinem de talibus fieri consueuit, euictione cauenda, dampnis quoque et inpedimentis quibuscunque tollendis et resarciendis que ipsum emptorem uel heredes aut successores suos in eodem jure de quo predicitur sustinere contingerit, et specialiter quod fratres mei Ditrici prenominati et quilibet eorum minores annis puberes tamen cum ad annos legittimos peruenerint presentem vendicionis et empcionis contractum ratificent et ratum habeant atque firmum, et quod non contraueniant in toto vel in parte, damus et constituimus eidem emptori in fideiussores insolidum Heroldum de Retzstat militem, Hermannum dictum Vnruwe, .. dictum Wolf, Hermannum dictum Schrinpfe, Reynhardum de Grumbach, armigeros, et Heroldum dictum Kornkaste, jta quod moniti in obstagio se recipiant in dicto opido Arnstein, expensas more fideiussorio aput hospitem publicum facturi et deinde non exiturj sine vara, vno per neglientiam aut noluntatem alterius confideiussoris sui seu eciam occasione cuiuscunque alterius obstagij in quo se recepisset uel recepturus esset siue ex alia quacunque causa se non excusaturo, donec dampnum siue inpedimentum huiusmodi pro quo moniti fuerint amoueatur penitus, et indempnitati dicti emptoris vel heredum aut successorum suorum de quibus predicitur plenius caueatur. Quorum eciam fideiussorum si aliquis cesserit, decesserit, aut recesserit a partibus, sev alio quocunque casu emergente fortuito hoc ipsum obstagium facere non posset uel adinplere, alium ydoneum fideiussorem substituemus nos vel heredes nostri infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites fideiussores moniti tam diu modo premisso in obstagio se recipient, quousque substitucio huiusmodi conpleta fuerit cum effectu. Nos quoque fideiussores iam predicti recognoscimus nos fideiussorie obligatos ut premittitur, et ad exoluendum fideiussionis debitum similiter vt dictum est nos presentibus firmiter obligamus.

Licitum tamen est nobis . . coniugibus venditoribus prefatis et heredibus nostris ex speciali gracia a dicto emptore nobis facta, pensionem decem maldrorum siliginis predictam, necnon pensiones quadraginta maldrorum siliginis de quibus predictum est, et ipsa bona in Rûprechtshagen, omnia simul et insolidum ac si omnia essent simul vendita et empta, bona videlicet et jura ac pensiones de quibus premittitur, reemere quo ad eorum proprietatem ac dominium directum et vtile pro eo precio quod pro ipsis bonis et pensionibus in toto recepimus a festo kathedre beati Petri nunc proxime venturo ad sex annos tunc inmediate subsequentes quocunque anno voluerimus, jta quod eadem reempcio id ipsum festum precedat, et quod nichilominus pensiones totales quinquaginta maldrorum siliginis predictorum sint ipsi emptori vel heredibus aut successoribus suis ante reempcionem huiusmodi sine diminutione qualibet persolute. Ceterum deductum est in pactum, quod quocunque anno pensiones quinquaginta maldrorum siliginis predictorum in toto nos vel heredes nostri non persolueremus, sev alius quispiam nomine nostro non persolueret, in prescripto beati Martinj festo vel ante, quod extunc priuati erimus eo ipso reempcionis huiusmodi potestate, sic quod proprietas ac dominium directum et vtile et omne jus quod nobis hactenus conpetiit in dictis bonis — sublata omni gracia reempcionis de qua premittitur — apud ipsum emptorem et heredes ac successores suos perpetuo remanebunt, nostra vel heredum nostrorum ac eciam Frowinj et Heroldi fratrum predictorum contradictione qualibet non obstante.

Sane nos iam dicti Frowinus et Heroldus, fratres Ditrici venditoris prefati, licet minores annis puberes tamen, recognoscimus publice profitendo, premissa omnia et singula esse vera et de voluntate et consensu nostro expresso facta fore, et promittimus fide corporali per quemlibet nostrum prestita sic quod sit juramentum, quod contra premissa seu eorum aliquid non veniamus in posterum vllo vnquam tempore colore quesito uel inquirendo directe vel indirecte pretextu minoritatis huiusmodi, super qua beneficio restitucionis in integrum specialiter renunciamus per pre-

sentes, sev eciam ex alia quacunque causa alicuius ingenij studio vel cautela.

Jnsuper nos . . coniuges venditores prefati renunciamus super premissis omnibus et singulariter singulis actioni doli mali et in factum, beneficio restitucionis in integrum, exepcioni qua deceptis vltra dimidium iusti precij subuenitur, et promittimus non agere ad supplementum iusti precij si minoris in posterum hec nostra vendicio videatur, necnon omnibus alijs actionibus excepcionibus defensionibus et cautelis juris canonici et ciuilis quibus dictus contractus aut aliquid in eo contentum posset per nos vel heredes nostros in posterum inpugnari de jure vel de facto sev quomodolibet annullari et per que ipse emptor vel heredes aut successores sui vllum possent recipere detrimentum, fraude et dolo circa omnia et singula premissa penitus circumscriptis.

Jn omnium quoque et singulorum premissorum testimonium et rei geste memoriam valituram nos . . coniuges venditores, Berth(oldus) emptor, et . . fideiussores prenominati presentem litteram sigillis honorabilis viri domini Kunonis de Gozsheim officialis curie et canonici ecclesie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborarj. Que inquam sigilla nos Kuno officialis et canonicus iam predictus ad recognicionem et peticionem dictarum partium contrahentium videlicet et fideiussorum in premissorum testimonium presentibus duximus appendenda.

Acta sunt hec anno dominj millesimo trecentesimo vicesimo, feria secunda post diem beati Nycolai episcopi; presentibus dominis Theoderico plebano in Arnstein, Gotfrido socio suo, sacerdotibus; Cunrado plebano in Wegenkein predicto; Conrado dicto de Cytze, scolare et cellerario dominj Theoderici plebani predicti; ac fideiussoribus predictis; necnon quam pluribus alijs testibus fidedignis vocatis ad hoc pariter et rogatis.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

Quas prius sub num. XL pag. 93—98 edidimus litteras, die 10 mensis septembris anni 1318 exhibitas, huc conferre poteris.

LXXXI.

1321, die 21. maji.

Heinrich von Franckensteine gelobt dem Hochstifte Wirzburg von dem Gericht zu Terembach Lehenstreue.

Jch Heinrich von Franckensteine bekenne offenlichen vnd tv̊ kunt allen den die disen [1]) brief sehen lesen oder horen lesen, daz ich minem lieben vnd gnedigen herren hern Gotfride byschofe ze Wirceburg bie minen truwen an eides [2]) stat han gelobet, daz ich mit dem gerichte ze Terembach vnd mit allem dem daz dor zů gehoret gesůcht vnd vngesucht, daz von ime get ze lehene, nimmer niht getv̊ oder geschicke weder mit reten oder mit geteten an allerslachte geuerde denne mit rote willen vnd worten mines vorgnanten herren.

Dor vber zeim gezugnisse ist dirre brief verjnsigelt mit minem jnsigele, daz dor an mit miner wizzen ist gehangen.

Dirre brief wart geben do man zalte von gotes geburthe dritzehen hvndert jar in dem ein vnd zwentzigesten jare, an dem svntage vor sent Vrbans tag aller nehest.

[1]) In carta ipsa scriptum est: *disem*. [2]) Ibidem: *eines*.

Sigilli Heinrici de Franckensteine fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensi legenda fere integra periit.

Quod supra sub num. LIII pag. 117 et 118 edidimus documentum, die 1 mensis maji anno 1319 exhibitum, huc conferri potest.

LXXXII.

1321, die 24. julii.

Johannes XXII papa articulos quosdam magistri Johannis de Polliaco poenitentiae sacramentum tangentes damnat et reprobat.

Johannes episcopus serws seruorum dei venerabilibus fratribus patriarchis archiepiscopis et episcopis, ac dilectis filiis electis ad quos presentes peruenerint salutem et apostolicam benedictionem.

Vas electionis, doctor eximius et egregius predicator, cuius predicacio mundum docuit vniuersum, presumptuosam illorum audaciam refrenare sollicitus qui prudentie proprie innittentes in errores varios prolabuntur non plus sapere quam oportet set ad sobrietatem sapere, salubri doctrina suggessit vt iuxta sapientis eloquium quisque sue prudentie modum ponat.

Sane dudum, cum dilectum filium magistrum Johannem de Polliaco sacre theologie doctorem certis ex causis de fratrum nostrorum consilio ad nostram presenciam vocassemus, fidedigna relacio ad nostrum produxit auditum, quod ipse in quibusdam articulis tangentibus penitentie sacramentum non sobrie set perperam sapiebat, infra scriptos articulos periculosos continentes errores docens publice in suis predicacionibus et in scolis:

primo siquidem astruens, quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confessiones tenentur eadem peccata que confessi fuerant iterum confiteri proprio sacerdoti;

secundo, quod stante statuto „omnes vtriusque sexus“ edito in concilio generali romanus pontifex non potest facere quod parrochiani non teneantur confiteri omnia peccata sua semel in anno proprio

sacerdoti, quem dicit esse parrochialem curatum, immo nec deus posset hoc facere, quia ut dicebat implicat contradictionem;

tertio, quod papa non potest dare generalem potestatem audiendi confessiones, immo nec deus, quin confessus habenti generalem licentiam teneatur eadem iterum confiteri suo proprio sacerdoti, quem dicit esse ut premittitur parrochialem curatum.

Nos igitur scire volentes, si suggesta nobis veritatem haberent, articulorum premissorum copiam eidem magistro Johanni fecimus assignari, et ad defensionem sui audientiam plenam sibi prebuimus tam in nostra et dictorum fratrum nostrorum presencia in consistorio quam alias coram aliquibus ex ipsis fratribus per nos ad huiusmodi deputatis.

Verum licet prefatus magister dictos articulos et contenta in ipsis defendere niteretur, asserebat tamen se paratum credere et tenere in premissis et aliis ea que credenda et tenenda esse sedes apostolica diffiniret.

Nos igitur, attendentes quod dictorum articulorum assertio predicatio et doctrina redundare poterant in multarum perniciem animarum, ipsos per plures magistros in theologia examinari fecimus diligenter. Nos ipsi etiam cum dictis fratribus nostris collacionem sollertem habuimus super ipsis. Per quas quidem collacionem et examinacionem super hoc prehabitas comperimus, premissos articulos non sanam doctrinam set periculosam multum ac veritati contrariam continere. Quos etiam articulos omnes et singulos idem magister Johannes, veris sibi racionibus opinioni sue dudum habite contrariis demonstratis, in consistorio reuocauit, asserens se credere eos non veros set ipsorum contrarium verum esse, cum diceret se nescire racionibus sibi factis in contrarium respondere.

Jdeoque, ne per assertionem predicationem et doctrinam huiusmodi in errorem (quod absit) anime simplicium prolabantur, omnes predictos articulos et quemlibet eorundem tamquam falsos et erroneos et a doctrina sana deuios auctoritate apostolica dampnamus et reprobamus de fratrum consilio predictorum, doctrinam ipsis contrariam veram esse et katholicam asserentes, cum illi qui predictis

fratribus confitentur non magis teneantur eadem peccata iterum confiteri quam si aliâs illa confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta dictum concilium generale.

Optantes autem veritatis vias notas esse fidelibus, et cunctis erroribus precludere aditum ne subintrent, felicis recordacionis Alexandi IIII^ti. et Clementis IIII^ti. romanorum pontificum predecessorum nostrorum vestigia imitando, vniuersis et singulis districtius inhybemus, ne quisquam dictos articulos per nos ut premittitur dampnatos et etiam reprobatos vel contenta in eis uel aliquo ipsorum — utpote a katholicis mentibus respuenda — tenere audeat seu defensare quomodolibet uel docere.

Quo circa vniuersitati uestre per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus vniuersi et singuli vestrum in ciuitatibus et dyocesibus vestris conuocato clero conmuniter premissa omnia et singula per uos sev alios solempniter publicetis.

Nos etiam eidem magistro Johanni mandauimus, quod ipse in scolis et in sermone Parisius predictos articulos et contenta in eis tamquam veritati contraria proprie vocis oraculo et asseueracione constanti publice debeat reuocare, quod se facturum dictus Johannes efficaciter repromisit.

Datum Aui[ni]one, VIIII°. kalendas augusti, pontificatus nostri anno V^o.

Hanc Johannis XXII papae bullam ad fidem copiae „Augustae, anno domini M^o. CCC^o. XX°. II, in octava paschae“ exhibitae et sigillo Friderici episcopi augustensis filis sericis rubri flavi et viridis colorum exinde suspenso munitae imprimi jussimus, qui quidem profitetur se „vidisse ac legisse has litteras, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas, cum veris bulla et canapo.“

Alteram earum copiam „anno domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, feria secunda post dominicam qua cantatur esto michi“ decanis camerariis plebanis viceplebanis aliisque ecclesiarum seu capellarum rectoribus universis per dioecesim herbipolensem constitutis officialis hujus curiae exhibuit, suoque sigillo fascia de copiae ipsius membrana

confecta suspenso munivit, qui se vidisse et diligenter inspexisse has „litteras felicis recordationis domini Johannis papae XXII cum vera bulla plumbea bullatas, non abrasas, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vicistas“ profitetur.

LXXXIII.

1321, die 28. julii.

Per Gotfridum episcopum motus et adjutus Fridericus burggravius nûrembergensis castrum Kastel sibi pignori obligatum Hermanno comiti de Kastel, conditione auxilii inde praestandi adjecta, resignat.

Nos Gotfridus dei gracia episcopus herbipolensis ad vniuersorum noticiam volumus peruenire, quod spectabilis vir Fridericus bûrcgrauius in Nûremberg, auunculus noster dilectus, ad nostram suorumque amicorum peticionem castrum dictum Kastel sibi per nobilem virum comitem Hermannum de Kastel antea pro certe summe pecunia obligatum ipsi comiti Hermanno condicionaliter resignauit, videlicet quod dictus comes Hermannus et sui heredes ac castrenses nunc in dicto castro aut pro tempore residentes deberent et tenerentur predicto Friderico bûrcgrauio et suis heredibus contra singulos et vniuersos cuiuscunque condicionis fuerint siue status assistere, et cum ipso castro suis mandatis obedire fideliter et parere.

Quo facto comes Hermannus antedictus, matura deliberacione prehabita, ad adiuuandum prefatum Fridericum bûrcgrauium et suos heredes et ad assistendum ipsis auxilijs et seruicijs cum dicto castro Kastel contra quoscunque vt premittitur pro se et suis heredibus iuramento prestito perpetue se astrinxit, supplicans nobis vt — si (quod absit) ipse comes Hermannus aut heredes et

castrenses sui predicta placita siue pacta in aliquo in posterum infringere forsitan adtemptarent — nos sepedicto Friderico bůrcgrauio et suis heredibus contra ipsum comitem Hermannum de Kastel et suos heredes ac castrenses eiusdem loci auxilio et iuuamine assistere dignaremur.

Nos uero, prenotati comitis Hermanni precibus inclinati, presentibus promittimus et spondemus prenotato Friderico bůrcgrauio et suis heredibus assistere auxilio et fauore ad conpellendum dictum comitem Hermannum et suos heredes aut castrenses loci prenotati ad execucionem et ratihabicionem omnium premissorum.

Jn quorum omnium testimonium premissorum presentes conscribi iussimus, sigillo nostro fideliter conmunitas.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXI° , feria tercia proxima post diem beati Jacobi apostoli.

Gotfridi episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum periit.

LXXXIV.

1321, die 1. augusti.

Adelheidis vidua Heinrici magistri fabricae ecclesiae majoris herbipolensis vineta in marchia villae Telheim sita, de quorum quibusdam capitulo ecclesiae herbipolensis canon annuus solvitur, coenobio s. Clarae herbipolensi donatione inter vivos tradit, redditus quosdam annuos recipiens.

Jn nomine domini amen.

Nos Katherina abbatissa et conuentus sanctimonialium cenobij sancte Agnetis intra muros herbipolenses ordinis sancte Clare jnspectoribus presentium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod honesta matrona Adelheidis, ciuis herbipolensis, relicta quondam Heinrici magistri fabrice maioris

Jn quorum omnium testimonium premissorum has litteras Adelheidi prefate dedimus, honorabilis viri . . domini . . officialis curie herbipolensis et nostrorum sigillorum munimine roboratas. Nos quoque . . officialis curie herbipolensis predictus omnia et singula supradicta in nostra presencia recognoscimus esse facta, in eorum testimonium euidens nostrum sigillum ad peticionem dominarum . . abbatisse et conuentus sanctimonialium predictarum hiis litteris appendentes.

Actum et datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo XXI°, kalendis augusti.

Sigilla tria quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex his litteris suspensa sunt.

LXXXV.

1321, die 17. novembris.

Bruno et Heinricus vom Rebstok fratres, cives wirziburgenses, servitutum curiae dictae zu hern Cunraten von der Helle in partes distinctae obligationes, putei sive fontis usu et pariete partes condividente exceptis, cassant.

Anno a natiuitate domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, indictione prima, die vero Veneris, decima septima mensis nouembris, hora vesperorum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Johannis diuina fauente clementia pape vicesimi secundi anno ipsius sexto, in curia dicta zu hern Cunraten von der Helle sita in ciuitate herbipolensi, in Waltheri.Fridberg clerici maguntinae dioecesis publici imperiali auctoritate notarii ac testium infrascriptorum presencia personaliter constituti

honorabiles viri Bruno et Heinricus vom Rebstok fratres, ciues herbipolenses, proponentes qualiter ipsi pridem fraterno ducti amore curiam predictam vti veri possessores tunc in partes distinctam et separatam — preter consensum tamen et robur patronorum — partes ipsas mutuo certis seruitutibus duxerint obligandas, pensantes quod obligationes seruitutum huiusmodi in preiudicium patronorum eorundem vergere possent, et subsequenter inter possessores parcium dicte curie processu temporis occasione earundem diuersa suboriri scandala rancores dissensiones et odia, quare animo deliberato et ex certa scicentia ac de expresso mandato dictorum patronorum modis et formis quibus id efficacius et melius fieri potuit et debuit omnes obligationes seruitutum huiusmodi reuocarunt irritarunt annullarunt et cassarunt, partes dicte curie ab ipsis seruitutibus eximentes integraliter et complete, statuentes de predictorum patronorum assensu pariter et voluntate, quod ex nunc in antea quilibet fratrum ipsorum, heredes et successores eorum, perpetuis temporibus parte sua in memorata curia sine impedimento et grauamine partis alterius libere potiri et perfrui possit et debeat, saluo tamen quod fratres memorati, heredes et successores eorum, in vsu putei siue fontis in dicta curia existentis pro necessitate eorum libere participari valeant, et quod paries partes ipsas condiuidens integra et sine portis progredientibus consistat, et a superiori parte sub transitu ligneo subtus truncum medium initium sumat penes columpnam lapideam directo modo vsque super fines fontis sub termino transitus lapidei partis anterioris directe descendendo iuxta angulum porte partis retrorsi murum protingens, jta quod tam puteus quam columpna lapidea in parte anteriori integraliter et in toto consistant et permaneant, adiecto tamen quod possessores partis superioris siue retrorsi paruam portulam serandam per dictam diuisionis parietem ad trahendum aquam de puteo in ipsius putei extremitate habeant, sicut hoc totaliter de presenti extat ordinatum ac signis hincinde notatum. Et quitquit tam in puteo quam in pariete diuisionis pro tempore existeret reformandum, hoc possessores parcium ambarum equo parique precio persoluent, dolo et fraude in premissis prorsus exclusis, promittentes notario publico infrascripto fide manuali pro

se et heredibus et successoribus suis, omnia et singula supradicta perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari.

Super quibus omnibus et singulis memorati fratres petierunt a notario publico infrascripto unum vel plura confici instrumentum sive instrumenta.

Acta sunt hec anno jubilationis pontificatus die mense hora et loco quibus supra; presentibus ibidem honorabilibus viris Conrado vom Rebstok seniori, Hermanno von hern Zincken, Wernhero Rotenburg, et Johanne Brunlein, testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis.

Waltherus Fridberg notarius supra nominatus, quia premissis renovationi irritationi annullationi cassationi aliisque omnibus et singulis dum sic ut premittitur fierent et agerentur unacum prenotatis testibus presentes interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, ideo hoc presens publicum instrumentum ex inde confecit et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis in sinistra ejus parte consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

LXXXVI.

1321, die 7. decembris.

Jacobus dictus Banier et Elyzabet conjuges, volentes diem extremae messis largitione bonorum ipsis a deo collatorum pro divini cultus augmento provida dispositione utiliter praevenire, maturo consilio praehabito unanimique consensu ac manu coadunata donatione inter vivos omnia bona sua mobilia et immobilia quaesita et quocunque titulo inquirenda praeposito et decano totique capitulo ecclesiae sancti Kiliani Herbipoli dant, reservato sibi et cuilibet ipsorum quamdiu vixerint vel alter ipsorum supervixerit

usufructu bonorum eorundem, volentes vt de eisdem bonis postquam ambo decesserint per praemissos dominos in jam dicta ecclesia vicaria ordinetur, conditione tamen adjecta, quod (si evidens necessitas ipsos seu alterum ipsorum qui superesset perurgeret) licitum est ipsis seu alteri ipsorum, ut praemittitur, consilio praedictorum dominorum requisito et habito, cognito etiam per eosdem prius de hoc necessitatis articulo, de bonis praedictis ad eorum consilium vel vendere vel obligare pro necessitatis exigentia memoratae.

Acta sunt haec anno domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, feria secunda ante diem beatae Luciae virginis; praesentibus honorabilibus viris: dominis videlicet Goltsteino de Ryedern decano ecclesiae herbipolensis, Heinrico dicto de Reinstein juniore, Rudolfo de Rotenstein, canonicis jam dictae ecclesiae; domino Johanne dicto Golderun de Hamelnburg vicario ejusdem ecclesiae; Bertoldo de Seheim tabellione curiae herbipolensis; et Lutzone famulo domini . . decani praedicti; necnon quam pluribus aliis fide dignis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum plus minus corrosarum et laesarum membrana confecta suspensum est.

LXXXVII.

1321, die 11. decembris.

Ramungo de Vestemberg terminus solvendi expensas litis ecclesiae onolspacensi de jure patronatus ecclesiae parochialis in Vorst motae — excommunicationis sententia adjecta — assignatur.

Officialis curie herbipolensis jn Flahslanden et jn Celle plebanis salutem in domino.

Meminimus nos dudum per nostras litteras monuisse et moneri fecisse Ramungum de Vestemberg militem, vt infra certum terminum dudum lapsum satisfaceret honorabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie onolspacensis in septuaginta septem libris hallensium minus dimidia libra hallensium pro expensis factis in lite ex parte eorundem et per . . procuratorem eorum legittime declaratis in causa que inter ipsas partes super ecclesia parrochiali jn Vorst et jure patronatus ipsius vertebatur coram nobis.

Verum cum jdem miles non satisfecerit eisdem decano et capitulo de expensis huiusmodi, quemadmodum ipsorum querimonia referente didicimus, vnde vobis et cuilibet vestrum mandamus, in virtute sancte obediencie firmiter et districte precipiendo, quatenus ipsum nunc demum moneatis auctoritate nostra a reuerendo in Christo patre ac domino domino Gotfrido episcopo herbipolensi nobis in hac parte specialiter conmissa, vt infra octauam epiphanie domini nunc proxime venturam, quam sibi ex superhabundanti pro solucionis termino denuo presentibus assignamus, ipsis conquerentibus satisfaciat de expensis prelibatis, aut alias se expediat cum eisdem. Alioquin eundem militem, quem propter moram precedentem et non factam solucionem exnunc reputamus contumacem et ob huiusmodi contumaciam exconmunicamus in hiis scriptis, exconmunicatum extunc et ab omnibus arcius euitandum post lapsum dictum monicionis terminum in ambonibus ecclesiarum vestrarum publice nuncietis.

Datum anno domini M°·CCC°·XXI°, feria sexta ante Lucie virginis.

Reddite litteram.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum magnam partem periit.

Quod supra sub num. LXX pag. 156 et 157 edidimus documentum, die 18 mensis aprilis anni 1320 exhibitum, huc conferre poteris.

LXXXVIII.

1322, die 12. januarii.

Heinrich Weybeler und seine Ehefrau Gûte verkaufen Güter, die sie vom Bischofe haben, an den wirzburger Bürger Friedrich von Wtingen unter dem Vorbehalte der Wiederlösung durch den Bischof.

Jn gotes namen amen.

Jch Heinrich Weybeler vnd Gûte mine eliche wirtinne bekennen offenlichen an disem brief allen den die in segen lesen oder horen lesen, daz wir durch vnser note willen die vns zu disem male an liget haben verkoft vz dem vierteil gût daz wir von minem herren dem bischoffe haben gegen dem erberen man her Fridrich von Wtingen burger ze Wirceburg vnd gen sinen erben daz vierteil vf zwein morgen winwahs in dem oberne sand vm fier-vndzweinzeg pfunt haller, da liget an stat halben ein wingart der heyset der kubeler. Wir haben och fer koft gegen dem vorgenanten Fridrich vnd gen sinen erben daz vierteil uf ainen morgen winwahs in dem sand vm nivn pfunt haller, dar an so liget veldes halben ain morg wi[n]wah[s]es den buwet Heinrich Fuhse. Wir bekennen och daz wir haben verkofte gegen dem vorgenanten Fridrich vnd gen sinen erben daz vierteil uf ain morgen winwahs uf dem anger vm siben pfunt haller, der liget bi der hutten uf sander anger.

Dez beken ich vorgenanter Heinrich Weybeler vnd Gût mine eliche wirtin, daz wir der vorgenanten haller bezalt vnd gewert sin.

Wir bekennen och vnd ander vnser erben, swanne vnser herre der bischoffe daz vorgenant gût wolte losen vm vns oder vme

vnser erben, daz wir dem vorgenanten Fridrich vnd sinen erben alse vil haller wider scholen geben an geverde als vor beschriben ist.

Zu aim gezugnuze vnd zu aim waren vrkund der vorbescriben dinge so henk ich min jnsigel an disen brief, der wart gegeben do man zalt von Cristes geburte dricehen hundert iare vnd in dem zwey vnd zweinsten iare, an dem nehsten dinstag nah dem obersten dage.

Sigillum HEINriCI WIEBELARII fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

LXXXIX.

1322, die 14. januarii.

Friedericus burggravius in Nuremberg — cum ad Gotfridi episcopi herbipolensis preces instantes ad reemendum bona et villas Bernheim et in Herboltsheim cum pertinentiis universis inducias prorogaverit et concesserit suis patentibus litteris eidem episcopo herbipolensi pro tempore seu etiam ejus capitulo ad biennium nondum praeteritum seu elapsum, et idem dominus ipsum seriose rogaverit pro hujusmodi induciis ulterius prorogandis — ei ejusve successori pro tempore aut capitulo herbipolensi inducias ad reemendum memorata bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis ab ipso seu ipsius heredibus aut successoribus in illis ab hinc usque ad festum cathedrae beati Petri et deinde ad duos annos immediate se subsequentes prorogat et concedit, sic quod eisdem hujusmodi bona reemendi usque ad praedictum terminum libera sit facultas, heredes seu successores suos ad praemissorum observantiam obligans.

Datum anno domini M°· trecentesimo vicesimo secundo, XIX°· kalendas februarii.

Friederici burggravii nuerenbergensis sigillum fascia membranacea ex his litteris — quarum Maercker et de Stillfried in mon. zolleran. vol. II pag. 365 mentionem fecerunt — suspensum est.

Quod supra sub num. LXV pag 147 edidimus documentum, die 10 mensis januarii anni 1320 exhibitum, huc conferre poteris.

XC.

1322, die 2. aprilis.

Ulricus de Kirchperg ecclesiae herbipolensis custos pro suae suorumque progenitorum animarum remedio altare in crypta juxta beati Brunonis sepulcrum constituit et dotat.

Jn nomine domini amen.

Nos Vlricus de Kirchperg custos et archidÿaconus ecclesie herbipolensis omnibus christifidelibus ad quos presentes peruenerint sinceram karitatem in domino et indubitatam noticiam subscriptorum.

Cupientes de bonis a deo nobis datis super terram conpetencius temporalia in perpetua transitoria in eterna felici conmercio conmutare, ad laudem igitur dei omnipotentis glorioseque virginis matris sue necnon preciosorum martyrum Kyliani et sociorum eius, patronorum dicte ecclesie, et ad augmentum cultus diuini nominis in ea pro remedio animarum scilicet nostre et progenitorum nostrorum quoddam altare in cripta iuxta sepulchrum beati Brunonis quondam episcopi herbipolensis diuina fauente clemencia construximus et dotauimus cum infrascriptis bonis ad nos iure dominij vel quasi et tÿtulo meri proprii pertinentibus, ad huiusmodi constructionem et dotacionem honorabilium virorum dominorum . . decani et capituli ecclesie predicte consensu libere accedente. Quod quidem altare dedicari debet in honore beati Brunonis predicti necnon beate Katherine virginis, si ipsum Brunonem contingat canonizari ad sanctorum decalagum et reponi. Huius quoque altaris rector qui

est aut pro tempore fuerit inter vicarios dicte ecclesie conputabitur, et perpetuis temporibus in ea vicarius existere debebit, et de prelibatis bonis sustentacionem congruam obtinere. Ad dictam eciam vicariam seu altare possessor seu possessores, dominus vel domini tocius curie nostre successorem quando et quociens eam vacare contigerit libere presentabunt.

Nomina vero bonorum quibus dicta vicaria seu altare dotata existit sunt hec: allodium nostrum situm in jnferiori Bleichuelt, soluens annis singulis triginta duo maldra annone, cum quibusdam aliis juribus, quod quidem allodium nunc colit Fritzo dictus Schirman, cuius allodii medietas est Ottonis de Heytingesuelt militis; jtem redditus decem librarum hallensium super tota villa Sultzuelt; jtem quatuor jugera et tercia pars vnius jugeris vineti siti in marchia ville Randesacker in monte dicto Gersperg, cum vineis domini .. de Trimperg canonici ecclesie herbipolensis ex vna, et cum quibusdam iugeribus vineti inculti ex parte altera confinati; jtem curia nostra dicta zv der Linden, sita in platea sancti Stephani prope sanctam Agnetem, confinata ex vna cum curia Conradi dicti Tufel ciuis herbipolensis, que olim fuit Bertholdi dicti Prel, et ex parte altera cum curia eciam dicta zv̊ der Linden sita versus sanctam Agnetem confinata; prout hec in jnstrumentis super dictis bonis confectis plenius continentur.

Jn eorundem quoque bonorum possessionem Johannem clericum nostrum — exnunc per nos presentatum pro vicario ad ipsam vicariam — suo et dicte vicarie nomine et successorum suorum in ea presentibus inducimus corporalem, a nobis et nostris successoribus quidquid nobis juris conpetebat in dictis bonis omnibus et singulis expressius abdicantes.

Nos vero .. decanus et capitulum ecclesie prelibate, deuocionem et pietatem iamdicti .. custodis quibus mouetur circa presens negocium in domino conmendantes, constructionem et dotacionem predictas ratas et gratas habentes, eas presentibus libere confirmamus, volentes conmuniter vt vicarius et bona vicarie emunitate et

libertate gaudeant in rebus pariter et persona quibus alii vicarii nostre ecclesie gaudent et hactenus sunt gauisi, et eo modo jure et consuetudine in dicta ecclesia deserviat jpsumque altare officiet prout de aliis vicariis constitutis in dicta ecclesia, et quod in summo altari celebret quando et quociens eum ordo tetigerit, a retroactis temporibus fieri est consuetum.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum euidens testimonium nos decanus, capitulum, et Vlricus, predicti, presens jnstrumentum de premissis confectum nostrorum sigillorum appensionibus et in perpetuam rei memoriam iussimus conmuniri.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, feria sexta ante diem beati Ambrosii episcopi.

Sigilla tria quorum mentio facta est filis linteis rubri coloris quondam ex hoc documento suspensa periere.

XCI.

1322, die 24. maji.

Conradus et Gûta de Retersheim coniuges Heinrico de Reinstein juniori ecclesiae herbipolensis canonico annuos duarum librarum hallensium redditus vendunt.

Jn nomine dominj amen.

Nos Conradus dictus de Retersheim et Gûta vxor eius coniuges recognoscimus et publice profitemur ac ad noticiam omnium quorum interest et intererit per presentes volumus peruenire, quod propter debitorum onera nobis ad presens incumbencia vendidimus ac iusto vendicionis titulo nostris coadunatis manibus vendimus per presentes honorabili viro domino Heinrico de Reinstein juniori

canonico ecclesie herbipolensis emenli et recipienti pro se et heredibus suis seu successoribus quibuscumque redditus siue census duarum librarum hallensium. dandos et presentandos annis singulis in festo beati Martini super duobus ingeribus cum dimidio vineti siti an der Cresselsmawer in marchia ville Randesacker. cui ab vno latere vinetum Conradi et Eber(ardi) armigerorum dictorum de Randesacker, et a superiore parte vineta Jacobi dicti Panthier conterminant et confinant. pro precio viginti librarum hallensium, nobis numerato in parata pecunia et soluto, et in vsus nostros vtiles et necessarios conuerso.

Promittimus eidem emptori pro se et heredibus seu successoribus suis stipulanti, de euictione dicti vineti et proprietate ipsius in omnem litis euentum plene cauere, et facere warandiam werschaft wlgariter dictam de bonis proprietariis secundum terre Frankonie consuetudinem fieri debitam et consuetam, dantes et constituentes sibi de premissis in fideiussores in solidum honorabiles viros dominum Albertum de Ebersperg canonicum ecclesie herbipolensis, et Hermannum dictum Hake armigerum. Qui fideiussores moniti — si antedictum emptorem vel heredes seu successores suos aliquod dampnum seu inpedimentum in dicto vineto seu proprietate eiusdem sustinere contigerit — in obstagium se recipere tenebuntur, apud hospitem publicum expensas more fideiussorio tam diu in dampnum nostrum et heredum nostrorum facturi, et deinde non exituri donec idem dampnum seu impedimentum amotum fuerit penitus et sublatum. Quorum fideiussorum si aliquis medio tempore cesserit, uel decesserit, alium eque ydoneum substituere promittemus infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstes fideiussor monitus modo premisso in obstagium se recipiet, quousque substitucio huiusmodi conpleatur.

Licitum est tamen nobis venditoribus predictis ex speciali gracia a dicto emptore nobis facta, dictos redditus siue census reemmere pro antedicto precio viginti librarum hallensium a festo kathedre beati Petri apostoli proxime nunc uenturo ad duos annos tunc continue et inmediate subsequentes, ita quod ipsa reempcio hoc idem

festum precedat, et redditus predicti termino suprascripto prius sint assignati sine diminucione qualibet et soluti, adiecto quoque si infra eosdem duos annos in aliquo festo beati Martini episcopi eosdem redditus siue census soluere neglexerimus, extunc priuati erimus ipsa gracia reemendi, et nichilominus — ipsis redditibus siue censibus sic perpetuatis — quandocumque in prescripto festo beati Martini in solucione eorundem reddituum siue censuum negligentes extiterimus extunc ipsum vinetum et omne ius nobis conpetens in eodem ad eundem emptorem et suos heredes seu successores libere deuoluetur, contradictione qualibet non obstante, renunciantes super premissis omnibus et singulis omni iuris auxilio canonici et ciuilis quibus ipse contractus aut aliquid in eo contentum posset per nos uel per alios imposterum inpugnari de iure uel de facto aut quomodolibet anullari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Nos quoque fideiussores predicti ad exsoluendum dictum fideiussionis debitum modo quo predicitur nos presentibus obligamus.

Jn quorum omnium et singulorum testimonium premissorum presentem litteram sigillis honorabilium virorum dominj . . officialis curie herbipolensis et predictorum fideiussorum nostrorum nos emptor et venditores predicti petiuimus et obtinuimus roborari. Nos quoque . . officialis curie herbipolensis predictus necnon fideiussores predicti ex certa nostra sciencia nostra sigilla ad peticionem predictorum contrahencium recognoscimus presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini M°·CCC°·XXII°·, feria secunda ante diem sancti Vrbanj.

Sigilla tria quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt. Illius Alberti de Ebersperg legenda partim periit. Illud HERMANNI DiCti HOKE integrum est.

XCII.

1322, die 6. octobris.

Heinricus Tolfûz et Elizabeth conjuges annuos quadraginta librarum hallensium redditus ecclesiae herbipolensis capitulo — pacto eos reemendi adjecto — vendunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Heinricus dictus Tolfûz aurifaber et Elizabeth coniuges ciues herbipolenses recognoscimus publice per presentes, quod nos propter debitorum onera nobis ad presens incumbencia vendidimus ac iusto vendicionis tytulo vendimus et tradimus honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo maioris ecclesie herbipolensis ementibus pro se et iamdicta ecclesia sua pro precio quadraginta librarum hallensium, nobis numerato et soluto in parata peccunia, et in usus nostros utiles et necessarios conuerso, redditus quatuor librarum hallensium, soluendos et presentandos eisdem perpetuo annis singulis jn festo epiphanie domini vel infra octo dies tunc proxime subsequentes sub pena sublate reempcionis subnotate super tribus jugeribus vineti siti in monte dicto Lintech in territorio ciuitatis herbipolensis, cui ab utraque parte vineta . . relicte quondam . . dicti Sintman confinant, jtem super tribus jugeribus vineti siti in marchia ville Tungersheim in loco dicto an den ahtzehen morgen, quibus ab vna parte domini Eberhardi de Ryedern canonici ecclesie herbipolensis et ab alia parte . . abbatisse et conuentus dominarum monasterii Celi porte vineta conterminant et confinant.

Que inquam vineta recognoscimus nos quo ad eorum proprietatem resignasse manibus nostris coadunatis ore manu et calamo

vt moris est . . procuratori siue nuncio eorundem emptorum ipsorum et ecclesie sue predicte nomine, et ea ab eodem nomine quo dictum est recepisse pro nobis et heredibus nostris pro dictis annuis redditibus in antea tenenda ac iure emphiteotico possidenda.

Pro gwarandia quoque dictarum vinearum facienda que de bonis proprietariis secundum terre Franckonie consuetudinem fieri consueuit, euictione cauenda, dampnis eciam et impedimentis quibuscumque tollendis et amouendis que circa huiusmodi possent emergere in posterum quomodolibet vel oriri damus et constituimus in fideiussores insolidum Brunlinum aurifabrum et Gotzonem filium nostrorum coniugum venditorum predictorum, jta quod moniti in obstagio se recipiant, expensas more fideiussorio apud hospitem publicum facturi, et deinde non exituri tamdiu sine vara donec dampnum siue impedimentum pro quo moniti fuerint amouentur penitus et indempnitati ipsorum emptorum plenius caueatur. Quorum fideiussorum si aliquis cesserit, decesserit, aut recesserit a partibus, alium eque certum fideiussorem substituemus nos vel heredes nostri infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstes monitus in obstagium se recipiet modo premisso, quousque huiusmodi substitucio conpleta fuerit cum effectu. Ad cuius fideiussionis debitum exoluendum nos fideiussores prenominati nos presentibus firmiter obligamus.

Possumus eciam nos . . venditores prefati, si facultas eris nobis affuerit, et heredes nostri ex gracia speciali nobis a dictis emptoribus facta vineta atque redditus de quibus predicitur reemere pro antedicto precio quadraginta librarum hallensium datiuorum infra decem annos a festo kathedre beati Petri venturo nunc proxime numerandos, quocumque anno voluerimus, sic quod eadem reempcio fiat in eodem festo vel ante, et quod nichilominus redditus siue census predicti prius sint ipsis emptoribus sine diminucione qualibet persoluti.

Est eciam adiectum, quod — dictis redditibus perpetuatis seu perpetuis existentibus per non factam eorum solucionem aut reempcionem ut premittitur — quandocumque extunc eosdem redditus modo et termino premissis non persolueremus in toto nos vel heredes

nostri, siue hoc fierit infra annos reempcionis siue post, quod eo ipso perdemus vineta predicta et omne jus nobis in eis conpetens, sic quod ipsi emptores de ipsis se intromittere poterunt et cum eis disponere et ordinare pro ipsorum et ecclesie sue predicte vtilitate quod voluerint, nostra vel heredum nostrorum contradictione qualibet non obstante, renunciantes super omnibus premissis et singulis omni iuris canonici et ciuilis auxilio quod nobis contra ipsa seu eorum aliquid posset in posterum de iure vel de facto quomodolibet suffragari et per quod ipsi emptores seu eorum ecclesia vllum possent recipere vel incurrere detrimentum, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Jn omnium quoque et singulorum premissorum testimonium ac euidenciam pleniorem nos . . coniuges venditores . . procurator . . emptorum et fideiussores prenominati presentem litteram sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis petiuimus et obtinuimus roborari. Quod nos iamdictus . . officialis curie herbipolensis ad recognicionem et peticionem earundem parcium vendencium emencium et fideiussorum recognoscimus nos appendisse presentibus in testimonium eorundem.

Actum et datum anno domini millesimo CCC°. vicesimo secundo, pridie nonas octobris; presentibus Theodrico de Eberhart procuratore curie herbipolensis, Heinrico de Lillesuelt scriptore dominorum predictorum emptorum, Heinrico dicto Swebelin, et Jringo dicto Kentzeler, necnon quampluribus aliis testibus fidedignis.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

XCIII.

1322, die 2. novembris.

Bona quaedam monasterii eberacensis in villa Wustvilden sita minime titulo feodali ab ecclesia herbipolensi procedunt.

Ego Albertus Wlpis aduocatus in Geroldeshouem recongnosco presencium inspectoribus vniuersis, quod — cum discensionis materia inter reuerendum in Christo patrem dominum Gôtfridum quondam herbipolensem episcopum felicis recordacionis et religiosos viros dominum Fridericum abbatem et conuentum monasterii eberacensis super quibusdam bonis sitis in villa Wustvilden, que iamdicti a Hermanno strennuo milite dicto Mûtzel quondam aduocato in Geroldeshouen felicis memorie compararunt, taliter verteretur quod premissus dominus . . herbipolensis secundum quod forte inductus fuerat prenotata bona in feodo ab eo procedere affirmabat — tamen, quia in dubiis semper est certitudo potissime requirenda, sepedictus dominus . . herbipolensis premissam causam michi commisit taliter decidendam, vt apud fidedignos et notos vtrum prenotata bona ab ipso in feodo procederent vel non inuestigarem diligencia efficaci.

Conuocatis igitur in mei presencia Craftone dicto Mûtzel germano quondam prenotati militis Hermanni dicti Mûtzel, Heinrico et Hermanno dictis de Brozzoltsheim auunculis quondam iamdicti militis, et sub eo juramento quod iidem prefato domino . . herbipolensi fecerunt diligencius requisiti vt de prenominatis bonis dicerent veritatem, qui statim coram me et pluribus aliis fidedignis sub premisso iuramento, non seducti odio amore precio vel timore, set ducti iusticia et certa sciencia, prefata bona

in Wustwildem quondam prescripti militis, nunc vero religiosorum virorum .. abbatis et conuentus sepedicti monasterii in Ebera, neque a supramemorato domino .. herbipolensi vel a quocumque alio in feodo procederent, set essent vera propria bona et exempta ab omni iure feodali, constantissime affirmabant.

Jn quorum omnium euidenciam et certitudinem pleniorem presentem litteram feci conscribi, et mei sigilli munimine roborari.

Testes: Albertus cellerarius, Bertoldus magister nouiciorum, sacerdotes et monachi monasterii antedicti; frater Sifridus dictus Swartzbart magister curie in Aloltsheim, frater Albertus dictus Ronbach prepositus, conuersi ibidem; Lampertus de Geroldeshouen, Johannes cellerarius iamdicti loci, Heinricus dictus Rôsche, ciuis eiusdem loci; et quamplures alij fidedigni.

Datum Geroldeshouen, anno domini millesimo CCCXXIII^do^, in die omnium animarum.

Sigilli ante dicti fascia membranacea ex his litteris suspensi legenda magnam partem periit.

XCIV.

1322, die 1. decembris.

Wolframus electus et confirmatus ecclesiae herbipolensis — cum judaei herbipolenses se ad solutionem mille librarum hallensium sub certo pacto Bertholdo felicis recordationis praedecessori obligassent et solvere promisissent quolibet anno in festo beati Martini nomine precariae et exactionis, ipsique judaei de ipsis mille libris per plures annos quolibet anno quadraginta libras hallensium minime persolvissent ex eo quod inclitae recordationis Rudolfus Romanorum rex eosdem quadringentas libras hallensium

ab ipsis annis singulis extorsit percepit et recepit — de maturo consilio et consensu expresso capituli omnem actionem sibi competentem contra praefatos judaeos pro praedictis libris hallensium singulis annis non persolutis ut praedicitur in totum remisit ac remittit, sicut et Manegoldus Andreas et Gotfridus piae memoriae praedecessores similiter fecerunt, prout plenius ipsi constat.

Praeterea exsistente Romanorum rege quocunque et eo vivente contentus esse vult quod ipsi judaei ipsi solvant singulis annis in festo beati Martini sexcentas libras hallensium nomine precariae, et sic liberi sint ab omni precaria usque ad festum beati Martini proxime tunc sequentis. Postquam autem imperium vacare contigerit, praefati judaei solvent ipsi ipsiusque successoribus seu capitulo herbipolensi si sedes vacaverit singulis annis per viginti annos tunc sequentes in festo beati Martini mille libras hallensium. Et sic a solutione omnis precariae debent esse liberi et soluti.

Praeterea si qui judaei se in civitate herbipolensi recipere et mansionem facere decreverint qui antea in ipsa nullam fecerant residentiam, tales judaei cum aliis judaeis herbipolensibus gaudere debent pactis et conditionibus praeexpressis.

Quae praemissa omnia et singula observare et attendere sub fideidatione et suo promittit juramento. Et nihilominus ad eadem successores suos de consensu capituli ecclesiae herbipolensis expresso obligat.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, in crastino beati Andreae apostoli.

Has litteras Stumpf in operis cui titulus est „Denkwürdigkeiten der teutschen besonders fränkischen Geschichte“ fasc. I pag 136—138 publici juris fecit.

Quae edita sunt in monum. boic. nov. coll. vol. X sub num. CDXLIV pag. 526—528 necnon vol. XI sub num. LVIII pag. 99—101 documenta, die 5 mensis februarii anni 1281 et die 1 mensis novembris anni 1193 exhibita, huc conferri possunt.

XCV.

1322, die 12. decembris.

Conradus dictus Schicke et Kunegundis conjuges, cives herbipolenses, pari voto et unanimi consensu pro se et heredibus suis manibus coadunatis justo venditionis titulo tradunt Wolframo procuratori et fratribus hospitalis infirmorum sancti Theodrici domus herbipolensis suo et ejusdem hospitalis nomine ementibus et recipientibus pro pretio undecim librarum denariorum herbipolensium minus sexaginta denariis, numerato et soluto in parata pecunia, et in usus ipsorum utiles et necessarios converso, redditus sive censum unius librae denariorum herbipolensium, solvendos illis et praesentandos perpetuo annis singulis in festo vel ante festum beati Martini episcopi sine quolibet eorum damno super quatuor jugeribus vineti proprietarii siti in marchia herbipolensi in monte dicto an der Büchliten, cui ab una parte . . commendatoris et fratrum theuthonicorum domus herbipolensis ab alia vero parte Wolvelini dicti Hurkel vineta conterminant et confinant, dictum vinetum ac proprietatem ipsius resignantes ore manu et calamo ut moris est ad manus dicti procuratoris nomine quo supra recipientis et stipulantis, ac recipientes ab ipso pro se et heredibus suis pro dictis annuis redditibus sive censu in antea tenendum ac jure emphyteutico possidendum ab ipso hospitali supradicto, promittentes ipsis emtoribus et eorum domui de evictione dicti vineti in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de rebus proprietariis secundum terrae Franckonie consuetudinem fieri debitam et consuetam, dantes et constituentes de praemissis observandis et fideliter adimplendis in fideiussores in solidum videlicet Conradum

dictum Tolbyr, sororium venditoris praedicti, et Rapotonem, calcificem dominarum Coeli portae, renuntiantes super omnibus praemissis et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsis vel heredibus ipsorum contra praemissa seu eorum aliquid posset de jure vel de facto quomodolibet suffragari et per quod ipsi emtores et eorum domus ullum possent recipere detrimentum, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Actum et datum anno domini millesimo CCC°. vicesimo secundo, pridie idus decembris; praesentibus fratre Conrado de Fuhstat, fratre Ôtwino, confratribus dicti hospitalis; Eberhardo de Aschaffenburg tabellione curiae praedictae, Aplone dicto Buhsbaum, Salmanno de Hallis, Conrado de Hersfeld, clericis; necnon quam pluribus aliis fidedignis ad hoc vocatis et rogatis.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

XCVI.

1323, die 5. januarii.

Conradus Hôlzelin hospitali s. Theoderici herbipolensi bona in superiore Lynach sita vendit, eaque jure emphyteutico possidenda recipit.

Jn nomine domini amen.

Ego Conradus dictus Hôltzelin residens in superiori Lynach tenore presencium ob perpetuam rei geste memoriam in publicam deduco noticiam, quod ego pro me Hermanno et Alheydi pueris meis minoribus tutorio et curatorio nomine eorundem ac nostris heredibus propter debitorum onera nobis ad presens in-

cumbencia vendidi tradidi et per presentes iusto vendicionis tytulo vendo et trado . . procuratori et fratribus hospitalis infirmorum domus sancti Theodrici herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et dicta eorum domo redditus vnius maldri siliginis boni grani infra duo festa assumpcionis videlicet et natiuitatis beate virginis super granarium quod ad hoc in ciuitate herbipolensi deputauerint cum mensura ibidem metza wlgariter dicta et vnius pulli carnispriuialis jpsis sine quolibet eorum dampno perpetuo annis singulis soluendos et presentandos super duobus jugeribus vineti siti in vna pecia in marchia dicte ville in monte dicto Hôheberg, cui ab vna parte . . abbatis et conuentus monasterii in Cellis ab alia vero parte Engelboldi dicti an dem Burgwege vineta confinant; jtem super duabus areis contiguis sitis in dicta villa Lynach, quibus ab vna parte domus Conradi dicti Schutze ab alia vero Heinrici dicti Lihteling area conterminant et confinant, pro precio quatuor librarum hallensium et dimidia libra hallensium, michi numerato et soluto in parata peccunia, et in vsus meos et dictorum puerorum meorum vtiles et necessarios conuerso, dicta bona et proprietatem ipsorum resignans ore manu et calamo ut moris est ad manus dicti procuratoris nomine quo supra stipulantis, ac recipiens ab ipso pro me et pueris meis prefatis ac heredibus nostris pro dictis annuis redditibus in antea tenenda ac jure emphiteotico perpetuo possidenda.

Promitto quoque nomine quo supra, dictis emptoribus et eorum domui de euictione dictorum bonorum in omnem litis euentum plene cauere, et facere gwarandiam werschaft wlgariter dictam de bonis proprietariis secundum terre Franckonie consuetudinem fieri debitam et consuetam.

Pro quibus premissis obseruandis, et quod Hermannus puer meus prefatus presentem contractum et omnia et singula in ipso contenta ratum habeat eique in antea non contraueniat, do et constituo ipsis in fideiussores nostros insolidum Heroldum dictum Noting et Conradum dictum Schutze, residentes in villa Lynach sepedicta. Qui quocienscumque ex parte dictorum emptorum

moniti fuerint, in obstagio apud publicum hospitem se recipient, expensas more fideiussorio facturi, et deinde non exituri tamdiu sine vara donec indempnitati dictorum emptorum et domus eorum in premissis plenissime sit precautum. Quorum fideiussorum si aliquis cesserit, decesserit, aut recesserit a partibus, alium eque certum fideiussorem substituere promitto infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstes monitus modo premisso in obstagio se recipiet, donec substitucio huiusmodi conpleta fuerit cum effectu.

Promitto eciam nomine quo predicitur, edificare et construere vnam domum super vnam arearum predictarum, dictaque vineta colere debitis et consuetis culturis sub penis de neglectis culturis dari debitis et persolui.

Preterea ego Alheydis prefata minor annis promitto fide prestita corporali nomine juramenti, presentem contractum et omnia et singula premissa rata tenere et eis non contrauenire aliquo ingenio studio vel cautela, renuncians specialiter juri quo constitutis in annis minoribus subuenitur. Ego quoque . . venditor predictus renuncio omnis juris canonici et ciuilis auxilio quod michi et dictis pueris meis ac heredibus nostris contra premissa posset quomodolibet suffragari.

Nos quoque . . fideiussores prenominati recognoscimus nos fideiussorie obligatos ut premittitur, et ad exoluendum fideiussionis debitum modo premisso nos presentibus insolidum firmiter obligamus.

Jn quorum premissorum testimonium et perpetuam roboris firmitatem nos Conradus venditor, Alheydis filia eius, .. emptores, et . . fideiussores prenominati presentem litteram sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis obtinuimus roborari. Quod nos iam dictus . . officialis curie herbipolensis recognoscentes premissa coram nobis taliter esse gesta, ad preces contrahencium principalium et . . fideiussorum predictorum presentibus duximus appendendum.

Datum et actum anno domini millesimo CCC°· vicesimo tercio, feria quarta ante epiphaniam eiusdem; presentibus domino Wolframo

procuratore, fratre Ôtwino confratre dicti hospitalis; Eberhardo de Aschaffenburg tabellione, Conrado dicto Nôting, Conrado de Hersfeldia, Salomone de Hallis, clericis; et aliis quam pluribus fidedignis ad hoc vocatis pro testibus et rogatis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

XCVII.

1323, die 5. januarii.

Frater Heinricus dictus abbas et conventus monasterii in Langheim cisterciensis ordinis babenbergensis dioecesis unanimi et sua omnium voluntate quandam permutationem quorundam bonorum ex certa scientia cum magistro seu procuratore et fratribus hospitalis sancti Ditrici in Herbipoli faciunt, dantes eisdem duo jugera vinearum solventia singulis annis octo solidos denariorum herbipolensium, sita in marchia civitatis dictae Volka, quae colit Chunradus dictus Veilstôrfer residens in Eysenshein, et accipientes ab eisdem bonum quoddam situm in villa dicta Vtelstorf vasta prope villam Vchenhusen, solvens annis singulis decem et octo solidos hallensium, quod quondam strennuus vir Chunradus de Koburch eidem hospitali tradidit in remedium animae suae simpliciter propter deum.

Ne autem dictum hospitale in dicta permutatione sinistrum aliquid suspicetur, dant in restaurum duorum solidorum hallensium qui numerum istorum reddituum excedunt duas libras hallensium in pecunia numerata, promittentes eidem hospitali warangiam de dictis redditibus eidem assignatis secundum terrae consuetudinem generalem.

Datum anno domini M°·CCC°·XXIII°·, in vigilia epiphaniae domini.

Applo de Koburch miles dictam permutationem suo consensu interveniente factam fuisse profitetur, cum sit heres praedicti Chunradi vicinior, et sigillum suum ex certa scientia appendit.

Sigillum ALBERTI DE KOBVRG necnon illud Heinrici abbatis langheimensis fasciis membranaceis ex his litteris suspensa sunt.

XCVIII.

1323, die 20. januarii.

N dictus Eberan de Bůchbrunne et Margaretha conjuges manibus coadunatis pro se et heredibus suis, necnon Margaretha praefata nomine tutorio seu curatorio pro Johanne filio, propter debitorum onera incumbentia pari voto et unanimi consensu justo venditionis titulo vendunt et tradunt decano et capitulo ecclesiae herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et jamdicta eorum ecclesia pensionem duarum librarum et dimidiae librae hallensium et duorum pullorum carnisprivialium, solvendam ipsis et praesentandum perpetuo annis singulis, videlicet pensionem hallensium praedictam in festo vel ante festum beati Martini episcopi, et pullos praedictos in carnisprivio, suis et heredum suorum laboribus et expensis super curia sita in oppido Ohsenfurth cum suis pertinentiis et juribus, quam . . dictus Bechouen inhabitat, cui a superiori parte pistrina ibidem et ab inferiori versus pontem domus . . dicti Hůne a parte vero sinistra strata publica conterminant et confinant, pro pretio viginti sex librarum hallensium minus quadraginta denariis, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios

[illegible] utiles et necessarios converso, dictam curiam et proprietatem ipsius cum suis pertinentiis et juribus resignantes ore meo et calamo ut moris est ipsis emtoribus, ac recipientes ab ipsis nomine quo supra pro se et heredibus suis pro dicta annua pensione in antea tenendam ac jure emphyteutico perpetuo possidendam, promittentes quoque nomine quo supra dictis emtoribus et ecclesiae ipsorum de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda et evictione cavenda dant et constituunt ipsis emtoribus et ecclesiae ipsorum in fidejussores insolidum Gotzonem dictum Truhseze de Sickershusen, Gotzonem dictum Saltzman, et Bertholdum dictum Schultheize de Zitzingen, qui fidejussores moniti — si ante dictos emtores vel ecclesiam ipsorum aliquod damnum seu impedimentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit — in obstagium se recipere tenebuntur, renuntiantes super praemissis omnibus et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsis vel heredibus contra praemissa seu eorum aliquid posset quomodolibet suffragari et per quod ipsi emtores vel ecclesia ipsorum ullum possent recipere detrimentum, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Datum et actum anno domini M°CCC° vicesimo tertio, feria *quinta post festum kathedrae* beati Petri apostoli; praesentibus domino *Wolframo pincerna* canonico ecclesiae herbipolensis; Eberhardo de Aschaffemburg tabellione curiae herbipolensis; Conrado de Sickershusen, et Walthero famulo domini Bertoldi de Grumbach, canonicis ecclesiae herbipolensis; necnon quampluribus aliis fidedignis ad hoc vocatis pro testibus et rogatis.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

In earum tergo manu saeculi XIV forsan medii quae sequuntur scripta legimus:

Notandum est quod annuatim pro precaria de redditibus in hoc jnstrumento conscriptis debent defalcari viginti denarii. Et ad huc remanebunt libra denariorum cum xl^{a} denariis, et duo pulli carnispriuiales etc. Et adhuc debent emj redditus pro xv libris hallensium quos habet dominus Johannes vicarius apud comitem Vlricum. Pro istis xv libris hallensium conparati sunt redditus xxx solidorum hallensium super duobus jugeribus vineti siti in marchia ville Heytingesuelt in loco dicto in dem Steymbach, sicut in jnstrumento super hoc confecto plenius continetur. Qui quidem redditus deputati sunt ad anniuersarium quondam Gerhardi de Wertheim vicarij.

Manus posterior alio loco quae sequuntur huc spectantia annotavit:

Ad aniuersarium Gerhardi de Wertheim vicarij dantur j libra et xl denarii in festo Martini cum duobus pullis carnispriuialibus de curia dicta Bechofen in Ochsenfurt. Et invenitur in regula quarta die ante Thome apostoli, quia littera non loquitur bene ad propositum.

Quae in nota documento die 12 mensis junii anni 1327 exhibito adjecta notabimus huc conferre poteris.

IC.

1323, die 25. januarii.

Heroldus dictus Reynfrit de Retzebach et Iutha uxor propter debitorum onera ad praesens incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt decano et capitulo ecclesiae herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et jamdicta eorum ecclesia aream suam aedificatam domo et orto, sitam in villa Retzebach, cui ab una parte cimiterium parochialis ecclesiae ibidem ab alia vero ortus Heinrici dicti Sehsewin confinant; item unum juger vineti siti in marchia dictae villae in monte dicto Salhart,

cui ab una parte Gotzonis dicti Schultheize ab alia vero Sŷfridi pistoris vineta confinant; item unum juger vineti siti in praefata marchia in loco dicto ob dem Rûderichstal, cui ab una parte Heinrici dicti Schultheize ab alia vero Heinrici dicti Kircher vineta conterminant et confinant, pro pretio viginti et unius librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et proprietatem ipsorum resignantes ore manu et calamo ut moris est ad manus Heinrici dicti Tellin clerici notarii emtorum nomine eorundem recipientis et stipulantis, ac recipientes eodem nomine ab ipso pro se et heredibus suis tenenda et possidenda jure emphyteutico, ita quod ipsis emtoribus et ecclesiae ipsorum unam libram denariorum herbipolensium nomine pensionis annis singulis, videlicet decem solidorum denariorum in festo beatae Walpurgis virginis et decem solidorum denariorum in festo beati Martini episcopi, persolvere et praesentare perpetuo teneantur suis vel heredum suorum laboribus et expensis, promittentes quoque ipsis emtoribus et ecclesiae ipsorum de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis juxta terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda et evictione cavenda dant et constituunt in fidejussores in solidum Heinricum dictum Schultheize et Heinricum dictum Stûllin de Retzebach, necnon promittentes vineta praedicta colere culturis debitis et consuetis sub poenis de neglectis culturis dari debitis et persolvi totiens quotiens circa easdem culturas ipsi vel heredes ipsorum fuerint in antea negligentes.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, in die conversionis sancti Pauli apostoli; praesentibus domino Johanne socio . . plebani ecclesiae herbipolensis sacerdote, Eberhardo dicto de Aschaffemburg tabellione curiae herbipolensis, Eberlino apothecario herbipolensi, Hermanno dicto de Lŷnach, Tyerolfo cellerario domini Ludwici de Hesseburg cantoris ecclesiae herbipo-

lensis, et quampluribus aliis fidedignis, ad hoc vocatis pro testibus et rogatis.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

C.

1323, die 14. februarii.

Johannes Fuhs de Swanberg una cum Gûtha uxore bona in Meynstoghein sita Heinrico de Tunvelt ecclesiae herbipolensis archidiacono vendit.

Jn nomine domini amen.

Nos Johannes dictus Fuhs de Swanberg miles et Gûtha dicta Wolueskelin coniuges tenore presencium recognoscimus publice litterarum, quod matura deliberacione prehabita vnanimi consensu et manibus coadunatis vendidimus et tradidimus et iusto vendicionis tytulo vendimus et tradimus per presentes honorabili viro domino Heinrico de Tvnuelt archidyacono ecclesie herbipolensis ementi et recipienti pro se et suis heredibus seu successoribus quibuscumque bona infrascripta et specificata cum omnibus suis pertinenciis juribus et vtilitatibus quesitis et non quesitis quocumque nomine censeantur, eo modo et jure quibus hactenus ea bona tenuimus perpetuo possidenda, pro precio sexaginta nouem librarum hallensium et quinque solidorum hallensium et quatuor hallensium, quod quidem precium recognoscimus nos in parata et numerata pecunia a dicto emptore integre habuisse recipisse et in vsus nostros vtiles et necessarios conuertisse, resignantes predicta bona cum suis pertinentiis juribus et vtilitatibus ore manu calamo

vt est moris a nobis coniugibus nostrisque heredibus perpetuo abdicando et in prefatum emptorem eiusque heredes seu successores cum pleno jure dominii directi et vtilis presentibus transferendo, jpsumque emptorem et eius heredes siue successores in possesionem vel quasi vacuam dictorum bonorum pertinenciarum jurium et vtilitatum inducimus presentibus corporalem.

Promittimus etiam prefato emptori stipulanti pro se et suis heredibus siue successoribus, de euictione dictorum bonorum plene cauere, et facere warandiam werschaft wlgariter nuncupatam prout de bonis proprietariis secundum terre Franconie consuetudinem fieri est consuetum. Pro qua quidem warandia facienda et euictione cauenda damus et constituimus dicto emptori suisque heredibus seu successoribus in fideiussores in solidum honorabiles viros dominos Ottonem dictum Wolueskel canonicum herbipolensem, Heinricum de Môrlbach canonicum ecclesie sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses, et strennuos viros Eberhardum de Grumbach militem, Hermannum de Tvnuelt fratrem ipsius emptoris, et Wipertum dictum Wolueskel. Qui fideiussores — si ipsum emptorem vel eius heredes aut successores in predictis bonis pertinenciis juribus et vtilitatibus jnpeticionem inpedimentum vel dampnum aliquod a quibuscumque personis quomodolibet contingerit sustinere — moniti fideidatione, quilibet eorundem fideiussorum in persona propria tantum vel cum vno equo, apud hospitem publicum in Herbipoli inde non exeundo obstagium obseruabunt tamdiu donec huiusmodi jmpeticio cesset, impedimentum seu dampnum huiusmodi amotum fuerit penitus et sublatum. Quorum equorum vno per expensas pabuli consumpto, js qui eundem equum presentauit alium equum in locum illius consumpti quotiens necesse fuerit subrogabit. Quod si ipsorum fideiussorum aliquis durante pretacta warandia a terra cesserit, vel (quod absit) decesserit, alium eque ydoneum subst(it)uere promittimus infra mensem tunc proximum loco sui, aut superstites fideiussores moniti premisso modo obstagium obseruabunt donec substitucio talis fiat. Quos fideiussores nostros promittimus presentibus bona fide ab hac fideiussione indempniter liberare.

Renunciamus eciam expresse in presenti contractu exceptioni non numerate non habite non solute peccunie, actioni siue exceptioni doli mali, et omni juris auxilio canonici et ciuilis per quod pretacta vendicio seu pretacte vendicionis contractus viciari aut annulari posset inposterum vel quomodolibet inpugnari, fraude et dolo in premissis penitus circumscriptis.

Preterea ego Gutha supradicta recognosco michi nichil juris specialis in bonis conpetere memoratis.

Que quidem bona cum suis pertinenciis sita sunt in villa seu marchia ville Meynstoghein. Jpsorumque bonorum sunt vna curia predium siue area dicta in wlgari houereite, quam nunc inhabitat Aplo dictus Ze; et due domus, quarum vnam Johannes dictus Wortwin, aliam vero Hermannus dictus Sigeherre ad presens inhabitat. Que curia predium siue area et domus sibi inuicem sunt contigue, et ab vna ipsarum parte bona Lupoldi dicti Fuhs de Alberhouen, ab alia vero parte bona Ottonis dicti Fuhs de Eychs confinant. Et annuatim de ipsis soluuntur in annona cum mensura herbipolensi que wlgariter dicitur metze septem maldra et vnum sumerinum siliginis, jn peccunia vero sex solidi et quatuor denarii herbipolenses in festo sancti Martini episcopi, et sex pulli carnispriuiales et vnus pullus in festo natiuitatis Christi.

Jn quorum premissorum testimonium honorabilis viri domini officialis curie herbipolensis sigillum, quo et ego Gutha prenominata contentor, ac fideiussorum nostrorum predictorum sigilla habentium, necnon mei Johannis dicti Fuhs de Swanberg supradicti sigilla presentibus sunt appensa. Nos quoque .. officialis predictus, recognoscentes ipsum contractum quo ad omnia et singula in eo contenta ex nostra certa sciencia processisse, sigillum nostrum in eiusdem contractus et premissorum omnium testimonium ad peticionem contrahentium presentibus duximus appendendum. Nos vero fideiussores prelibati recognoscimus nos eo modo quo premittitur fideiussisse, et ad exoluendum huius fideiussionis debitum nos bona fide astringimus et presentibus firmiter obligamus, sigilla nostra in eiusdem fideiussionis et premissorum euidenciam hiis litteris appen-

dentes. Ego vero Wipertus dictus Wolueskel fideiussor predictus, proprio carens sigillo, ad exoluendum fideiussionis debitum modo premisso sub pretactis sigillis presentibus appensis me obligo firmiter et astringo.

Testes huius rei sunt: dominus Albertus dictus Ring vicarius ecclesie herbipolensis, magister Johannes de Fritzslaria canonicus ecclesie orengauensis, magister Theodricus dictus de Hauge aduocatus curie herbipolensis, Conradus dictus Prauant, Aplo de Lindelbach, Fridericus dictus de Swarzach dictus Meceszholz, Heinricus dictus Kelner de Stolberg, Aplo dictus Ze, Johannes dictus Wortwin, Hermannus dictus Sigeher, et quamplures alii fidedigni.

Datum et actum anno domini M°·CCC°·XXIII°, feria secunda post dominicam qua cantatur jnuocauit.

Has litteras ad fidem copiae ab officiali curiae herbipolensis „anno domini M°·CCC°·XXV°·, feria secunda post purificationem beatae virginis“ factae ejusque sigillo fascia de documenti ipsius membranacea confecta suspenso munitae edidimus.

CI.

1323, die 4. aprilis.

Eckehardus [1]) filius Jrmengardis dictae Eckehartin [2]) de Lynach propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis justo venditionis titulo vendit et tradit Walthero dicto

[1]) In harum litterarum copia per officialem curiae herbipolensis „anno domini M°·CCC°·XLI°·, feria III[a] post Margarethe“ data ejusque sigillo fascia de ipsius copiae membrana confecta suspenso munita legimus: *Eberhardus.* [2]) B: *Eckhartin.*

de Wisenpach [1]) vicario ecclesiae herbipolensis ad vicariam sancti Stephani in Crypta ibidem ementi et recipienti pro se et jam dicta vicaria redditus seu census unius librae cerae, solvendos et praesentandos annis singulis in festo vel ante festum beati Martini episcopi super uno jugere prati siti in marchia superioris Lynach in loco dicto bi dem Brunnen, cui ab una parte Engelboldi dicti Mulner [2]) pratum confinat, pro pretio decem et octo solidorum denariorum herbipolensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus suos utiles et necessarios converso, dictum pratum et proprietatem ipsius resignans ore manu et calamo ut moris est emtori praefato, ac recipiens ab ipso pro se et heredibus suis pro dictis annuis redditibus in antea tenendum et jure emphyteotico perpetuo possidendum, promittens pro se et heredibus suis dicto emtori et vicariae praedictae de evictione dicti prati et proprietatis ipsius in omnem litis eventum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua warandia facienda et evictione cavenda dat et constituit fidejussorem in solidum Bertholdum dictum de Steynfelt residentem in villa superioris Lynach, renuntians super praemissis omnibus et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsi et heredibus contra praemissa seu eorum aliquid posset in posterum quomodolibet suffragari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Datum et actum anno domini M°·CCC°· vicesimo tertio, feria secunda post dominicam qua cantatur quasimodo geniti; praesentibus Eberhardo de Aschaffemburg, tabellione curiae herbipolensis; Conrado de Hersfeldia et Salomone de Hallis, clericis; necnon quam pluribus aliis fide dignis, ad hoc vocatis pro testibus et rogatis.

[1]) B: *Wisentpach.* [2]) B: *Mulnner.*

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

CII.

1323, die 19. aprilis.

Ecclesiae herbipolensi, ecclesiam in Kundorf a parochia in Meyningen separanti et ordinis s. Johannis hierosolymitani domo in Kundorf tradenti, jura episcopalia et archidiaconalia salva remanent.

Jn nomine domini amen.

Nos frater Bertoldus de Hennemberg, ordinis sancti Johannis jherosolymitani prior per Boemiam et Boloniam ac conmendator domus in Kundorf, et fratres eiusdem domus ad jnspecturorum presencium vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum cupimus peruenire, quod — quia reuerendus in Christo pater dominus Wolframus electus et confirmatus ecclesie herbipolensis, prouide considerans quod redditus et prouentus nostre domus predicte sunt adeo tenues et exiles quod (sicut ipsi proposuimus) secundum decenciam nostri ordinis non potuimus comode sustentari, et ob hoc propter nostrorum fratrum paucitatem diuinis obsequiis intendere non potuimus ea diligencia qua tenemur, ex affectu sincero subsidium nobis postulantibus decreuit impendendum, vt in ecclesia dicte domus nostre per nos diuinorum officia liberius valeant exerceri — de consensu honorabilium virorum . . prepositi . . decani et capituli dicte ecclesie sue, Vlrici de Kirchperg archidyaconi loci in Kundorf, et Goblini plebani in Meyningen filialem ecclesiam in Kundorf, que parrochiali ecclesie in Meyningen (cuius juspatronatus ad predictum dominum electum et confirmatum et episcopum qui pro tempore fuerit spectat) dinosci-

tur esse annexa, cum juribus et pertinenciis suis a dicta matrice ecclesia (sine eius tamen detrimento) diuidens et separans, eandem cum eisdem juribus et pertinenciis suis jure proprietatis et possessionis donauit concessit et tradidit nobis et nostre predicte domuj, jpsam in nos et predictam domum nostram cum pleno rerum dominio transferens, sic videlicet quod fructus dicte filialis ecclesie in subsidium dicte sustentacionis nostre conuertere possimus, jta tamen quod cura animarum in dicta ecclesia minime negligatur, et quod cum vacauerit perpetuum vicarium ad eandem ecclesiam presentemus, qui hospitalitatem tenere, et de juribus episcopalibus archidyaconalibus et aliis oneribus incumbentibus valeat plenarie respondere, prout in jnstrumento super hoc confecto plenius continetur.

Ne ipsi domino electo et confirmato predicto uel eius ecclesie et archidiacono loci antedicto in eorum juribus quitquam detrahatur, promittimus obligamus et astringimus nos publice et irreuocabiliter per presentes, eisdem de juribus episcopalibus archidyaconalibus ac aliis oneribus incumbentibus consuetis de dicta ecclesia nos plenarie respondere locis et temporibus oportunis.

Jn cuius rei testimonium euidenciam atque robur sigillum nostrum, videlicet nostri . . conmendatoris supradicti, de consensu nostrum fratrum, quem adhibemus per presentes ad omnia et singula prescripta, presentibus est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, feria tercia post jubilate.

Sigilli cujus mentio facta est fascia membranacea quondam ex his litteris suspensi omnino nihil superest.

CIII.

1323, die 22. aprilis.

Burggraf Friedrich von Nürnberg heisst den Vogt Eberhard Fuchse zu Kitzing im Namen des Kaisers Ludwig die Juden von Wirzburg schirmen.

Wir Friderich von gotes genaden burcgrafe ze Nurenberch enbieten dem ersam vesten ritter Eberhart Fuchse vogt ze Kitzing vnsern gruz vnd alles gut.

Wizze daz der durchlauchtig furste chunig Ludewig ein merer romisches riches vnser genediger herre gesant het sein brif, vnd auch wir di vnsern, vnserm herren von Wirtzburch dem capitel vnd der stat vmb des riches juden. Vnd ist vnserm herren vnd vns dar vber niht geantwrt, also daz man dez ryches juden bei irm rehte vnd alter gewonheit nicht lazzt.

Nv ist der kunig mit vns vnd andern seinen dieneren helffern vnde ratgeben ze rat worden, daz er di juden (seiner chamer chneht) vreien vnd beschirmen wil, vnd vns besunderlichen zů tun daz geboten hat.

Da von gebiet wir deinen truwen bei vnsern hulden, daz du reitest gein Wirtzburch zu vnserm herren dem byschof, dem capitel, vnd zu der stat. Vnd bit si daz si des riches juden bei iren rehten lazzen; vnd wer wider ir rehten tue, daz si den nôten daz er da von lazze. Wer awer dar vber die juden ir einen oder ir mer oder si alle lade oder beclage vor geistlichen gerihten, si der ein pfaffe oder sust ein geistlich mensche, zv welher gestift der gehor, die greif dar vmb an; sei der ein lay, swer den halt, ez sei stat oder wer ez sei, den greif auch dar vmb an. Vnd tue daz

vf den kunig vnd vf vns, wan wir dir da von helfen wollen, vnd wis den juden beholfen gein aller manclich vmb ir gult, ez sei heubtgut oder gesuch. Vnd cher dich nicht an geistliches noch wertliches gericht, pan, noch gesetzt.

Der brif ist geben ze Nurenberch, an dem suntage nach ausgender osterwochen.

Has litteras ad fidem copiae ab Eberhardo de Zymmern dicto de Aschaffenburg moguntinae dioecesis publico imperali auctoritate notario „anno domini M°·CCC°·XXIII°·, X kalendas mai, judictione sexta“ factae ipsiusque signo solito signatae imprimi jussimus, qui se eas „sub sigillo rotundo nobilis viri domini Friderici burcgrauij in Nurenberg a tergo apposito, habente in circulo eiusdem sigilli has karacteres . † . S . SECRET(vm) . FR(iderici) . BURCGRAVII . DE . NIVREN-BER(ch), et in medio ymaginem clipei et in vno latere eiusdem clipei hanc litteram S, et in alio latere hanc litteram F, vidisse et legisse‘, recognoscit.

CIV.

1323, die 28. aprilis.

Urkunde über die Zuständigkeit des Kirchensatzes zu Binoltspach.

Jch Lupolt Kuchenmeister von Nortenberg ein ritter thûn kunt allen den die disen brief sehen lesen oder horen lesen, daz ich bekenne mime erbern herren hern Wolframe dem byschof zv̂ Wirzeburg vnd allen sinen nach kumen an dem bischtume, daz zwischen minen altfordern vnde byschof Herman seligen von Wirzteburg wart gemachet eyn sulcher satz vnd eyn richtunge vmme den kirch satz zv̂ Binoltspach, daz si vnde ir erben solten die vorgenanten kirchen lyhen also be scheideliche daz si ent-

wurten zv kirchherren vffe die pfharre eynen erbern man der da priester wurde vnde selber vffe der kirchen seze. Were aber daz des nicht ge schehe, vnde wurde ez nicht wider tan inder ahte tagen, so solte vurbaz ewigkliche wer byschof zu Wirtzeburg were den vorgenanten kirchsatz lihen.

Dis rechtes be kenne ich mime vorgenanten herren dem byschof vnde sinen nach kumen. Vnde wil daz ez in an dem vorgenante rechte nicht schade daz er hat ge lihen die kirchen zu Binoltspach Henriches sun Heinriche von Vfkirchen dar vmme daz er vor jugent zv disen male nicht mag priester werden.

Daz dise rede vnde tat gantz vnde stete blibe, des han ich disen brief dar vber lazen ge machet, vnde mit mime jngesigel ge sigelt, jn deme jare do man zalte von vnsers herren geburten tusent jar drv hundert jar vnd drv vnt zwenzig jar, an dem donerstage von sand Ciriacus tage.

Sigillum LVPOLDI COquinarii de NORTENBERch fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

CV.

1323, die 11. maji.

Entscheidung von Streitigkeiten zwischen dem Hochstifte Wirzburg und der Abtei Fulda bezüglich des Hauses zu Wildeke und des Gerichtes zu Terimbach.

Hoc documentum Georgius Brückner in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. V sub num. XCIV pag. 54 et 55 edidit.

CVI.

1323, die 1. augusti.

Ludovicus Romanorum rex semper augustus - requisitionibus supplicibus ac devotis Wolframi episcopi herbipolensis principis dilecti favorabiliter inclinatus — ei de liberalitate regia indulget ut villam dictam Yphofen ei pertinentem in oppidum convertere et construere possit, et oppidum illud fossatis et muro circumcingere valeat et munire.

Oppidanis etiam ipsis ac per eos ipsi oppido omnes libertates jura emunitates et gratias concedit et confert, ipsosque consimilibus gratiis juribus libertatibus et emunitatibus frui vult quibus cives in Gailenhausen gaudent et ex auctoritate regia perfruuntur.

Datum apud Bamberg, kalendis augusti, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, regni vero anno nono.

Hoc diploma Paulus Oesterreicher in operis cui titulus est „Neue Beiträge zur Geschichte" fasc 3 pag. 79 et 80 edidit.

Litterae quarum infra sub num. CVIII pag. 225 et 226 mentio fiet, die 9 mensis septembris exhibitae, huc conferri poterunt.

CVII.

1323. die 2. augusti.

Wolframus ecclesiae herbipolensis electus et confirmatus capellam in Wykersheym per Kraftonem et Cunradum nobiles de Hohenloch constructam et dotatam confirmat.

Wolframus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vni-

uersis presentibus et futuris, quod nobilis vir Cvnradus de Hohenloch, zelo deuocionis motus, capellam vnam in opido suo Wykertsheym, a quondam nobili viro Kraftone de Hohenloch patre suo in honore sacratissimi corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi olim deuote inchoatam, nunc construendo laudabiliter consumauit, et cum subscriptis bonis suis propriis sufficienter dotauit, honorabilium virorum Ernesti de Sebech archidiaconi loci, et decani et capituli noui monasterij herbipolensis, quibus parrochialis ecclesia in Wykersheym in qua sita est ipsa capella sic constructa est incorporata, et Cv̊nradi plebani sev vicarii loci ibidem accedente nichilominus voluntate expressa pariter et consensu.

Verum cum fundatores nouarum capellarum sev ecclesiarum veteribus ecclesiis de jure parrochiali jniuriosi esse non debeant quoquammodo, jdem nobilis hoc attendens dicte ecclesie parrochiali quatuor librarum hallensium redditus de bonis suis propriis infrascriptis donacione libera inter viuos donauit, vt vsui plebanorum ibidem illi cedere debeant inantea in reconpensam dampnorum si qua eum contingat incurrere ex hoc facto.

Preterea ad eundem nobilem et heredes suos juspresentandi eiusdem capelle pertinere debebit, qui ex nunc et quandocumque et quocienscumque deinceps vacabit capellanum ad dictam capellam presentare habebit.

Qui quidem capellanus ipsam capellam singulis diebus mane dicendo missam que frv̊messe dicitur officiabit per se, uel alter eodem jure, exceptis festiuitatibus sollempnibus et diebus quibus fvnera honesta habebuntur: nam extunc post canonem misse ipsius parrochialis ecclesie predictus capellanus dicere tenebitur suam missam. Quidquid eciam ipsi capellano fuerit oblatum siue ad altare sev alias, aut nomine reconmendacionis missarum datum publice uel occulte, plebano dicti loci integraliter presentabit, omni dolo fraude capcione exclusis. Jdem eciam capellanus nec per se uel per alium sermocinabitur in ipsa capella, nec ibi erit sepultura aliqua, nec fient ibidem alique staciones. A nulla eciam persona legatum recipiet aliquod jdem

capellanus suo vel capelle nomine, nisi primo ipsi plebano de jure suo sit integre satisfactum. Nec alicui parrochiali eucharistie extreme vnctionis aut aliqua alia ecclesiastica sacramenta ministrabit, nisi in quantum jus permittit. Nec eciam aliqua alia jura parrochialia sub quocumque colore quesito sibi aliqualiter vendicare audebit. Et ut omnis materia fraudis et capcionis tollatur, legata que intuitu deuocionis simpliciter sibi a fidelibus offeruntur recipere poterit et suis vsibus applicare, nisi offerens feriam specialiter nominaret, dicens: pro celebracione misse in hac uel hac feria istam vobis duxi pecuniam offerendam: nam ex tunc plebano de quo predicitur illa cedet. Jnsuper cum matrici ecclesie honor debeatur, ad sollempnes processiones pro jndicio honoris ire tenebit[ur] cum plebano. Ad que omnia et singula fideliter conseruanda quilibet capellanus presentatus ad dictam capellam ante inuestituram suam coram predictis decano et capitulo noui monasterii quos accedet obligabit et astringet se corporaliter ad sancta dei ewangelia prestito juramento. Alioquin inuestitura sic recepta nullius erit roboris uel momenti.

Predictus itaque nobilis nobis humiliter supplicauit, ut premissa nostro consensu expresso adhibito dignaremur auctoritate ordinaria confirmare.

Vnde sue peticioni tam pie et deo laudabili fauorabiliter inclinati, premissis omnibus et singulis per que diuinus cultus non modicum adaugetur nostrum consensum adhibemus, et illa predicta auctoritate ordinaria presentibus confirmamus. Et in eorundem euidens testimonium hiis litteris exinde confectis nostrum sigillum duximus appendendum.

Nos quoque Ernestus archidiaconus loci predicti, et decanus et capitulum ecclesie noui monasterii predicti, et Cvnradus plebanus ipsius loci premissa omnia et singula de nostro consensu recognoscimus esse facta, sigilla nostra in eorundem euidenciam presentibus appendentes.

Nos quoque Cvnradus nobilis de Hohenloch supradictus premissa omnia et singula sic per nos recognoscimus esse facta. Sigillum nostrum vna cum sigillo nobilis viri Gotfridi de Hohen-

loch germani nostri hiis literis duximus appendendum. Nos quoque Gotfridus de Hohenloch iam dictus premissis omnibus ad peticionem predicti Cvnradi fratris nostri consensum nostrum expressum adhibuimus et adhibemus, et in eorundem euidenciam sigillum nostrum presentibus duximus appendendum.

Bona vero cum quibus dicta capella est dotata et que exnunc ipsi capelle donacione inter viuos nos Cvnradus prelibatus de Hohenloch donamus et tradimus sunt hec. Primo in Vsteten de curia Heinrici dicti Rynderuelt octo maldra siliginis. Jtem Heinricus Hottenbach de vno agro vnum maldrum siliginis. Jtem Cvnradus Faber in Lutenbach vnum maldrum siliginis de agro suo. Jtem in Mvnster de decima tria maldra siliginis et tria maldra avene. Jtem Sifridus Spiser et frater suus XVII solidos hallensium de vinea sua. Jtem Woltzo Hoveman decem solidos hallensium de vinea sua sita an der Hart. Jtem Woltzo Hospes dat XL denarios de vinea. Jtem dictus Kezzeler dat vnum solidum hallensium de vinea sua. Jtem Preco dat duos solidos hallensium de vinea sua. Jtem dictus Nifer dat quinque solidos hallensium cum dimidio de domo, et vnum pullum carnispriuialem. Jtem dicta Cvrduanin dat de domo quinque solidos hallensium, et duos pullos carnispriuiales. Jtem dictus Vinsterloch dat de domo sua sex solidos hallensium. Jtem Spar de vinea terciam partem. Jtem Albertus Ziegeler dat tres solidos hallensium de vinea. Jtem idem Albertus dat vnam libram hallensium de vinea sua. Jtem Berngerus Ezzig dat XXVI denarios de vinea sua. Jtem Waltherus famulus dicti Steygerwalt dat XXVI denarios de vinea. Jtem dictus Engeltin dat sex hallenses de vinea. Jtem dictus Ruevelin dat XXXII denarios. Jtem duo fratres dicti Trubellin dant XXXII denarios de vinea. Jtem de vinea dicta Lochelin mediam partem. Jtem dictus Crvmelin dat sedecim denarios de vinea. Jtem antiquus Mvrer dat XVI denarios de vinea. Jtem capella per se habet duas vineas.

Bona vero reddituum quatuor librarum hallensium, que ipsi parrochiali ecclesie et plebano in reconpensam dampnorum que

ipsum plebanum sustinere ex premisso facto contingit exnunc eciam donacione inter viuos donamus, sunt hec. De vineis sitis in dem Egelse et vno agro dantur duodecim solidi hallensium. Jtem de vineis sitis an dem Eschlinde dantur quatuordecim solidi hallensium. Jtem de vineis sitis an dem Manlöch tercia dimidia libra hallensium et quatuor solidi hallensium.

Datum anno dominj millesimo trecentesimo vicesimo tercio. feria sexta proxima post diem beati Bartholomei apostolj.

Sex quorum mentio facto est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CVIII.

1323, die 9. septembris.

Wolframus ecclesiae herbipolensis electus et confirmatus libertatum a Ludovico rege oppido Ippehoven concessarum testimonium exhibet.

Wolframus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis tenore presencium publice profitemur et ad vniuersorum et singulorum noticiam ad quos presens scriptum peruenerit cupimus peruenire, quod nobis de villa Jppehoven opidum facientibus serenissimus dominus noster jnclitus Ludewicus Romanorum rex semper augustus jnmunitates et libertates et gracias concessit per omnia in hec verba:

> Nos Ludewicus dei gracia Romanorum rex semper augustus ad vniuersorum sacri romani jmperij fidelium noticiam volumus peruenire, nos requisicionibus supplicibus ac deuotis venerabilis Wolframi episcopi herbipolensis

principis nostri dilecti fauorabiliter inclinatos jpsi de liberalitate regia indulsisse, vt villam dictam Jppehoven sibi pertinentem in opidum conuertere et construere possit, et opidum illud fossatis et muro circumcingere valeat et munire.

Opidanis eciam ipsis ac per eos ipsi opido omnes libertates jura emunitates et gracias concedimus et conferimus, jpsosque consimilibus graciis juribus libertatibus et emunitatibus frui volumus quibus prudentes viri ciues in Geylenhvsen fideles nostri dilecti gaudent et ex auctoritate regia perfruuntur.

Jn cuius rei testimonium presentes ipsis dedimus, maiestatis nostre sigillo communitas.

Datum apud Babenberg, kalendis augusti, anno domini M°CCC°XXIII°, regni vero nostri anno IX°.

Jn huius libertatis et immunitatis graciarum testimonium hoc scriptum nostro sigillo duximus consignandum.

Datum Herbipoli, anno domini M°CCC°XXXIII°, jn crastino natiuitatis beate virginis.

Sigillum WOLFRami DEI GRaciA ELeCti ET COnFIRMati ECClesiE HERBipolensis fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum restat.

CIX.

1323, die 15. octobris.

Friedericus burggravius de Nuremberg — cum ad Wolframi electi et confirmati herbipolensis preces instantes ad reemendum bona et villas Bernheim et in Herboltsheim cum pertinentiis universis inducias prorogaverit et concesserit suis patentibus litteris eidem electo et confirmato

herbipolensi pro tempore seu etiam ejus capitulo ad biennium nondum praeteritum seu elapsum, et idem dominus ipsum seriose rogaverit pro hujusmodi induciis ulterius prorogandis — ei ejusve successori pro tempore aut capitulo herbipolensi inducias ad reemendum memorata bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis ab ipso seu ipsius heredibus aut successoribus in illis abhinc usque ad festum cathedrae sancti Petri et deinde ad duos annos immediate subsequentes prorogat et concedit, sic quod eisdem hujusmodi bona reemendi usque ad praedictum terminum libera sit facultas, heredes seu successores ad praemissorum observantiam obligans.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, proximo sabbato ante Galli.

Friederici burggravii sigillum, cujus tergo ejus secretum impressum est, fascia membranacea ex his litteris — quas Maercker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. II pag. 376 et 377 ediderunt — suspensum est.

CX.

1323, die 26. octobris.

Friedericus burggravius de Nurnberg Wolframo electo et confirmato herbipolensi ejusve successori pro tempore aut capitulo herbipolensi inducias quarum modo mentio facta est ad reemendum bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis ab ipso seu ipsius heredibus aut successoribus in illis usque ad festum cathedrae beati Petri et deinde ad tres annos immediate subsequentes prorogat et concedit.

Datum in Halsprunne, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, quarta feria ante Symonis et Judae apostolorum.

Friederici burggravii sigillum, cujus tergo ejus secretum impressum est, fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CXI.

1323, die 18. novembris.

König Ludwig bestätigt die zwischen dem Abte von Fulda und dem Bischofe von Wirzburg zu Stande gekommene Ausgleichung, und ertheilt letzterem wieder seine Huld.

Wir Ludoweich von gotes gnaden romischer chunich ze allen zeiten merer des riches tůn chunt allen den die disen brief an sehent oder hôrent lesen, daz wir die berichtigunge die mit vns vnd unserm lieben fürsten Henreich apt zů Fulde vnd sinen dieneren vnser lieber furste Wolfram pischof zů Wirtzburch gehabt hat vmb die vanchnůzze des vorgenantes aptes vnd seiner diener vnd vmb die schaden die in do von des selben pischofes dieneren geschehen sein staet haben als si von des selben pischofs wegen an dem briefe der vnder seinem jnsigel dar ŷber gegeben ist geschriben stet.

Vnd schol auf die dinch die in der selben richtunge geschriben sint aller der vnwille vnd widermůt den wir enpfangen heten vmb die geschichte wider den vorgenanten pischof vnd sein diener die bei der geschicht gewesen sint hin gelegt sein gaentzlich, vnd geben in wider vnser hulde.

Dar vber ze vrchunde geben wir disen brief, versigelten mit vnserm jnsigel, der geben ist zů Nůrenberch, an sant Elspeten abent, do man zalt von Christes geburde dreutzehen hundert jar dar nach in dem drevvndzwaintzgestem jar, jn dem neunden jare vnsers riches.

Ludovici Romanorum regis semper augusti sigillum quod dicunt majestatis fascia membranacea ex hoc diplomate suspensum est.

CXII.

1324, die 14. et die 17. februarii.

Ecclesia herbipolensis Friedericum burggravium nuerenbergensem castrensem hereditarium ad castrum Swanemberge recipit.

1.

Nos Fridericus dei gracia purcgrauius de Nurenberch tenore presencium profitemur et constare volumus vniuersis presentibus et futuris, quod reuerendus pater et dominus noster dominus Wolframus electus et confirmatus ecclesie herbipolensis, nos suis et ecclesie sue seruiciis astringere cupiens, ob specialem fauorem quem nobis gerit nos in suum et ecclesie sue castrenssem hereditarium ad castrum Swainberge recepit, nobisque et heredibus nostris super villis Bernheim et Herboltsheim ac ipsarum pertinenciis vniuersis nobis iam dudum ab ecclesia herbipolensi predicta nomine pignoris pro certa quantitate pecunie obligatis quingentas libras hallensium suis patentibus literis pro castrenssi feodo deputauit, jta sane quod — quamprimum ipse successor suus pro tempore aut capitulum sede episcopali vacante villas predictas cum pertinenciis suis pro illa quantitate pecunie pro qua nobis pridem obligate existunt a nobis aut heredibus nostris aut successoribus in illis duxerint redimendas — extunc illas quingentas libras hallensium nobis pro castrenssi feodo vt premittitur deputatas nobis aut heredibus nostris eciam assingnare et persoluere tenebuntur. Quas quidem quingentas libras extunc in quinquaginta librarum hallensium redditus certos conuertere, aut de bonis nostris propriis que pacifice possidemus tantumdem librarum redditus in dicti domini nostri aut successoris sui pro tempore manibus debebimus resingnare, jllosque ab ipso et ecclesia herbipolensi predicta deinceps tenere ac tytulo castrenssis feodi perpetuo possidere.

Nos itaque dicto domino nostro Wolframo et eius ecclesie sepedicte viceuersa assistere et dictum castrensse feodum fideliter deseruire promisimus mera fide.

Et in euidens testimonium et certitudinem premissorum presentes literas prenotato domino nostro dedimus, sigilli nostri appensione de iussu nostro et ex certa nostra sciencia diligencius consingnatas.

Datum in Kadoltzburch, anno domini M°·CCC°·XXIIII°, in die sancti Valentini martiris.

Sigillum modo dictum fascia membranacea ex his litteris — quas Haercker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. II pag. 378 ediderunt — quondam suspensum periit.

2.

Wolframus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis inspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod nos, viri nobilis Fridericj burcgrauij de Nuremberg gracia et fructuosa obsequia nobis et ecclesie nostre impensa ac inposterum impendenda grato animo respicere cupientes, jpsum in nostrum et ecclesie nostre castrensem hereditarium ad castrum nostrum Swanemberge recepimus et recipimus per presentes, sibique pro castrensi feodo super villis Bernheim et Herboltsheim ac ipsarum pertinencijs vniuersis et iamdudum ab ecclesia nostra predicta pro certa quantitate pecunie nomine pignoris obligatis quingentas libras hallensium deputauimus et presentibus deputamus, jta sane quod — quamprimum nos successor noster pro tempore aut capitulum sede nostra episcopali vacante villas predictas cum suis pertinencijs vniuersis pro illa summa pecunie pro qua dicto Friderico burcgrauio pridem obligate noscuntur ab ipso aut heredibus suis aut successoribus in illis duxerimus redimendas — extunc illas quingentas libras hallensium ei pro castrensi feodo ut premittitur deputatas sibi aut heredibus suis persoluere tenebimur et integraliter assignare. Quas extunc in quinquaginta librarum hallensium redditus certos infra duo miliaria a dicto castro nostro conuertet, aut de bonis suis proprijs que pacifice possidet tantundem redditus in nostris aut successoris nostri qui pro tempore fuerit manibus libere resignabit, tenendos deinceps a nobis et dicta ecclesia nostra jure castrensis feodi ac perpetuo possidendos.

Dictus eciam Fridericus nobis et sepedicte ecclesie nostre viceuersa assistere et huiusmodi castrense feodum fideliter deseruire fidedata promisit, corporali nichilominus prestito juramento.

Et in euidens testimonium et certitudinem premissorum sigillum nostrum presenti pagine duximus appendendum.

Datum Herbipoli, anno dominj M°·CCC°·XXIIII^to^, XIIII°· kalendas marcij.

Sigillum modo dictum fascia de ipsarum litterarum — quas Maercker et de Stillfried in monum. zolleran. vol. II pag. 379 ediderunt — membrana confecta quondam suspensum abscissum est.

CXIII.

1324, die 7. martii.

Fritzo von dem Rebestocke armiger et Katherina conjuges possessiones suas Eberhardo de Ryedern ecclesiae herbipolensis canonico vendunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Fritzo dictus von dem Rebestocke armiger et Katherina coniuges legittimi tenore presentium in publicam deducimus notionem omnium et specialiter horum quorum interest scire vel interesse poterit in futurum, quod propter causas necessarias ad presens mouentes et vrgentes nos pari voto et vnanimi consensu pro nobis et heredibus nostris quibuslibet vendidimus tradidimus et per presentes manibus coadunatis iusto vendicionis titulo vendimus et tradimus infrascripta omnia et singula bona, nullo pensionis seruitutis aut jurisdictionis specialis dicti faûtrecht onere pregrauata, ad nos jure dominij vel quasi ac etiam titulo mere proprietatis pertinentia, honorabili viro domino Eberhardo de Rŷedern canonico ecclesie herbipolensis ementi et recipienti pro se heredibus successoribusue suis quibuslibet in dictis bonis pro centum triginta sex libris hallensium et septem solidis minus IIII$^{or.}$ hallensibus paratorum. Quos quidem hallenses profitemur nos recepisse habuisse ab ipso . . emptore in numerata pecunia, et ipsos in nostros vsus (scilicet debitorum nostrorum solucionem) integraliter conuertisse.

In quo quidem venditionis contractu vt dicto . . emptori plenius caueatur, promittimus de euictione dictorum bonorum sibi cauere, et de eis warandum facere prout secundum terre Frankonie consuetudinem de bonis proprietatis fieri est consuetum. Alioquin strennui viri Theodericus dictus Zobel, Erkengerus de Randesacker, milites, Conradus de Randesacker frater dicti Erkengeri, et Johannes dictus Betelmann, armigeri, fideiussores per nos dati in hoc contractu nomili ex parte ipsius . . emptoris . . heredum aut successorum suorum quando et quociens eum vel eos super proprietate dictorum bonorum et alias vndecumque impedimentum impeticionem super eis quocumque modo sustinere contigerit in obtagio in ciuitate herbipolensi quilibet per se vel prepositus vno equo se recipiet apud publicos hospites sine vera quocunque impedimentum et impeticio huiusmodi sine dampno predictarum personarum amota per nos fuerint penitus et sublata.

Promittimus etiam presentem contractum attendere et seruare bona fide, et non contra eum venire in toto vel in parte per nos vel per alios, nec contrauenienti quomodolibet consentire publice vel occulte, fide data per nos in his scriptis libere sic quod sit fides huiusmodi juramentum.

In hoc etiam venditionis contractu renuncianus excepcioni non solute non habite pecunie, doli mali et in factum, beneficio restitucionis in integrum, et iuri per quod deceptis vltra mediam iusti precii subuenitur et vniuersaliter cuiuslibet iuris tam canonici quam ciuilis suffragio per quod presens contractus in toto vel in aliqua eius parte posset impugnari inposterum seu quomodolibet viciari.

Ego etiam Katherina predicta recognosco, me nichil speciale iuris habere in bonis omnibus et singulis infrascriptis.

Nomina vero bonorum de quibus predicitur sunt hec: curia sita in villa Kisten cum agris quos Conradus dictus Rotgebe exnunc colit et suis pertinenciis juribus et vtilitatibus quesitis et inquirendis in ipsa villa et eius marchia quibuscumque nominibus censeantur, cui a superiori curia sive bona dominarum . . abbatisse et conuentus sanctimonialium monasterii Celiporte, ab inferiori vero

parte Theoderici dicti Zobel militis bona et ab anteriori parte strata ducens per villam confinant; jtem molendinum situm in villa Lintflûr quod Conradus et Theodericus fratres molitores possident soluit nouem maldra siliginis annuatim, cui ab vna parte Engellini dicti Virnkorn ciuis herbipolensis (intermedia tamen via) et ex vna Fritzonis dicti Walkan agri campestres confinant; jtem medius mansus situs in villa Geroltshusen et marchia eius cum suis juribus vtilitatibus pertinenciis vniuersis soluit annuatim vnum tritici et quinque siliginis maldra quem colunt et possident Conradus dictus Neue et Husa coniuges, cui manso ab vna bona censualia dicte Sweigererin vidue ab alia vero parte bona Kunonis de Rebestocke militis et a tercia parte strata publica confinant, cuius quidem mansi agri campestres sunt in numero triginta vel citra cum vna pecia pratorum sita in loco dicto bidem Sewe; jtem domus quam inhabitant ibidem Herbordus Faber et Gerdrudis coniuges soluit annuatim quadraginta denarios et quatuor pullos in festo sancti Martini episcopi, cui ab vna parte domus pistorie Zobelonis de Gibelstat et ab alia strata per villam ducens confinant.

Jn premissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur nos . . coniuges predicti dicto emptori dedimus hanc litteram de premissis confectam, sigillorum scilicet domini . . officialis herbipolensis curie necnon mei Fritzonis predicti appensionibus conmunitam. Quod quidem nostrum sigillum nos . . officialis iamdictus ad preces contrahentium duximus presentibus appendendum. Nos vero . . fideiussores prelibati sub sigillo predicti domini . . officialis recognoscimus, nos fideiussisse apud predictum . . emptorem ad preces vendentium sub prescripta forma, et teneri ad fideiussionis debitum exoluendum.

Actum anno domini M°CCC°XXIIII^to^, feria quinta post dominicam jnuocauit; presentibus domino Conrado dicto Zobel priore ad sanctum Stephanum, magistro Johanne de Fritzelaria canonico in Orengev, Eberhardo thabellione dicte curie herbipolensis, Heinrico

dicto Remel, Gotfrido de Ballebach, Conrado dicto Rôder, et dicto Webe, et aliis quampluribus fidedignis.

Sigillorum funis membranaceis ex hoc documento suspensorum illud FRIDRici . DE . RERSTOK superest, illud officialis curiae herbipolensis perit.

CXIV.

1324, die 22. martii.

Wolframus episcopus partem decimae in Ypphoven a Friderico dicto Kylholtz militi sibi resignatam ecclesiae herbipolensis capitulo donat.

Wolframus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod strenuus vir Fridericus dictus Kylholtz miles in nostri presencia constitutus nobis humiliter suplicauit, quod — cum honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo ecclesie nostre predicte propter sincerum affectum quem pre aliis ad eosdem gerit partem decime in Ypphouen, quam a nobis dictaque nostra ecclesia in feodum tenebat, pure donare et assignare intenderet — nostrum ad hoc consensum dignaremur fauorabiliter impertiri.

In hoc autem negocio seruare tramitem iusticie cupientes, predictum militem moneri fecimus, quem et nos monuimus diligenter, vt eandem decime partem ecclesie parrochiali in Ypphouen, in cuius limitibus ipsa persolbitur, vellet restituere sev eciam assignare.

Et quia sic ex parte nostri monitus ad hoc induci nequiuerat, quod eandem supradictis . . preposito . . decano et capitulo se velle donare et assignare firmiter asserebat, nos attendentes non modicum

fauorem iuris existere decimas et alia bona ecclesiastica a laycis detenta ab eorum faucibus eripere et ad vsum ecclesiasticum pronide reuocare, memoratam decime partem, quam ipse miles eisdem . . preposito . . decano et capitulo liberaliter assignauit, ab eodem instancius postulante resignatam recepimus, et assignacioni sev donacioni sue de ipsa parte decime sic eis facte nostrum consensum expressum et auctoritatem nostram ex certa sciencia adhibuimus presentibus et adhibemus, jnmo eandem decime partem nobis sic resignatam dictis . . preposito . . decano et capitulo donacione perpetua donauimus et donamus et tenore presencium assignamus, ipsam in eos pleno rerum dominio transferendo.

Jn quorum premissorum testimonium hoc scriptum nostro et predicti militis sigillis in maiorem premisse sue donacionis et assignacionis euidenciam duximus muniendum.

Datum et actum Herbipoli, in curia nostra Osternach, anno domini M°·CCC°·XX°· quarto, XI kalendas aprilis.

Sigillum WOLFRami DEI GRaciA ELeCti ET COnFIRMATI ECClesiE HERBipolensis necnon illud FRIDRICI DICTI KILHOLZ MILITIS fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CXV.

1324, die 26. martii.

Heinricus dictus Trache et Jrmengardis uxor residentes in Cellingen unani consensu pro se et heredibus et successoribus quibuscumque curiam suam sitam in Cellingen cum omnibus pertinentiis suis quaesitis et inquaesitis vel in posterum inquirendis, ab una cum curia Johannis dicti Trache et ab alia parte cum horto Ulrici dicti Weibeler civis herbipolensis

confinatam, quam inhabitant, sex pullis carnisprivialibus solvendis perpetuo singulis annis domino Cunrado dicto de Gartach vicario capellae in curia dicta Crutheim vel ei qui pro tempore fuerit vicarius in dicta capella in recompensam sex pullorum carnisprivialium quos tenebantur dare et assignare singulis annis perpetuo in carnisprivio praedicto domino Cunrado vicario ut dictum est de uno jugere vineti sito in marchia villae Retzebach in monte dicto Wersperg, ex una parte cum Engelhardi dicti de Rotemburg et ab alia cum . . relictae quondam Johannis dicti de Riedern vineti jugeribus confinato, de consensu expresso et voluntate honorabilis viri domini Goltsteini de Riedern decani ecclesiae herbipolensis patroni dictae capellae onerant, promittentes coadunatis manibus praedicto domino Cunrado vicario vel ei qui pro tempore fuerit vicarius in dicta capella ut praedicitur dictos sex pullos carnispriviales dare et assignare singulis annis perpetuo in carnisprivio de praedicta curia et ejus pertinentiis, necnon volentes ut illa cum omnibus suis pertinentiis a praedicto domino Cunrado vicario vel ab eo qui pro tempore fuerit vicarius in memorata capella necnon ab ipsa in feodum procedat, eandem curiam praedictam cum suis pertinentiis ab ipso domino Cunrado vicario praefato tamquam feodi domino recipientes.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, in crastino annuntiationis beatae virginis gloriosae.

Testes hujus rei sunt: dominus Waltherus in pallatio vicarius ecclesiae majoris plebanus in Cellingen, Gerlacus scultetus, Johannes scultetus, Aplo pistor, et Cunradus ecclesiasticus, et quam plures alii fidedigni ad hoc vocati pro testibus et rogati.

Sigillum GOLTSTEINI DE RYEDern decani ecclesiae HERBIPolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum plus minus laesum est

CXVI.

1324, die 3. aprilis.

Ecclesiae herbipolensis capitulum et cives quidam wirziburgenses dissensionis ob excessum quem hi die 24 mensis aprilis anni 1323 in ecclesia majori perpetrasse dicuntur exortae Wolframum electum et confirmatum dictae ecclesiae et abbatem eberacensem compositores amicabiles constituunt.

Nos Goltsteinus de Rýdern decanus totumque capitulum ecclesie herbipolensis, necnon Rûckerus de Volkach, Ecko de Ariete, Johannes dictus Brûnlin, Kûning frater suus, Marquardus Hane, Bertholdus de Brozzoltzheim, Conradus filius dicti Eckonis de Ariete, et Rûkerus filius predicti Rûkeri, ciues herbipolenses, tenore presencium publice profitemur, quod — cum inter nos pro excessu illo quem iam dicti domini nostri decanus et capitulum nos ciues predictos in vigilia beati Marci proxime preterita hora vesperarum in maiori ecclesia herbipolensi prelibata in derogacionem emunitatis ecclesiastice asserunt perpetrasse, quod tamen non fatemur, hincinde lis sev dissensio esset orta, et ob hoc in dicta et aliis ecclesiis herbipolensibus a diuinis officiis generaliter sit cessatum — tandem pro bono pacis et concordie tam nos decanus et capitulum quam nos ciues prenominati vtrimque in reuerendum patrem et dominum nostrum dominum Wolframum electum et confirmatum dicte ecclesie herbipolensis et venerabilem dominum . . abbatem monasterii in Eberach super premisso excessv et lite sev dissensione

inde exorta tamquam in arbitros arbitratores sev amicabiles conpositores conpromisimus et conpromittimus in hiis scriptis, fide data hincinde firmiter promittentes, quod quicquit iidem domini in hoc facto sev negotio inter nos ordinauerint pronunciauerint sev fuerint arbitrati, siue presentes siue absentes, dummodo eorum pronunciatio per litteras sigillis eorum signatas appareat, per viam iusticie vel amoris, in scriptis vel sine scriptis, die feriato vel non feriato, stando vel sedendo, vsque ad octauas pasche, id sub pena qua conpromissum ipsum vallauerint ratum habebimus atque gratum, et eorum pronunciationi sev ordinationi parebimus cum effectu, contra illam nullo vmquam in posterum tempore per nos sev alios venientes aliquo jngenio studio vel cautela.

Jn quorum premissorum testimonium hoc scriptum nos . . decanus et capitulum et nos . . ciues prelibati sigilla habentes nostris sigillis duximus muniendum.

Ego quoque Ecko de Ariete prefatus Conradum filium meum predictum, sigillum non habentem, sub sigillo meo obligo ad predicta.

Ego etiam Růkerus de Volkach predictus Růkerum prenotatum filium meum minorem annis sub sigillo meo et me pro eo obligo similiter ad premissa.

Datum Herbipoli, anno domini M°·C°·C°·C°· vicesimo quarto, feria tercia post dominicam qua cantatur judica.

Sigillorum septem fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum nonnisi illud capituli majoris ecclesiae herbipolensis, illud Eckonis DE ARIETE, illud RVCKERI DE VOLKAH supersunt.

CXVII.

1324, die 5. aprilis.

Sententia arbitraria a Wolframo ecclesiae herbipolensis electo et confirmato necnon abbate eberacensi in dissensione modo memorata lata.

Jn nomine domini amen.

Nos Wolframus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis et [1]) frater Fridricus [2]) dictus abbas in Ebera tenore presencium constare volumus vniuersis, quod -- cum dissencionis materia inter honorabiles viros et dominos canonicos maioris ecclesie herbipolensis aliarumque ecclesiarum conuentualium ciuitatis herbipolensis [3]) nec non discretos viros quosdam ciues eiusdem loci, videlicet Rûggerum dictum de Volkach, Rûggerum filium suum, Eckardum [4]) dictum de Ariete, Cunradum [5]) filium suum, Johannem dictum Brûnlin [6]) et . dictum Kûninch [7]) fratres, Marquardum dictum Zulle, et Berhtoldum dictum Hofman, occasione cuiusdam violencie facte per iam dictos ciues in maiori ecclesia herbipolensi [8]) anno domini millesimo CCC°XXtercio in vigilia beati Marcj ewangeliste verteretur, et ab vtrisque partibus tam canonicis quam ciuibus in nos tamquam in veros arbitratores seu amicabiles compositores sit totaliter compromissum — eapropter nos huiusmodi auctoritate fulti primo pro-

[1]) In altero hujus arbitrii documento breviori eadem die dato legimus: *necnon.* [2]) B: *Fridericus.* [3]) B: *conuentualium ibidem.* [4]) B: *Ekhardum.* [5]) B: *Chvnradum* [6]) B: *Breunlein.* [7]) B: *Kôninc.* [8]) In B adjectum locale „*herbipolensi*“ deest.

nunciandum duximus seu arbitrandum, quod quicumque inter premissos dominos canonicos seu ciues contra nostri arbitrij pronunciacionem fecerit, nobis ambobus in centum marcis examinati argenti herbipolensis ponderis obligetur.

Jtem pronunciamus, quod ipsi domini canonici et ciues [et qui ad hoc consilium vel auxilium adhibuerint modo quocumque] [1] immediate post vallate pene prolacionem sint absque omni vara seu sinistre ostensionis velamine boni amici, ac mutuis se promocionibus preueniant deinceps, sicut fideles amicos bene condecet et sinceros.

Jtem pronunciamus, quod ipsi ciues in emendam commisse violencie dent fidem suam manualem nomine juramenti, quod eandem violenciam in premissis ecclesiis absque [2] vara numquam de cetero attemptabunt.

Jtem pronunciamus, quod ipsi ciues de nouo circulum vnum in loco vbi ipsis dominis canonicis placuerit faciant, et eundem primo anno qui a data presencium currere incipiet tribus vicibus — prima videlicet vice jn die sancto festi penthecostes, secunda vice in festo sancti Johannis baptiste, tercia autem vice jn festo assumpcionis beate virginis — cum centum candelis infra missarum sollempnia ornabunt. Jllo vero anno decurso deinde annis singulis eundem circulum semel dumtaxat in dicto festo penthekostes cum totidem candelis ornare debebunt ita quod semper

Jtem pronunciamus, quod ipsi ciues de nouo circulum vnum in in loco vbi ipsi dominis . . canonicis placuerit faciant, et eundem singulis annis cum centum candelis semel ornabunt, jta quod semper ad decem candelas cere sufficiat vna libra, jsta dumtaxat condicione adiecta quod hoc primo anno tribus vicibus — prima videlicet vice in die sancto pentecostes et hoc eodem anno imperpetuum reuoluto, secunda vero vice in die beati Johannis baptiste, tercia autem vice in die assumpcionis gloriose virginis Marie — dumtaxat idipsum facere non obmittant.

[1]) Quae uncis inclusimus verba in B desunt. [2]) B: *sine*.

ad decem candelas cere sufficiat vna libra. Et ad hoc singulis annis faciendum sufficientes reddi-tus super aliqua certa bona ad nostrum arbitrium ipsis canonicis comparabunt seu deputabunt infra annum a data presencium numerandum. Et quousque hoc facient, ad id sunt insolidum obligati. Postquam autem id expeditum fuerit, extunc ab illo onere erunt ipso facto liberi et solutj.

Jtem pronunciamus, quod ipsi ciues cum suis conciuibus prouidis et honestis centum candelas, et hoc quantocicius tanto melius, quamlibet de vna libra cere, ab ecclesia sancti Jacobj Scotorum per medium fori vsque ad altare beati Kyliani deferant, et hoc cum tali disciplina sicut decet viros in perpetrati excessus humili penitencia constitutos.

bonis et honestis, et hoc quanto cicius tanto melius, centum candelas, quamlibet de vna libra cere, ab ecclesia

Jtem pronunciamus, quod ipsi ciues jn crastino proximi festi beati Georij [1]) ciuitatem herbipolensem exeant, et se in opido Karlstat [2]) recipiant, numquam nisi ad premissorum dominorum seu canonicorum arbitrium reuersuri. Si vero iamdicti domini canonici in reuocacione ipsorum ciuium nimis difficiles se vellent reddere atque graues, tunc nos duo aut vnus ex nobis iamdicte difficultatis duriciam mitigare possumus secundum quod nobis videbitur expedire.

Jtem pronunciamus, quod . . filius predicti Rûggeri de Volkach [3]) premissis penis includatur omnibus tamquam auctor prefate

[1]) B: *Georij martiris.* [2]) B: *Carlnstat.* [3]) B: *prenominati Ruggeri dicti de Volkach.*

violencie principalis; et quod statim postquam ipsi ciues penam de centum candelis modo et forma quibus superius est expressum peregerint, nisi aliud canonicum obsistat, diuina more solito resumantur.

Et vt hec omnia atque singula permanere valeant illibata, nostra sigilla presentibus sunt appensa.

Datum anno domini M°·CCC°·XXIIII^to^, nonis aprilis.

Ex utroque harum litterarum exemplari sigilla WOLFRami . DEI . GRAcia . ELeCti . ET . COnFIRMATI . ECClesiE . HERBIPolensis et SIGILLUM . ABBATIS . IN . EBERA fasciis membranaceis suspensa sunt.

CXVIII.

1324, die 11. maji.

Ecclesiae herbipolensis capitulum Ludewico de Hesseburg cantori redditus viginti librarum hallensium annuatim solvendos pro ducentis libris hallensium vendit.

Jn nomine domini amen.

Nos . . decanus et capitulum ecclesie herbipolensis harum serie recognoscimus publice litterarum, quod in generali ac peremptorio capitulo nostro constituti anno domini M°·CCCXXIIII^to^ feria sexta ante dominicam palmarum matura deliberacione inter nos habita considerauimus vendicionem infrascriptam nobis et dicte ecclesie nostre profuturam ac pro utilitate non modica faciendam.

Honorabili viro domino Ludewico de Hesseburg in dicta ecclesia nostra cantori vendidimus tradidimus necnon iusto vendicionis titulo damus tradimus et vendimus per presentes redditus viginti librarum hallensium legalium et bonorum, solvendos et pre-

sentandos sibi perpetuo singulis annis modis et temporibus ut infra continetur per scriptorem nostrum pro tempore existentem de bonis siue rebus nostris, pro precio ducentarum librarum hallensium, quod quidem precium recognoscimus nos ab ipso emptore in parata et numerata pecunia recepisse, et in vsus nostros ac dicte ecclesie nostre utiles conuertisse, renunciantes excepcioni non numerate non solute non habite pecunie, ac omnibus aliis excepcionibus et cautelis que huic contractui de iure vel de facto possent obici vel opponi.

Dictarum igitur viginti librarum hallensium reddituum dicto . . cantori venditarum ut predicitur jn crastino beate Elizabeth, quem ipse emptor elegit ad peragendum anniuersarium suum, in vita sua singulis annis sex libras hallensium soluemus et dabimus ad distribuendum inter presentes. Jtem vnam libram hallensium soluemus perpetuo singulis annis in die beati Martini episcopi vicarie sancti Panthaleonis, et vnam libram hallensium in festo sancti Johannis ante portam latinam similiter inter presentes distribuendam. Duodecim vero libras singulis annis in dicto sancti Martini die ipsi emptori quamdiu vixerit persoluemus. Eo autem defuncto earundem duodecim librarum hallensium sex libras die septima sue deposicionis et die tricesima reliquas sex libras. Sex vero libras hallensium supradictas distribuendas in vita sua nomine anniuersarij ut predicitur extunc in die deposicionis sue in perpetuum persoluemus ad distribuendum inter presentes, jta quod predicte distribuciones pro canonicis nostris presentibus quo ad duas partes pecunie distribuende et quo ad terciam partem pro vicariis nostris fiant.

Preterea nobis licebit redditus viginti librarum hallensium in aliis bonis certis et proprietariis conparare, quandocumque nobis placuerit vel fuerit oportunum, distribuendos loco et nomine predictarum viginti librarum hallensium inter personas predictas modis formis et temporibus preexpressis, promittentes et bona fide nos astringentes ipsum diem deposicionis sue septimum et tricesimum eiusdem perpetuo peragere cum sollempnitate missarum et vigiliarum debita et consueta.

Jn quorum omnium premissorum testimonium presentem litteram sibi dedimus, sigilli nostri munimine roboratam.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, quinto ydus maii.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CXIX.

1324, diebus 22 et 23 maji.

Ofmye von Tûbers verwittwete Gräfin von Brûnecke gibt dem deutschen Orden zu Selgerät Burg und Dorf Liebental unter der Bedingung, dass sie für den Fall einer Veräusserung an das Hochstift Wirzburg kommen.

1.

Jn gotes namen amen.

Als die irdischen bûrge vnd feste die man ze raubhûsern machet vnd stiftet (da von vnfride vnd vngemach wûrzelt in der heiligen cristenheit) sin ein vorbû vnd ein vorwerg des hellischen kerkers vnd ein festenûnge des ewigen todes, also die irdischen burge vnd feste die man inlibet gotes dienste (in den beklibet gotes dienst, vnd da von auch blûwet fride vnd gnade in der heiligen cristenheit) sin ein vorbû vnd ein vorwerg der ewigen himel feste, vnd ein sicherheit des lebens daz mit vnsegelicher fraude wert one ende.

Vnd wanne die ersamen geistlichen bruder des ordens des spitals sant Marien des tûtschen hûses von Jherusalem geneiget sin ze gotes dienste, vnd ze schirmenne vnd ze befridenne die heiligen ecclesien in ettelichen landen mit grozzer koste vnd erbeit ir blût giezzen in der ere des blûtigen crûces vnsers herren Jesu Christi

da mite sie gezeichent sint, vnd sich festeclichen vnd strenklichen widersetzen gotes vinden der vngelaubigen diet, dar vmbe wir Ofmye von Tůbers die witewe die wilende waz wirtin des edeln mannes hern Andres seligen von Brůnecke tůn kůnt allen den die nů lebent oder die kůnftig sint die disen gegenwertigen brief sehen oder hôren lesen vnd verjehen ôffenlichen, daz wir mit verdahtem sinne durch vnserre sele heil, durch vnsers vorgenanten wirtes seligen sele, vnd durch aller vnserre altuordern sele haben geantwůrtet vnd antwůrten, haben gemachet vnd machen, haben geben vnd geben auch an disem gegenwertigen briefe in der ere der hoechgelobeten himel keiserinne sant Marien der reinen megde dem vorgenanten orden der in irre ere gestiftet ist vnser bůrg Liehental genant als der berg begriffen hat, vnd den kirchensacz da selbes, vnd ackers zů einem pflůge, vnd ze Rimpach herzogen houereit vnd daz holz daz da heizzet daz geheye. vnd auch daz dorf Liehental genant daz da gelegen ist vor der vorgenanten bůrge, mit allen nůtzen, mit lůten, mit dem gerihte, mit holze, mit wazzer, mit weide, gesuht vnd vngesuht, vnd mit allem dem daz ze rehte gehôret in die mark des vorgenanten dorfes Liehental, also daz die vorgenanten bruder des egenanten ordens die nů sin oder die kůnftig sin daz besiczen haben vnd niezzen sůln fůr ein fryes eigin in allem dem rehte als wirz biz her haben braht, vnd daz die selben bruder libliche wonhaft suln sin in der egenanten bůrge, vnd ein priester ires ordens. Vnd swenne die kirche in ledig wirt, so suln zwene priester des selben ordens alle zit da wonhaft sin.

Ez si auch ze wizzenne, daz die vorgenanten bruder die egenanten bůrg nimmer suln ane werden noch verkaufen noch verwehseln noch dempfremden von dem vorgenanten orden mit deheinerley wise.

Wôlten aber sie oder ir nochkůmen daz tůn, des got niht enwôlle, daz sol keine kraft haben, wanne die selbe bůrg sol danne ir niht me sin, vnd auch niemannes anders danne des bistůmes vnd des capittels ze Wirzpůrg. Vnd die suln danne haben gantzen

gewalt vnd gůt reht ze sprechenne nach der selben bürg, vnd sie in ze vordern. Vnd swaz den vorgenanten brudern vnd dem orden wirt vmb die selben bürg, daz sol sin des vorgenanten bistůmes vnd des capittels. Vnd die suln gůt reht haben dar nach ze sprechenne, vnd ez in ze vordern.

Ez ist auch sunderlichen versprochen, daz die vorgenanten bruder vnd der orden die oftgenanten bürg niht verkaufen noch verwehseln suln gen dem vorgenanten bistům vnd gen dem capittel ze Wirzpürg.

Diser dinge sint gezüge die ersamen lute: Vlrich vnd Eberwin die gebrudere die Morder genant, Heinrich Vetor, Sefrid von Vrnhouen, Heinrich Hormbürg, Cůnrad Hůsteter, Herman von Halle, Cůnrad Schiter, Cůnrad Hůnderpfůnd, vnd Heinrich Karacher, burgere ze Rotembürg.

Vnd dar vmbe daz dise ding stete vnd vnczebrochen bliben, des ist zu einer gezügnisse vnser jnsigel mit vnserre wizzen an disen gegenwertigen brief gehangen.

Der brief wart geben in dem jare da man zalte von Cristes gebürte drůczehen hůndert iar vnd dar nach in dem vier vnd zweinzigistem jare, an dem nehesten dinstage vor vnsers herren vffart tag.

Sigillum EVSEMII DE BRVNECKE His serieis rubri et viridis colorum ex his literis suspensum integrum est, in quarum tergo legimus:

Exhibitum in vim probationis per magistrum Johannem de Northusen, feria secunda post dominicam jubilate, anno domini M°CCC°XL tercio.

2.

In gotes namen amen.

Wir bruder Cůnrad von Gundelwingen des ordens des spitals sant Marien des tůtschen hůses von Jherusalem, lant-

chůmmentur des selben ordens ze Francken, tůn kůnt allen den die disen gegenwertigen brief sehen oder hôren lesen vnd verjehen offenlichen, daz wir mit rate der ersamen geistlichen bruder .. der chůmmentůr ze Mergentheim, ze Wirzpůrg, ze Nůremberg, vnd ze Ellingen, vnd anderre ersamer bruder haben empfangen vnd ingenomen die bůrg Liehental genant, die vns vnd dem orden hat geben vnser liebe můme vrauwe Ofmye von Tůbers die witewe die wilende waz wirtin des edeln mannes Andres seligen von Brůnecke ze einem almůsen, als ir brief hat den sie vns vnd dem orden dar vber geben hat. Vnd swaz sie vns dar zu geben hat, des haben wir vns von des ordens wegen vndewůnden, also daz die bruder vnsers ordens alle zit in der vorgenanten bůrg liblichen wonhaft suln sin, vnd ein priester des ordens. Vnd swenne vns vnd dem orden die kirche ze Liehental ledig wirt, so suln zwene priester des ordens da wonhaft sin.

Ez si auch ze wizzene, das wir vnd der orden die vorgenanten bůrg nimmer suln on werden noch verkaufen noch verwehseln noch dempfremden von vns vnd von dem orden mit deheiner ley wise.

Were aber daz wir oder der orden daz brechen wôlten, vnd vns der egenanten burge entůsceren wôlten, daz sol kein kraft haben, wanne die selbe burg sol danne niht vnser noch des ordens sin, vnd auch niemannes anders denne des bistůmes vnd des capittels ze Wirzpůrg. Die suln danne haben gantzen gewalt vnd reht ze sprechenne nach der selben bůrge, vnd sie in ze vorderne. Vnd swaz vns wirt vmbe die selben bůrg, daz sol sin des vorgenanten bistůmes vnd des capittels. Vnd die suln reht haben dar nach ze sprechenne, vnd ez in ze vordern.

Wir versprechen vns auch beidu fur vns vnd den orden, daz wir die egenanten bůrg niht verkaufen noch verwehseln suln gen dem vorgenanten bistům vnd gen dem capittel ze Wirzpůrg.

Diser dinge sint gezůge die erbern lute: Vlrich vnd Eberwin die gebruder die Morder genant, Heinrich Veter, Sifrid von Vrnhouen, Heinrich Hormbůrg, Cůnrad Hosteter, Herman von Halle,

Cûnrad Schiter, Cûnrad Hûnderpfûnd, vnd Heinrich Karacher, bûrgere ze Rotembûrg.

Vnd dar vmbe daz disu ding stete vnd vntzebrochen bliben, des ist zu einer gezûgnisse vnser jnsigel vnd auch der vorgenanten chummentûr jnsigel an disen gegenwertigen brief gehangen.

Der brief wart geben in dem jare da man zalte von Cristes gebûrte drûtzehen hûndert iar vnd in dem vier vnd zweinczigestem jare, an dem vffart abûnt.

Sigilla quinque quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa fere omnino integra sunt.

Quod sub num. CXXIII pag. 252—254 edemus documentum, die 13 mensis julii exhibitum, huc conferre poteris.

CXX.

1324, die 27. maji.

Das Hochstift Wirzburg verbürgt die Leistung des auf 6000 Pfund Häller festgesetzten Schadenersatzes wegen Effeltrach an Fulda.

Wir Heinrich von gotes gnaden apt ze Fulde bekennen offenlichen an disem brieve, daz wir vmb allen den schaden den wir zu Effeltrach vnd alle die die durch vns da waren genomen habn von etteslichen amptlûten vnd dienern des erbern herren bischof Wolframs von Wirtzeburg waren gegangen zu den erbern vnd geistlichen herren . . dem apte ze Eberach, bruder Cunrat von Gundeluingen lantkommentur des theutschen ordens ze Franken, den edeln mannen greven Friderich von Truhendingen, vnd Friderich burcgreuen ze Nuremberg. Vnd alleine die vier den ietzgenanten herren von Wirtzeburg hiezzen vns vnd vnserm stifte gebn fûr den selben schaden nundehalp tusent pfunt vnd nvn pfunt haller zu genanten ziln.

Doch so wart sit dem male der vorgenante schade mit vnser beider wizzend vnd willekv̂r vor vnserm hochwirdigen herren kv̂ng Ludewig von Rôm, dem erwirdigen vater vnd herren . . dem ertzbischof von Meyntze, vnd greuen Berthold von Hennenberg verrihtet vnd gescheiden als her nach geschriben stet, daz die selben nûndehalp tusent vnd nv̂n pfunt haller wurden gemachet vnd gescheiden an sehs tusent pfunt haller, daz er oder sin stift ze Wirtzeburg die selben sehs tusent pfunt haller die genge vnd gebe sin halbe vf vnser frauwen tag liehtmesse der nu nehst kv̂mt vnd daz ander halbe teil von dem tage vber ein jar gebn vnd gelten sol ze Hamelnburg vns oder swen wir mit vnsern offen brieven dar zv bescheiden, oder vnserm conuent ob wir niht enwern.

Vnd wanne der vorgenante herre von Wirtzeburg vns vnd vnserm stifte die vorgeschriben sehs tusent pfunt haller nu verburget hat vnd vergwisset mit drizzig bv̂rgen, der gelûbde vnd brieve wir enpfangen habn in sogetaner frist die dar zv bescheiden wart also daz vns begnûget, so sagen wir in den vorgenanten herren von Wirtzeburg vnd sinen stift vnd alle sine diener ledig aller der schaden die wir zu Effeltrech namen vnd alle die die durch vns da waren von sinen amptlûten vnd dienern uf die teidinge als sie vorgeschriben sten vnd vf die brieve die er vns darvber gegebn hat. Vnd dar vmb verkiesen vnd verzeihen wir fûr vns vnsern stift vnd alle vnser diener die den schaden mit vns namen, daz wir uf die selben teidinge vnd brieve den vorgenanten herren von Wirtzeburg noch sinen stift noch sine diener vmb den vorgesprochen schaden nimmer angereichen svllen mit keinerslahte sache an alle geuerde.

Vnd waz brieve vns formals gegeben sin von den vorgenanten vier herren oder anders vmb den selben schaden, die sint nu furbaz alle tôt, vnd svllen kein maht noch kraft habn vmb den schaden alleine vnd anders niht. Ane die geistlich bezzerunge, die sol an den vorgeschriben vier herren sten als in den alten svenbrieven geschriben stet. Vnd swenne vns auch dar vmb gentzlich vollendet wirt, so sullen wir waz brieve wir habn vnd vns ge-

gehn sint — beide vmb den schaden vnd vmb die bezzerunge — den vorgenanten herren von Wirtzeburg wider gehn vnd antwerten an alle widerrede, vnd die selben briefe sullen denne furbaz weder kraft noch makt haben.

Vnd dar vmb meinem genugnisse sicherheit vnd vrkunde aller der vorgeschriben rede so gehn wir dem vorgenanten herren von Wirtzeburg vnd sinem stifte disen brief, der mit vnser wissend vnd heisse versigelt ist mit vnserm insigel.

Der ist gehn ze Hamelnburg, do von Cristes gebürte waren drüzehn hundert jar dar nach in dem vier vnd zweintzigsten jare, an dem sontage aller nehest nach sant Vrbans tage.

Sigillum . HVNRICI . DEI . GRACIA . ABBATIS . HIDERSEI . FVLDENsis facie membranarum ex his literis suspensum integrum est.

CXLI.

1324, die 7. junii.

Wolframus de Rotenhain bona quaedam ab ecclesia herbipolensi feodi titulo possidenda recipiens fidelitatem promittit.

Ego Wolframus de Rotenhain armiger tenore presencium recognosco et profiteor publice vniuersis, quod reuerendus in Christo pater et dominus dominus Wolframus electus et confirmatus ecclesie herbipolensis ad serenissimi domini jucliti domini Ludewici Romanorum regis ac aliorum quamplurium peticiones instantes proinde sibi porrectas super excessu illo per me perpetrato specialem michi facere graciam est dignatus, quod videlicet michi in fauorem suum resumpto vniuersa bona mea ab ipso et ecclesia sua in feodo procedencia de quibus se occasione huiusmodi perpetrati

excessus intromiserat exoccupauit et restituit, ac illa michi meisque heredibus contulit tenenda ab ipso et ecclesia sua deinceps perpetuo tytulo feodali.

Locum tamen illum Burgstal wlgariter dictum, in quo castrum Rotenhayn (quod hac occasione dirui ac subuerti mandauit) constructum fuerat, sibi et ecclesie herbipolensi perpetuis temporibus reseruauit. Jn quo michi et heredibus meis de cetero nichil iuris competere poterit et debebit.

Agros eciam illos, quos strennuus miles Eberhardus de Grumbach nunc coluit et suo blado seminauit, idem Eberhardus hoc anno metere debebit fructusque percipere de eisdem, quo peracto ijdem agri ad me libere reuertentur.

Ob hanc igitur graciam per predictum dominum meum michi factam fidedata promisi, corporali nichilominus prestito juramento, ac in hijs scriptis promitto, quod dicto domino meo et ecclesie sue contra omnem hominem — ecclesia babmbergensi dumtaxat excepta — fideliter et efficaciter adherere assistere et seruire debebo ad tempora vite mee. Et si (quod absit) in adherendo ac seruiendo sibi et ecclesie sue negligens fierer vel rebellis, extunc omnia bona mea de quibus premittitur ad ipsum et dictam ecclesiam suam eo modo et jure quibus in suis manibus nunc fuerunt cum pleno rerum dominio deuoluentur, nec vmquam de cetero michi meisve heredibus jus aliquod competere debebit et poterit in eisdem.

Jpse vero dominus meus viceuersa me vtpote suum castrensem et fidelem manutenere debebit ad iusticiam et tueri.

Si vero prenotatus dominus meus vel . . successor suus aut capitulum sede episcopali vacante me forsan contra iusticiam offendere presumerent vel grauare, jd coram honorabilibus dominis dominis . . canonicis ecclesie herbipolensis predicte ac ministerialibus eiusdem debebo juris ordine deponere et probare. Quo deposito et probato, si sibi sev ecclesie sue non assisterem ut premittitur et seruirem, per hoc pene prescripte (videlicet de bonis

meis premissis ad ipsum et ecclesiam suam deuoluendis) nullatenus subiacebo.

Sane si inter babembergensem et herbipolensem ecclesias predictas gwerrarum commocio sev lis emergi contingeret, extunc vtrimque supersedere potero, si mee placuerit voluntati. Attamen contra predictum dominum meum et ecclesiam suam nec iamdicte babembergensis ecclesie nec eciam alicui hominum vllo vmquam tempore prestare debebo aliquod subsidium consilium vel iuuamen, sed contra quoscumque terram suam hostiliter inuadentes sibi et sepedicte ecclesie sue totis viribus adherere ac fideliter et efficaciter seruire debebo ad tempora vite mee.

In quorum omnium testimonium et certitudinem pleniorem presentem paginam prenotato domino meo dedi, appensione sigilli mei ex certa sciencia consignatam.

Datum Herbipoli, anno domini M°CCC°XXIIII°, VII°. idus junij.

Sigillum . WOLFRAMI . DE . BOTENHAN fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum integrum est.

CXXII.

1324, die 13 julii.

Der Hochmeister des deutschen Ordens Wernher von Orsele bestätigt die unterm 22. Mai von Olmyen von Tubers, verwittweten Gräfin von Brunecke, dem Orden gemachte Schenkung von Burg und Dorf Lyhental.

In gotes namen amen.

Wir bruder Wernher von Orsele des ordens des spitals sancte Marien des tuschen huses von Jherusalem, bobe maige-

ster des selben ordens, tvn kvnt allen den die disen gegenwurtegen brief sehen oder horen lesen vnde vorjehen offenlichen, daz wir stete wollen haben vnde daz is vnzubrochen blibe.

Sulich gelubde als do hat getan bruder Cunrad von Gundelvingen der lant cumentuer zv Vranken mit siner bruedere rate der erberen vnd der edelen vrowen vorn Ofmyen von Tubers die witewe die wilende waz wirtin des edelen mannes hern Andres seligen von Brunecke vmme die burg zv Lyhental, die sie vns vnde deme orden gegeben hat zv eime rechten almusen, vnde her ir briefe wider gegeben hat, wolle wir vnde vnsere nachkvmelinge stete halden eweklichen, daz wir der vorbenanten burg vnde des gutes daz sie vns mit der burge gegeben hat nimmer svllen verkovfen nach vorwehseln nach mit keinen dingen denpfremden von dem orden, svnder iz sullen vnser brudere lieplichen wonhaft sin vf der vorbenanten bûrge mit eime pristere vnsers ordens. Vnde swanne vns die kirche ledeg wirt, so sullen zcwene pristere, vnser brudere, da wonhaft sin.

Wer aber daz wir oder keiner vnser nachkvm oder kein vnser bruder die vorbenante burg vorkafte oder denpfremte, daz sal keine kraft haben, wanne die selbe burg sal danne nicht vnser nach des ordens sin, vnde niemannes anders danne des bistvmes vnde des capitels ze Wirzpurg. Die sullen danne haben gantzen gewalt vnde recht zv sprechene nach der selben bûrge, vnd sie in zv vordern. Vnde swaz vns wirt vmme die selben burg, daz sol sin des vorbenanten bistvmes vnde des capitels. Die sullen recht haben dar nach zv sprechene, vnde iz inzuvorderen.

Wir vorsprechen vns ouch bayde vor vns vnde den orden, daz wir die vorbenante burg nicht vorkaufen noch vorwehselen suln gen dem vorgenanten bistum noch gen dem capitel zv Wirtzepurg.

Daz dise vorbeschriben dinc ewek vnde stete blieben, so habe wir disen brief mit vnseme hangenden jngesygel bevestent.

Dis ist beschriben vf deme houbethvse zv Marienburg, noch gotes geburte tvsent vnde dri hvndert jar vnde in deme vîr vnd zcwenlzcgisten jare, an deme tage der heilegen jvncvrowen sancte Margareten.

Sigillum MAGistRI GENERALis HOSPITALis Sancte MARIE THEVTonicorum JERosoLyMiTANi fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

Quae supra sub num. CXIX edidimus documenta, die 22 necnon 23 mensis maji exhibita, huc conferre poteris.

CXXIII.

1324, die 7. septembris.

Ecclesia herbipolensis a clero in districtu herbipolensi vineta possidente subsidium singulorum solidorum de quolibet jugere solvendorum voluntarium et liberale accipit.

Wolframus dei gracia electus et confirmatus ecclesie herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis, quod — cum ex varijs et diuersis causis ecclesia nostra dampna debita et grauissima pericula incurrisset, sic quod eciam tota terra Frankonie destructioni foret exposita — nos ad occurrendum huiusmodi dampnis debitis et periculis vniuersorum clericorum secularium et religiosorum tam exemptorum quam non exemptorum in districtu nostro vineta habencium auxilium suppliciter duximus implorandum.

Qui nobis nomine ipsius ecclesie nostre pro relevacione dampnorum debitorum ac periculorum huiusmodi de quolibet jugere

vineti vnum solidum denariorum in subsidium soluere liberaliter promiserunt.

Jnter quos eciam venerabiles viri . . in Eberach . . in Halsprunnen . . in Bylithusen . . in Brůnnebach et . . in Schoental monasteriorum abbates, a nobis nomine dicte ecclesie et tocius terre rogati, necessitati ipsius ecclesie et terre conpassiuo animo condolentes, de vinetis suis in dicto nostro districtu sitis consimile subsidium nobis liberaliter facere promiserunt, tali tamen protestacione premissa quod nec eis nec suis monasterijs predictis propter huiusmodi voluntarium et liberale subsidium aliquod in posterum preiudicium generetur, nec aliquod jus nec consuetudo noua occasione huiusmodi subsidij inducantur, ne quod per modum conpassionis et amicicie graciose et liberaliter est concessum trahi contingat ab alijs in exemplum.

Quam quidem protestacionem nos vnâ cum capitulo nostro gratanter acceptantes, et eidem expresse consencientes, de huiusmodi subsidio sic nobis et ipsi ecclesie nostre karitatiue promisso ipsis inmensas graciarum referimus actiones, dantes eis hoc scriptum, nostro et dicti capituli sigillis in premissorum testimonium consignatum.

Nos quoque Goltsteinus decanus et capitulum ecclesie herbipolensis predicte premissa omnia de nostro expresso consensu recognoscimus esse facta, sigillum nostrum in eorundem euidenciam hijs litteris appendentes.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXIIII^to^, VII°· jdus septembris.

Sigilla duo modo dicta fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa plus minus laesa sunt.

Quae modo sub num. CXXIV sequentur litterae, die 19 mensis octobris exhibitae, huc conferri poterunt.

[illegible]

Quam donacionem exactionem seu precariam quocumque nomine censeatur nos recognoscimus ex nullo prorsus iure vel consuetudine sed ex ipsorum beniuolencia recepisse.

Et ne pro aliquo jure seu consuetudine ab ipsis huiusmodi subsidium de cetero nos petamus, aut ad nostros transeat successores, de consilio et consensu totius capituli nostri statuimus et ordinamus, vt supradicta ordinacio donacio seu precaria imposterum a nobis aut a nostris successoribus de iure de facto vel consuetudine nullatenus requiratur, sed predicta vniuersitas cleri et populi a peticione predicta sit perpetuo libera et secura.

Vt autem ipsorum beniuolencia nostrumque et dicti capituli nostri statutum liqueat omnibus, presentem litteram nostri ac dicti capituli sigillorum karactere fecimus conmuniri.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, XIIII° kalendas nouembris.

Utrnmque Sigillum . WOLFRami . DEI . GRaciA . ELeCtI . ET . COnFIRMATI . ECClesiE . HERBipolensis necnon illud capituli majoris ecclesiae herbipolensis fasciis membranaceis ex his litteris suspensum integrum est.

CXXV.

1324, die 26. octobris.

Ludowicus junior comes de Ryenecke et Adelheidis de Hohenloch contoralis legitima pro animarum suarum necnon progenitorum suorum salute jus patronatus ecclesiae in Grůmbach, ad Ludowicum comitem praedictum olim cum dominatu castri in Grůmbach et pertinentiarum ipsius ex paterna successione delatum, si quid juris in ipso seu ad ipsum in praesenti vel in futuro habent

vel habituri sunt quoquo modo, sive hoc sit ex jure hereditario sive ex pactis modis conventionibus quibuslibet seu etiam per conditionum existentiam quarumcunque, praeposito decano et capitulo ecclesiae herbipolensis irrevocabiliter manibus coadunatis donant ac tradunt, in eos et eorum capitulum praefatum jus patronatus cum omni jure ipsis ut praemittitur in ipso et ad ipsum quibuscunque modis pactis seu conditionibus competente extunc ab ipsis abdicato liberaliter transferendo, volentes ut apud eos et eorum capitulum modis omnibus perpetuo debeat remanere.

Neve ab aliquo hominum praepositus decanus et capitulum herbipolense praefatum super dicto jure patronatus impugnationem seu calumniam patiantur, promittunt fore ut extunc eos in quantum possunt bona fide in ipso defendant et tueantur, nec alicui eos super dicto jure patronatus impugnare volenti aliquatenus consentiant.

Actum et datum anno domini M°·CCC°·XXIII°, feria sexta ante festum beatorum apostolorum Symonis et Judae.

Sigillum Ludewici comitis de Ryenecke necnon illud ADELHEYDIS . DOMINE . DE . RENECKE quod dicunt alliantiae fasciis membranaceis ex his litteris suspensa sunt.

CXXVI.

1323, die 29. decembris.

Heinrich von Frankenstein verspricht von seinen wirzburgischen Lehen und namentlich dem Gerichte zu Ternbach Treue insbesondere gegen Fulda.

1.

Jch Heinrich von Frankenstein bekenne vnd vergihe öffenlichen an disem gegenwertigem briefe, daz ich mit allen den

lehen die ich von mime erwirdigem vnd gnedigem herren bysschof Wolframe von Wirtzeburg vnd von sinem goteshûs ze lehen han vnd mit den gûten die man furbaz von mir ze lehen hat oder haben solte gesuht oder vngesuht, vnd besunder mit dem gerihte ze Ternbach vnd mit allem dem daz da zu gehoret gesuht oder vngesuchet willeclich vnd gûtlich wil vnd sol die wil ich lebe nimmer nit anders getvn danne mit mins vorgenanten herren bysschof Wolframes, oder sines nochkvmen ob er enwere, oder mit des capitels ze Wirtzeburg obe nit bysschofes were râte willen worte wizzend vnd heizze mit gûten truwen ane alle geuerde. Vnd des han ich mime vorgenanten herren min truwe geben vnde dar vber gesworen zu den heiligen.

Jch han auch minem vorgenanten herren gelobet vnde gesworen vnd verbinde mich gentzlich an disem brieue, swenne mich min vorgenanter herre bisschof Wolfram oder sin nachkvme oder daz capitel ze Wirtzeburg obe nit bysschofes enwere mant, daz ich mit allen den gûten die ich von ime vnd von sime goteshuse ze lehen han vnd auch mit den die man von mir furbaz ze lehen hat oder haben solte allez daz tvn wil und sol ane allerslaht furgezok vnd wider rede daz sie mich heizen vnd daz ir wille vnd wort ist.

Vnd zv einem vrkunde vnd getzugnisse dirre vorgeschriben dinge han ich minem ofgenanten herren bischof Wolfram geben disen gegenwertigen brief, an den min insigel mit miner wizzen willen vnd gûnst ist gehangen.

Der brief ist gegeben da von Cristes geburte waren druzehen hvndert jar dar nach in dem vier vnd zweintzigestem jare, an sante Thomas tag der da ist in den wihennahten.

SIGILLVM . HEINRiCI . DE . FRANKENSTEIN fascia membranacea ex his litteris suspensum integrum est.

2.

Jch Heinrich von Franckenstein bekenne vnd vergihe offenliche an disem gegenwertigem brieue, daz ich mit allen den gûten die ich zu lehen han von mime erwirdigem vnd gnedigem herren bischof Wolfram von Wirtzeburg vnd von sinem gotshuse vnd mit den guten die man furbaz von mir ze lehen hat oder haben solte gesuchet vnd vngesuchet, vnd besunder mit dem gerihte ze Ternbach vnd mit allem dem daz dar zv gehoret gesuht oder vngesuchet nach mit keynen der selben lehen mich gegen deheynem herren nach gegen nieman anders — vnd besvnder gein deheinem abte von Fulde oder sinem gotshuse — niht versprochen nach verbunden han, nach dekeine verspruchnisse weder verbuntnisse gehabt han weder mit brieuen weder mit werken nach mit worten. Vnd daz diz also sî, des han ich minem erwirdigem vnd gnedigem herren bischof Wolfram ze Wirtzeburg mine truwe geben, vnd dar vber zv den heilgen gesworen.

Vnd ze einem waren vrkunde vnd einer grozern getzûgnisse dirre vorgeschriben dinge han ich minem egenanten herren bysschof Wolfram geben disen gegenwertigen brief, an den min jnsigel mit miner wizzen willen vnd gûnst ist gehangen.

Der brief ist gegeben da von Cristes geburte waren drutzehen hvndert jar vnd dar nach in dem vier vnd zweintzigestem jare, an sant Thomas tag der da ist in den wihennahten.

Ex hoc quoque documento SigillVM . HEINRiCI . dE . FRANKENSTEIN fascia membranacea suspensum est.

Utrumque hoc documentum regesta boica (vol VI pag. 149) diei 21 mensis decembris anni 1324 tribuunt.

CXXVII.

1325, die 1. martii.

Ecclesiae in Binsvelt et Holeshein a matrice in Steten ecclesia separatae beneficium ecclesiasticum et curatum exsistunt.

Jn nomine domini amen.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis omnibus Christi fidelibus nostre dyocesis ad quos presentes peruenerint salutem et indubitatam noticiam subscriptorum.

Pastoralis officij sollicitudo inter cetera nos ammonet vt diuini cultus ampliacioni in dicta nostra dyocesi in quantum nobis est possibile ad honorem et laudem diuini nominis intendamus.

Sane fidedignarum personarum relatibus ad nostram peruenit audienciam, quod ville scilicet Binsuelt et Holeshein, iure parrochiali spectantes ad ecclesiam parrochialem in Steten dicte dyocesis tamquam ad matricem, adeo remote site existant ab ipsa matrice quod ipse plebanus in Steten de domo sua dictas duas villas saltem hyemali et inundacionis aquarum tempore commode officiare non potuit prout ab olim consuetum fuit, et specialiter ex sacramentorum delacione a retroactis temporibus in paruulis baptizandis et in penitencijs decedentibus iniungendis ex ipsa distantia negligentie et animarum pericula quam plurima sunt commissa, et numerositas christiani populi in dictis duabus villis intantum excreuerit quod non inmerito proprio egeat sacerdote.

Nos vero, de premissis inquisicione et maturo consilio prehabitis diligenter, de consilio et assensu patronorum archidiaconi necnon rectoris ipsius matricis ecclesie et ad humiles instantias infra-

nominatarum personarum que de bonis a deo super terram sibi collatis ad sustentacionem sacerdotis officiaturi de cetero ipsas duas villas contribucionem aliqualem fecerunt diuini cultus de quo predicitur in augmentum easdem villas quo ad jus parrochiale a matrice ecclesia in Steten in nomine domini auctoritate ordinaria presentibus separamus, et quod homines dictarum duarum villarum decetero ad diuinorum officiorum frequentiam ac sacramentorum ecclesiasticorum recepcionem ad ipsam parrochiam in Steten et plebanum ipsius respectum non habeant quoquam modo decernentes, et volentes quod ecclesie in Binsuelt et Holishein sint per se ecclesiasticum et curatum beneficium perpetuis temporibus duraturum, et quod rector parrochie ecclesie in Steten exnunc, et deinceps patroni, ad ipsam ecclesiam in Binsuelt sacerdotem pro rectore quando et quociens eam vacare contigerit debeant et habeant loci archidiacono inuestiendum de cura animarum ipsarum villarum presentare.

Verum cum spiritualia sine temporalibus subsistere non valeant, ad sustentacionem sacerdotis officiaturi ipsas ecclesias in Binsuelt et in Holishein Johannes nunc plebanus in Steten contribuit et assignauit redditus annuos, scilicet dimidie karrate vini hunici soluende de decima in Binsuelt, vnius maldri tritici, triginta solidorum hallensium, et septem pullorum; jtem quatuor agros campestres sitos in marchia Binsuelt; jtem in Holishein redditus duarum librarum hallensium et octo solidorum hallensium, duorum pullorum, octo librarum sepi, et partem minute decime que hactenus ad ipsum plebanum in Steten spectabat, que quidem bona et redditus cum suis confinibus et specificacionibus in registris ipsarum duarum ecclesiarum in Binsuelt et Holishein plenius et specialius continentur. Jtem pie memorie Heinricus plebanus in Steten sexaginta libras hallensium, jtem Andreas de Tûgede miles decem libras hallensium, et Heroldus de Mûtinshein decem libras hallensium in parata pecunia ad emendum et comparandum redditus perpetuos contribuerunt pro sustentacione dicti sacerdotis instituendi in predicto officio vt superius est expressum.

Dictus eciam sacerdos officiaturus in Binsuelt et Holishein singulis annis in perpetuum cum suo populo ipsam parrochialem ecclesiam in Steten in diebus dedicationis rogationum ac synodi popularis cum reliquijs et reuerentia qua condecet visitabunt.

Jn quorum premissorum omnium et singulorum testimonium atque robur presens jnstrumentum de premissis confectum nostri sigilli patrocinio iussimus communiri. Nos vero Ber(toldus) de Grvmbach archidiaconus loci, necnon Albertus de Wilnawe scolasticus, Ernestus de Sebech, canonici herbipolenses, patroni, ac eciam Johannes nunc rector dicte matricis ecclesie in Steten omnia et singula supra de nobis dicta recognoscimus certitudinaliter fore uera, et in ipsius recognicionis euidenciam nostra sigilla presentibus duximus appendenda.

Datum anno domini millesimo trecentimo vicesimo quinto, feria sexta post dominicam jnuocauit proxima.

Sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento quondam suspensa omnino perierunt.

CXXVIII.

1325, die 3. martii.

Wolframus episcopus clero suae dioecesis fratres domorum herbipolensis et vogelspurgensis ordinis sanctae Mariae de monte Carmeli commendat.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis dilectis in Christo . . decanis . . camerariis aliisque ecclesiarum sev capellarum rectoribus vniuersis salutem in domino sempiternam.

Cum sacram religionem plantare et plantatam fouere modis omnibus debeamus, nusquam hoc melius exequimur quam si nutrire ea que recta sunt et corrigere que profectum virtutis impediunt auctoritate nobis conmissa curemus.

Attendentes itaque quod per viros religiosos nobis in Christo sincere dilectos fratres ordinis sancte Marie de monte Carmeli ecclesie dei sua doctrina salutifera et virtutum exemplis non modicus cottidie crescit fructus, et ideo ipsos in suarum exempcionum libertatibus et priuilegiis eisdem a sede apostolica et a nostris predecessoribus concessis nos decet paterna sollicitudine confouere eosdem, hinc est quod vniuersitati vestre mandamus, in virtute sancte obediencie precipiendo firmiter et districte quatinus — fratres domorum herbipolensis et vogelspurgensis dicti ordinis habentes vobis fideliter conmendatos — ipsos cum ad vos declinauerint in confessionibus audiendis in predicacionibus faciendis elemosinis petendis et in cunctis aliis suis agendis (sine vestri tamen juris iniuria) promoueatis diligencia qua potestis, constitucione illa apostolica „super kathedram“ non obstante, quamdiu nobis et clero seculari sicut hucusque fuerunt sunt deuoti placabiles et conformes, vt exinde vobis crescat cumulus meritorum, et nos ad graciarum immensas actiones vobis nichilominus teneamur.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXV°·, jn secunda dominica quadragesime, pontificatus nostri anno primo.

Sigilli Wolframi episcopi fascia membranacea ex his litteris suspensi pars inferior periit.

Gottfridus quoque episcopus documentum ejusdem tenoris de fratribus „domorum herbipolensis et Vogelsburg dicti ordinis“ Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XVIII°·, XIII°· kalendas augusti exhibuerat.

CXXIX.

1325, die 24. aprilis.

Otto dictus Fuhs de Suntheim miles et Alheydis conjuges, Conradus dictus Fuhs armiger frater dicti Ottonis et Elizabeth conjuges propter debitorum onera ad praesens incumbentia pari voto et unanimi consensu pro se et heredibus suis manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt decano et capitulo ecclesiae herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et jamdicta eorum ecclesia redditus duodecim librarum hallensium legalium et bonorum, solvendos ipsis et praesentandos annis singulis in festo vel ante festum epiphaniae domini sine quolibet ipsorum damno, quorum reddituum octo librarum minus quatuor solidis hallensium redditus cedere debebunt . . vicario vicariae altaris sancti Kyliani pro tempore exsistenti, residui vero quatuor librarum et quatuor solidorum hallensium redditus cedere debebunt vicario vicariae altaris sancti Johannis evangelistae similiter pro tempore exsistenti super curia sua sita in Nv̂seze cum omnibus suis juribus et pertinentiis quibuscunque necnon super universis et singulis aliis bonis suis quaesitis et inquirendis quocunque nomine censeantur quae habent in dicta villa Nv̂seze et marchia villae ejusdem, vinetis dumtaxat exceptis, cui quidem curiae ab una parte Gotzonis dicti Schultheize ab alia vero . . dicti Butener curiae conterminant et confinant, pro pretio centum et viginti librarum hallensium, quod quidem pretium recognoscunt habuisse recepisse et in alios usus utiles et necessarios convertisse, dicta bona et proprietatem ipsorum resignantes ore manu et calamo ut moris est emtoribus praedictis, ac recipientes ab ipsis pro se et heredibus suis pro dictis annuis redditibus in antea tenenda ac iure emphyteotico possidenda.

Promittunt nihilominus dictis emtoribus et ecclesiae ipsorum de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam. Pro qua gwarandia facienda et evictione cavenda dant et constituunt ipsis in fidejussores insolidum strennuos viros Eberhardum dictum Fuhs de Dornheim, Johannem dictum Fuhs vom Swanemberge, Heinricum de Gebesedel, milites, et Bertholdum dictum Hofeman civem herbipolensem. Qui fidejussores moniti, si antedictos emtores vel eorum ecclesiam aliquod damnum seu impedimentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit, in obstagium se recipere tenebuntur apud publicum hospitem in civitate herbipolensi, quilibet per se vel per unum famulum aut equum unum, uno equo per expensas pabuli consumto successive alterum assignando, expensas more fidejussorio in damnum ipsorum vel heredum eorum facturi et deinde non exituri tamdiu sine vara donec damnum seu impedimentum hujusmodi amotum fuerit penitus et sublatum.

Licitum tamen est ipsis et heredibus eorum ex speciali gratia a dictis emtoribus facta, dicta bona et redditus reemere pro antedicto pretio centum et viginti librarum hallensium dativorum a festo kathedrae beati Petri apostoli proxime transacto ad decem annos continue et immediate subsequentes quocunque anno voluerint, ita tamen quod hujusmodi reemtio fiat in eodem festo vel ante, et quod nihilominus redditus praedicti prius sint assignati sine diminutione qualibet et soluti, adjecto quod quandocunque in solutione dictorum reddituum ipsi vel heredes modis et termino praedictis fuerint negligentes eo ipso privati erunt reemtionis hujusmodi potestate, sic quod dicta bona erunt et esse debebunt redditibus hujusmodi perpetuo onerata: et quandocunque postea sive infra eosdem decem annos sive post modis et termino praeexpressis ipsi vel heredes dictos redditus non persolverent, extunc jus emphyteoticum sive hereditarium in dictis bonis

ipso facto deperdent, sic quod dicta bona cum integritate qualibet ad ipsos emtores et eorum ecclesiam, contradictione qualibet non obstante, libere devolventur.

Testes hujus rei sunt: Rûdolfus de Rotenstein, Fridricus de Schrotsperg, canonici, Rudegerus de Wertheim vicarius ecclesiae herbipolensis, Conradus dictus Trutman, Gerungus dictus Kanne, et fidejussores praenominati, necnon quam plures alii fide digni vocati ad hoc pro testibus et rogati.

Datum anno domini M°CCC°. vicesimo quinto, in crastino beati Georii martyris.

Officialis curiae herbipolensis sigillum necnon Ottonis et Conradi dictorum Fuhs sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CXXX.

1325, die 27. aprilis.

Wolframus episcopus ecclesiae mosebacensi ecclesias in Zûtelingen et Gruppenbach parochiales tradit.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis honorabilibus viris .. decano et capitulo ecclesie mosebacensis nostre dyocesis salutem in domino Jesu Christo.

Cum cultum diuini numinis et que ad cultus eiusdem decorem spectant plantare ac fouere ex officii nostri debito teneamur, nos — prouide considerantes quod in ecclesia vestra prebendarum vestrarum redditus sunt adeo tenues et exiles quod diuinorum obsequiis tam comode vt affectatis intendere non potestis — vobis humiliter subsidium postulantibus, vt eo liberius possitis vos in diuinis officiis

exercere, de consensu . . capituli nostri expresso et vnanimi in Zůtelingen et in Gruppenbach parrochiales ecclesias nostre dyocesis, quarum jus patronatus ad vos et ecclesiam vestram spectare dicitur, in subsidium prebendarum vestrarum predictarum concedimus donamus et tradimus per presentes, illas in vos et dictam vestram ecclesiam cum omnibus juribus et pertinenciis suis pleno proprietatis et possessionis jure sev titulo transferentes, ita quod fructus earundem ecclesiarum cum vacauerint in subsidium predictarum prebendarum conuertere valeatis, prouiso quod cura animarum in dictis ecclesiis minime negliatur, quodque in illis ecclesiis perpetui a vobis instituantur vicarij, nobis et archidiacono loci presentandi, quibus tantum de prouentibus dictarum ecclesiarum ad nostram taxacionem et estimacionem relinquatur quod hospitalitatem tenere, et de juribus episcopalibus et archidiaconalibus respondere, et alia possint incumbencia onera supportare.

Vt autem hec nostra donacio de consensv dicti capituli nostri facta omnibus patefiat, et robur obtineat firmitatis, nec vlla super eo questio vel dubietatis scrupulus oriatur, presentem paginam exinde conscribi, et sigillorum videlicet nostri et dicti capituli appensionibus fecimus conmuniri.

Nos quoque . . decanus et capitulum predicte ecclesie prefate donacioni expresse et ex certa sciencia consentimus, sigillum nostrum in huiusmodi consensus adhibiti testimonium presentibus appendentes.

Datum Herbipoli, anno domini M°. trecentesimo vicesimo quinto, sabbato ante dominicam jubilate.

Ambo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa magnam partem laesa sunt.

CXXXI.

1325, die 11. junii.

Wolframus episcopus Ludwicum de Hohenloch — eum suis et ecclesiae suae servitiis in antea firmiter astringere cupiens — in suum et ecclesiae herbipolensis castrensem hereditarium ad oppidum suum Jppfehoven recipit, eique et ejus heredibus viginti libras hallensium de precaria sua ibidem annis singulis in festo beati Martini dandas et solvendas pro castrensi feodo deputat tamdiu quousque per ipsum, successorem suum pro tempore, aut capitulum sede vacante ei aut ejus heredibus ducentae librae hallensium fuerint persolutae, quas extunc in viginti librarum hallensium certos reddítus infra unum miliare vel duo a dicto oppido sitos convertent, aut de bonis ipsorum propriis quae pacifice possident tantundem librarum redditus infra idem spatium sitos in ipsius aut successoris pro tempore manibus debebunt libere resignare, recipiendos ac tenendos deinceps a dicto domino Wolframo et herbipolensi ecclesia, ac jure castrensis feodi perpetuo possidendos.

Ludwicus itaque de Hohenloch pro se et heredibus suis fide data promittit inantea Wolframo episcopo et ecclesiae herbipolensi perpetuis temporibus assistere, ac hujusmodi castrense feodum more castrensis fideliter deservire.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, feria tertia ante diem beati Viti.

Sigillum Ludwici de Hohenloch fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem periit.

CXXXII.

1325. die 5. augusti.

Bischof Wolfram von Wirzburg und Abt Heinrich von Fuld schliessen in ihren Irrungen einen Frieden bis zum nächsten Martinstage, unter dem Vorbehalte der Hilfeleistung des Abtes Heinrich von Fuld an den Grafen Bertholt von Hennenberg und dessen Sohn Heinrich für den Fall eines Streites zwischen ihnen und dem Hochstifte Wirzburg.

Has litteras Brückner in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch" vol. V sub num CV pag. 61 edidit.

CXXXIII.

1325, die 10. septembris.

Goltsteinus decanus totumque capitulum ecclesiae herbipolensis discretum virum magistrum Mathaeum de Viterbio verum et legitimum suum in curia romana procuratorem ad impetrandum et contradicendum litteras tam simplices quam legendas gratiam vel justitiam continentes, necnon ad conveniendum in judices et in loca et eos recusandum, atque ad alium procuratorem substituendum et eundem revocandum quandocunque sibi videbitur expedire, et ad alia faciendum quae circa praemissa fuerint opportuna constituunt, volentes ut dictus procurator duarum marcarum argenti

sibi singulis annis solvendarum durante praesenti procuratorio sallario sit contentus, ratum et gratum habituri quicquid per dictum procuratorem vel ejus substitutum actum fuerit in praemissis vel quolibet praemissorum.

Datum anno domino M°·CCC°· vicesimo quinto, quarto idus septembris.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CXXXIV.

1325, die 21. octobris.

In ecclesiae herbipolensis capitulum monasterium s. Felicitatis in Swarzach omnia jura sibi in decimis villarum Enrsheim Dornheim et Altmanshusen competentia una cum jure patronatus ecclesiae parochialis in Enrsheim transfert.

Jn nomine domini amen.

Nos Johannes diuina permissione abbas totusque conuentus monasterii sancte Felicitatis in Swartzach ordinis sancti Benedicti herbipolensis dyocesis tenore presencium recognoscimus publice vniuersis, quod — licet nos tractatibus pluribus inter nos habitis qualiter decimas villarum in Enrsheim Dornheim et in Altmanshusen, ad nos et nostrum monasterium supradictum pertinentes, olimque a nobis possessas, nunc vero ad manus laycorum deuolutas, ad nos et nostrum monasterium reuocare possemus cogitauerimus conmuniter et diuisim, sepe et sepius requirendo super a nonnullis potentibus et peritis consilium et auxilium diligenter — nunquam tamen vias et modos hucusque inuenire potuimus

per quos possemus dictas decimas de laycorum a quibus detinentur iniuste manibus ad nos et nostrum monasterium reuocare.

Cupientes igitur quantum nobis est possibile grauibus periculis et scandalis tam illicite et inique decimarum predictarum detentacionis occurrere, et vt ipse decime ad jus et vtilitatem ecclesie sicut merito esse debet reuocentur intendere, deliberacione inter nos super hoc proinde habita diligenti, omnium nostrum et singulorum vnanimi ad hoc accedente consensu, reuerendi quoque patris et domini nostri domini Wolframi episcopi herbipolensis consensu et auctoritate legittime interuenientibus, omnia et singula iura que nobis et nostro monasterio in dictis decimis competunt sev ad ipsas possunt competere quouis modo vnâ cum jurepatronatus ecclesie parrochialis in Enrsheim ad nos et nostrum monasterium pertinente jn honorabiles viros et dominos . . prepositum . . decanum et capitulum ecclesie herbipolensis, multorum beneficiorum nobis per eosdem collatorum non inmemores, liberaliter et gratuite iusto donacionis titulo transferendas duximus et transferimus per presentes, jpsasque decimas ac juspatronatus dicte ecclesie in Enrsheim dictis dominis . . preposito . . decano et capitulo donacione perpetua donamus et cum pleno rerum dominio presentibus assignamus.

Nos quoque Wolframus dei gracia herbipolensis episcopus antedictus, attendentes non modicum fauorem juris existere bona ecclesiastica et precipue decimas jure diuino clericis deputatas a faucibus laycorum ne in sue salutis dispendium illicite teneantur eripere et ad vsum ecclesiasticum proinde reuocare, considerantes etiam quod dicte decime nec ad sepedictum monasterium nec ad parrochialem ecclesiam in Enrsheim in cuius limitibus ipse persoluuntur propter laycorum easdem occupancium seuiciam et potenciam reuocari nullomodo potuerunt, necque ipsam reuocacionem ad alterum predictorum locorum posse fieri inantea verisimiliter sperabamus, memoratam donacionem tam jurispatronatus quam decimarum predictarum ratam et gratam habentes, eam in domino con-

mendamus, eique nostrum consensum expressum [et] auctoritatem nostram presentibus impertimur.

Jn premissorum etiam testimonium et roboris firmitatem presentes literas exinde conscribi fecimus, et nostri necnon predictorum donatorum . . abbatis et conuentus sigillorum appensione muniri.

Actum et datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, XII°. kalendas nouembris.

Sigilla tria quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa plus minus laesa sunt.

CXXXV.

1325, die 24. octobris.

Abt Heinrich von Fulda und Graf Heinrich von Hennenberg der ältere verbinden sich auf Lebenszeit zur gegenseitigen Hilfeleistung wider das Hochstift Wirzburg.

Ambo documenta de hac re „an dem dunrestage vor sant Symon Judeij tage der aposteln“ et „an dem dunrestage vor sant Symon Juden tage der aposteln“ confecta Brückner in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. V sub num. CIX et CX pag. 62 et 63 edidit.

CXXXVI.

1325, die 17. decembris.

Gotfridi de Brunecke fratres ecclesiae wirziburgensis castrenses hereditarii ad castrum montis beatae Mariae virginis fiunt.

Nos Gotfridus et Gotfridus de Brunecke fratres tenore presencium profitemur publice vniuersis presentibus et futuris, quod reuerendus in Christo pater et dominus noster dominus Wolframus ecclesie herbipolensis episcopus, volens nos suis et ecclesie sue seruiciis firmiter astringere et ad huiusmodi in posterum exhibenda seruicia reddere prompciores, nos in suos et ecclesie sue castrenses hereditarios ad castrum montis beate virginis recepit, nobisque et heredibus nostris triginta libras hallensium nobis annis singulis in festo beati Martini episcopi de precaria sua in Frickenhusen aut aliis suis et ecclesie sue redditibus sev obuencionibus ibidem soluendas pro castrensi feodo deputauit tamdiu quoadusque nobis sev nostris heredibus ab eodem domino nostro, . . successore suo pro tempore, sev capitulo dicte ecclesie herbipolensis sede vacante trecente libre hallensium fuerint persolute. Quas etiam extunc in triginta librarum hallensium certos redditus infra vnum miliare vel duo a dicto castro suo sitos conuertere, aut de bonis nostris propriis que pacifice possidemus tantumdem redditus infra idem spacium sitos in dicti domini nostri episcopi suive successoris qui pro tempore fuerit manibus tenebimur resignare, recipiendos ac tenendos deinceps a dicto domino nostro et ecclesia sua, jureque castrensis feodi perpetuo possidendos.

Nos vero dicto domino nostro et ecclesie sue perpetuo adherere ac huiusmodi castrense feodum more castrensis fideliter de-

seruire fidedata promisimus nomine iuramenti, renunciantes nichilominus in hiis scriptis cuilibet actioni que nobis contra prefatum dominum nostrum episcopum et ecclesiam suam competebat sev competere poterat occasione dampnorum nobis et hominibus nostris in villa Jtoltsheim per familiam suam in expedicione regia illatorum, dantes quoque memorato domino nostro has litteras nostras, sigillo nostro signatas, in euidens testimonium et certitudinem omnium premissorum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo XXV^to^, XVI^to^ kalendas januarij.

Ambo dominorum de HOHENLOCH sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CXXXVII.

1325, die 18. decembris.

Wolframus episcopus se quinquaginta maldrorum siliginis redditus annuos super curia sua in Harroez et ejus pertinentiis quaesitis et non quaesitis Johanni de Heÿtingesfelt armigero et Elyzabeth conjugi de consensu deçani et capituli ecclesiae herbipolensis pro pretio ducentarum librarum hallensium venditos infra duorum annorum spatium in festo beati Petri ad kathedram proxime venturo currere incipientium pro eadem summa pecuniae reemturum promittit. Alioquin honorabiles viri Bertholdus de Grumbach archidiaconus, Rudolfus de Rotenstein, Wolframus Pincerna senior, et Otto dictus Wolueskele archidiaconus, canonici dictae ecclesiae, quos dicto capitulo dat et constituit fidejussores suos in solidum, per decanum aut (si absens esset) per seniorem de capitulo moniti subintrabunt obstagium, et in

episcopatus damnum expensas fidejussorio more facient, inde non exituri donec memoratos redditus apud praefatos emtores eorumve heredes aut successores in illis duxerit reemendos.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXV°, XV° kalendas januarii.

Wolframi episcopi necnon quatuor fidejussorum sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa magnam partem integra sunt.

CXXXVIII.

1326, die 20. januarii.

Fridericus burcgravius de Nueremberg Wolframo ecclesiae herbipolensis episcopo ejusve successori pro tempore aut capitulo ecclesiae herbipolensis seu procuratoribus ecclesiae a capitulo deputatis inducias ad reemendum bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum eorum pertinentiis universis ab ipso seu heredibus suis aut successoribus in illis usque ad festum kathedrae beati Petri proximum et deinde ad tres annos immediate subsequentes prorogat et concedit.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, in die beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum.

Sigillum Friderici burcgravii fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Documenta quorum supra sub num. CIX et CX pag. 226 et 227 mentionem fecimus, die 15 necnon 26 mensis octobris anni 1323 exhibita, huc conferre poteris.

CXXXIX.

1326, die 26. februarii.

Ditz sint die reht des waldes der geheizzen ist der Saltzfôrst die da zu hat myn herre von Wirtzbûrg vnd sin forstmeyster von sinen wegen.

Ez sal kuntlichen sin allen den dȳ nv̂ sint oder her noch kunftig werden, das noch gotes geburte drutzehen hundert iar dar nach in dem sehs vnd zwenzigsten iare an dem nehsten tage nach sancte Walpurg tage eyn forstding besezzen wart von dem forstmeyster vnd allen forstmeystern zů der Nûwenstat in gegenwertikeyt hern Iohansen Fuhs von Swanberg, der zu der zit do eyn voyt was. Vnd wûrden von in vf den eyt geteilt dise reht als her nach ist geschriben.

Zv dem ersten so wart geteilt uf den eyt, daz min herre von Wirtzburg vnd sin vorstmeyster von sinen wegen hab gantzen gewalt vnd vollez reht zu dem vorgenanten walde zu allem wilde vnd wegen.

Jtem ez ist auch geteilt vf den eyt, daz ein grefe von Hennenberg reht habe drystunt zů iagen: vnd daz ist eyns in der veiste, daz ander in der rôte, daz dritte in der brûnft. Vnd mag haben in dem walde eynen butener vnd eynen wegener.

Ez ist auch geurteilt vf den eyt, daz der vogt des selben waldes sol haben eynen kneht. Vnd der sol niht pfenden vmb vermȳtet holtz.

Ez ist auch geurteilt vf den eyt, daz in dem vorgenanten walde nyeman birsen sal, er habe denne eyn wis pfert vnd eynen wizzen

solute non habite sev in vsus dicte nostre ecclesie non conuerse, ac cuiuslibet alterius tam canonici quam ciuilis juris auxilio per quod dicte vendicionis nostre contractus annullari posset in posterum aut aliqualiter impugnari.

Licitum tamen erit nobis aut successoribus nostris, dictam medietatem theloneorum huiusmodi cum vniuersis suis pertinencijs apud . . decanum et capitulum prefatos pro preexpressa pecunie summa reemere quandocumque et annorum quocumque reemendi eandem obtulerit se facultas.

Jn quorum premissorum testimonium presens scriptum conscribi fecimus, ac nostri et capituli nostri sigillorum appensionibus iussimus conmuniri.

Nos quoque Goltsteinus decanus et capitulum ecclesie herbipolensis predicte in signum consensus nostri vendicioni premisse adhibiti sigillum nostrum appendi fecimus huic scripto.

Datum Herbipoli, anno dominj M°·CCC°· vicesimo sexto, V°· nonas marcij, pontificatus nostri anno secundo.

Sigilla duo modo dicta fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa plus minus laesa sunt.

CXLI.

1326, die 17. martii.

Wolframus episcopus sedecim canonicorum receptionem ab ecclesia sancti Johannis in Hauge factam confirmat.

Wolframus dej gracia episcopus herbipolensis honorabilibus viris Heinrico decano et capitulo ecclesie sancti Jo-

hannis in Hauge extra muros herbipolenses salutem in domino sempiternam.

Quanto pre ceteris vos et ecclesiam vestram ampliorj fauore prosequimur, tanto fauorabilius delectamur vestro semper intendere profectui et honorj.

Cum igitur super pluribus vestris et ecclesie vestre jamdicte defectibus reformandis diuersis inter vos communiter habitis tractatibus locis et horis congruis, et vocatis ad jd qui fuerant euocandj, inter alios vestros et eiusdem ecclesie vestre defectus quos inuenistis reformacione non modica fore dignos ministrorum consideraueritis defectum reformacione precipua indigere, defectum huiusmodj aliquot personis ydoneis quas sub hoc numero et ordine — primo videlicet ad peticionem nostram Heinricum de Dietenkeim dyaconum, secundo ad preces Hermanni custodis Ernestum, tercio ad rogatum Gernodj cantoris Eberhardum, quarto ad jnstanciam Herbordj dicti Hake Eckehardum, quinto ad promocionem Syfridj dicti de Harnheim Cunradum, sexto ad rogatum Johannis de Ôzuelt Wolframum, septimo ad peticionem Heinrici de Morlbach Eberhardum, octauo ad jnstanciam Friderici de Cregelingen Waltherum sacerdotem, nono ad preces Theoderici de Lydelo Merbotonem sacerdotem, decimo ad rogatum Heinrici Zobelonis Andream, vndecimo ad preces Johannis de Ostheim Albertum dyaconum, duodecimo ad peticionem Theoderici scolastici Johannem subdyaconum, tercio decimo ad jnstanciam Friderici de Steteberg Cunradum, quartodecimo ad preces magistri Nycolaj Dietmarum, quintodecimo ad peticionem Cunradi de Bopfingen Diemarum, vltimo ad preces iterato nostras Kraftonem de Spekuelt — in vestros et ecclesia vestre predicte recepistis concanonicos et confratres, expectaturas vacaturas prebendas de nostro consensu supplentes, nobis humiliter supplicastis ut — personarum recepcionem huiusmodj ratam habentes et gratam — ipsam approbare fauorabiliter dignaremur.

Nos itaque, prouide attendentes quod propter repulsas plurium inportunarum precum vobis multociens pro minus dignis seu ydoneis porrectarum personis plurimorum tam prelatorum quam nobilium vobis fauorabilium possetis frequenter incurrere inextigwibilis odij fomitem et rancoris, cuius pretextu vos et ipsam vestram ecclesiam fortassis enormem contingeret sustinere iacturam, ac vestris supplicacionibus annuentes, vt dictus suppleatur defectus per predictarum recepcionem personarum, que sic recepte possint in moribus diuinis officijs ac consuetudinibus ecclesie plenius instrui ac antiquis intente canonicis obsequi, et ut cultus diuinus (quem nostris affectamus augeri temporibus) per huiusmodj personarum numerum amplietur, quodque vobis fauorabilium predictorum euitare possitis odium et rancorem, dictarum recepcionem personarum multipliciter conmendamus, eam ratam habentes et gratam, ac beniuole approbantes, et in nomine domini auctoritate ordinaria confirmantes presencium testimonio literarum, nostri sigilli robore munitarum.

Datum anno domini M°·CCC°·XXVI°·, feria secunda post dominicam palmarum.

Wolframi episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem laesum est.

CXLII.

1326, die 11 aprilis.

Ecclesia herbipolensis Heinrico de Sauwensheim militi damna in ipsius servitio passo villam Ulsenheim et redditus quosdam pignori obligat.

Ego Heinricus de Sauwensheim miles dictus de Kottenheim tenore presencium profiteor publice vniuersis presentibus

et futuris, quod villam Vlsenheim sedecim librarum hallensium redditus annuatim soluentem, et quatuor librarum hallensium redditus de quibusdam bonis desolatis Wustfilde dictis ad mensam reuerendi patris et domini domini Wolframi episcopi herbipolensis spectantes, quos idem dominus Wolframus cum suis iuribus et pertinenciis vniuersis quesitis et inquirendis de honorabilium virorum . . decani et capituli ecclesie sue herbipolensis beneplacito et consensu expresso michi pro ducentis libris hallensium (in quibus racione dampnorum tempore felicis recordacionis quondam domini Gotfridi predecessoris nostri in conflictu prope Kungesberg habito in dextrario et equis perditis et aliâs in ecclesie herbipolensis seruicio receptorum michi adhuc teneri dinoscitur) nomine pignoris suis literis et dicti capituli literis obligauit, ego et heredes mei tenere deinceps et habere ac percipere debemus tamdiu quousque villa et redditus prefati cum suis pertinenciis per dictum dominum Wolframum episcopum herbipolensem, successorem suum pro tempore, aut capitulum sede vacante, seu procuratores ecclesie a capitulo deputatos apud me meosvê heredes pro prescripta summa pecunie liberati fuerint seu redempti.

Quos quidem villam et redditus cum suis pertinenciis vniuersis redimere poterunt quandocumque et quocumque annorum prefato domino Wolframo et ecclesie sue predicte obtulerit se facultas. Ad redempcionem quoque ville et reddituum predictorum per ipsum, successorem suum pro tempore, capitulum seu procuratores ecclesie admittendam et ad restitucionem illorum, huiusmodi redempcione facta, ego miles prefatus me meosque heredes seu successores in illis ipsis firmiter obligo presentibus pariter et astringo.

Ceterum nec ego nec mei heredes nec successores in illis predicte ville Vlsenheim homines per precarias sturas herbergas per vinum banni seu alias vexaciones quascumque grauare debebimus, ita tamen quod nec dicto domino Wolframo successoribus suis neque capitulo nec procuratoribus ecclesie sturam aliquam seu precariam recipere liceat antequam villa predicta cum suis pertinen-

ciis et juribus a me meisvê heredibus seu successoribus in illis liberata fuerit et redempta.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium presenti scripto exinde confecto sigillum meum ex mea certa sciencia est appensum.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVI°·, III°· jdus aprilis.

HEINRICI . DE . SAVWENSHEIN sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CXLIII.

1326, die 27. maji.

Ecclesia herbipolensis Cunrado Veter de Lure castrum Lure — pacto reemtionis adjecto — vendit.

Nos Cunradus dictus Veter de Lure et Agnes coniuges tenore presencium profitemur publice vniuersis presentibus et futuris, quod — quia reuerendus in Christo pater et dominus noster dominus Wolframus episcopus ecclesie herbipolensis, accedente ad id capituli sui consensu, castrum Lure, quod ad ipsum et ecclesiam suam titulo proprietatis spectarat, cum vniuersis pertinenciis et juribus suis nobis et heredibus nostris rite et racionabiliter vendidit pro mille et quinquaginta librarum hallensium precio, hoc tamen adiecto quod idem dominus noster, successor suus pro tempore, capitulum ecclesie herbipolensis sede episcopali vacante, seu procuratores ecclesie a capitulo deputati idem castrum cum suis pertinenciis et juribus vniuersis quandocumque et annorum quocumque ipsis facultas affuerit reemere poterint pro quantitate pecunie preexpressa, saluis tamen expensis siquas nos aut heredes nostri in construendis in dicto castro edificiis de dicti domini nostri aut

successorum suorum voluntate et certa sciencia facere nos contigerit, quas tempore reempcionis dicti castri tenebuntur nobis refundere et resarcire, prout hec omnia in jnstrumento exinde confecto continentur — promisimus fidedata, corporali nichilominus super eo prestito iuramento, quod nos et heredes nostri memoratum dominum nostrum, successores suos, capitulum ecclesie sede vacante, seu procuratores ecclesie a capitulo deputatos cum castro predicto quamdiu illud reemptum non fuerit contra omnem hominem respiciemus, jllud ipsis patefaciendo ad instar aliarum municionum ecclesie herbipolensis predicte quandocumque et quocienscumque fuerimus requisiti.

Dictum quoque castrum cum vniuersis juribus et pertinenciis suis, reempcione de qua premittitur et refusione edificiorum in dicto castro constructorum factis, eisdem restituere promittimus sub prestito juramento.

Ceterum heredes nostri memorati, dum ad debitam etatem peruenerint, se ad patefaciendum dictum castrum Lure prefato domino nostro, successori suo, capitulo sede vacante, procuratoribus ecclesie a capitulo deputatis sub modis quibus premittitur, et ad restitucionem eiusdem et pertinenciarum suarum quarumlibet, reempcione de qua premittitur facta, sub juramento suo super eo prestando tenebuntur firmiter obligare.

Jn quorum premissorum testimonium sigillum mei Cunradi presentibus est appensum. Sub quo ego Agnes coniunx sua prefata (cum proprio sigillo caream) ad omnium et singulorum premissorum obseruanciam me firmiter obligo et astringo.

Datum anno domini M°·CCC°·XXVI°, VI°. kalendas junij.

CVNRADI . DE . LVRE sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum integrum est.

CXLIV.

1326, die 31 maji.

Cunradus Veter de Lure necnon Agnes uxor pro anniversariis suis peragendis centum libras hallensium capitulo ecclesiae herbipolensis legant.

Ego Cunradus dictus Veter de Lure tenore presencium recognosco publice vniuersis presentibus et futuris, quod pro mee et Agnetis coniugis mee animarum salute ac remedio honorabilibus dominis . . decano et capitulo ecclesie herbipolensis centum libras hallensium coadunata manu eiusdem coniugis mee legaui, jllas ipsis super castro Lure et vniuersis pertinenciis suis, michi et heredibus meis per reuerendum in Christo patrem et dominum dominum Wolframum episcopum herbipolensem de capituli sui beneplacito et consensu pro mille et quinquaginta libris hallensium rite et racionabiliter vendito, prout in literis exinde confectis plenius continetur, presentibus deputando, jta sane quod si idem castrum Lure cum suis pertinenciis temporibus vite mei Cunradi predicti per dictum dominum Wolframum successorem suum aut capitulum ecclesie herbipolensis sede vacante aut procuratores ecclesie a capitulo deputatos reemi contingat extunc memorati . . decanus et capitulum de precio reempcionis castri predicti centum libras de quibus premittitur recipient, et cum eisdem comparabunt decem librarum hallensium certos redditus, singulis annis inter se diuidendos pro meo et dicte coniugis mee dum de medio sublati fuerimus anniuersariis peragendis.

Si vero me ante reempcionem dicti castri decedere contingeret, extunc heredes mei prenotatis dominis . . decano et capitulo decem

libras hallensium de memorato castro et suis pertinenciis vniuersis annis singulis ad peragendum anniuersarium meum persoluere tenebuntur tamdiu quousque ipsis per heredes meos centum libre hallensium persolute fuerint, aut dictum castrum Lur cum suis pertinenciis reematur. De cuius quidem reempcionis precio dicti heredes mei decano et capitulo prenotatis centum libras hallensium persoluere tenebuntur, in decem librarum hallensium certos redditus pro meo et dicte coniugis mee anniuersariis deinceps annis singulis peragendis prout premittitur conuertendas.

Jn quorum premissorum testimonium sigillum mei Cunradi predicti presentibus est appensum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, pridie kalendas junij.

CVNRADI . DE . LVRE sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum integrum est.

CXLV.

1326, die 11. junii.

Ecclesia herbipolensis villam Schônauwe coenobio in Wechterswinkel — pacto eam reemendi adjecto — vendit.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum ecclesia nostra grauibus ac intollerabilibus debitorum oneribus, quibus tam per occupaciones pignorum quam etiam per recepciones fideiussorias et vsurarum voragines dampna

irrecuperabilia accreuerunt, variis foret ex causis multipliciter irretita — nos, ne dicta ecclesia nostra occasione debitorum huiusmodi ad irrecuperabilem desolacionem dampnabiliter laberetur, huiusmodi dispendioso periculo in tempore occurrere decernentes remedio oportuno, diligenti et matura super hoc deliberacione prehabita, de honorabilium virorum . . decani et capituli ecclesie nostre consensu villam nostram et ecclesie nostre Schönauwe cum hominibus curiis domibus agris pratis ortis aquis aquarumque decursibus siluis rubis pascuis piscacionibus redditibus obuencionibus prouentibus judicio ville jurisdictione aliisque juribus et pertinenciis suis vniuersis quesitis et inquirendis cultis et incultis quibuscumque nominibus censeantur, duabus peciis pratorum videlicet decem et octo agrorum dumtaxat exceptis, qui agri pratorum apud nos nostramque ecclesiam remanebunt, vendidimus dedimus tradidimus et in hiis scriptis rite et racionabiliter vendimus et tradimus honesto ac circumspecto viro . . preposito . . abbatisse et conuentui sanctimonialium in Wechterswinkel ementibus et recipientibus pro se et successoribus suis ac iusto vendicionis titulo damus et tradimus pro precio quadringentarum et triginta librarum hallensium, quod precium profitemur nos habuisse recepisse ac in nostros et ecclesie nostre vsus necessarios et summe vtiles (videlicet in solucionem debitorum nostrorum et nostre ecclesie) conuertisse, renunciantes excepcioni non numerate non solute non habite pecunie, omnique tam canonici quam ciuilis juris auxilio per quod dicta nostra vendicio impediri posset imposterum aut aliqualiter impugnari. A nobis quoque et ecclesia nostra predicta omne jus quod in dicta villa suisque pertinenciis prenotatis nobis et ipsi ecclesie nostre competit seu competere poterit ore manu et calamo prout moris est expressius abdicamus, jllud in prefatos emptores et successores suos cum pleno rerum dominio transferentes.

Vt autem eisdem emptoribus in contractu huiusmodi plenius caueatur, promittimus eis et eorum successoribus de villa Schönauwe suisque pertinenciis memoratis plenam facere warandiam werschaft wlgariter dictam que de bonis proprietariis secundum

jus et consuetudinem terre Frankonie fieri consueuit, et de euictione eorundem cauere prout jus exigit et requirit, predictos emptores suosque successores in dicte ville obuencionum reddituum prouentuum seu jurium omnium possessionem pacificam presentibus inducentes.

Ex affectu tamen speciali quo ijdem emptores nos nostramque ecclesiam prosequuntur et ex mera liberalitate dicte vendicionis consumato contractu ijdem pro se et successoribus suis nobis, successori nostro pro tempore, seu capitulo ecclesie nostre sede vacante, aut procuratoribus ecclesie a capitulo deputatis concesserunt amice, quod dictam villam cum vniuersis juribus et pertinenciis suis predictis licitum est nobis quandocumque et annorum quocumque nobis et ecclesie nostre facultas affuerit reemere pro quadringentis et triginta libris hallensium preexpressis.

Premissa autem omnia et singula in presenti vendicionis contractu contenta promittimus fideliter attendere et seruare, et contra ea seu aliquid eorundem nullo vmquam tempore venire in judicio siue extra aliquo ingenio studio vel cautela, seu contrauenienti aut contrauenire volenti aliqualenus consentire, dolo capcione et fraude quibuslibet circumscriptis, successorem nostrum pro tempore ad omnium et singulorum premissorum obseruanciam de dicti capituli nostri consensu in hiis scriptis firmiter obligantes.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium euidens ac roboris firmitatem presens instrumentum conscribi fecimus, ac nostri et dicti capituli nostri sigillorum appensionibus iussimus communiri. Nosque Goltsteinus decanus et capitulum ecclesie herbipolensis predicte omnia et singula in premisso contractu contenta de nostro beneplacito et consensu recognoscimus esse facta, sigillum nostrum in eorundem euidenciam hiis litteris appendentes.

Datum Herbipoli, anno domini M°CCC°XXVI°, III°. jdus junij.

Duorum sigillorum fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum illud Wolframi episcopi magnam partem decidit, illud capituli majoris ecclesiae herbipolensis prorsus periit.

CXLVI.

1326, die 27. octobris.

Wolframus episcopus Ernesto de Sebeche praeposito ecclesiae novi monasterii herbipolensis necon Heinrico dicto de Katzenstein ejusdem ecclesiae canonico et majoris ecclesiae plebano ut de separatione hospitalis novi extra muros oppidi Rotemburg siti ab ecclesia in Gebsedel matrice facienda cognoscant mandat.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVI°, VI°· kalendas novembris.

Haec commissio litteris a judicibus quorum mentio facta est die 17 mensis januarii anni 1327 exhibitis, quas infra sub num. CXLVIII pag. 292—297 edemus, inserta est.

CXLVII.

1326, die 22. decembris.

Cunradus dictus Fûchs de Suntheim armiger et Elyzabeth coniuges — cum fructus utilitates et proventus medietatis decimae majoris et minutae in villa Ruschoven et marchia ejusdem cum suis pertinentiis universis cultis et incultis quaesitis et inquirendis apud dominum Wolframum herbipolensem episcopum pro pretio ducentarum librarum hallensium rite et rationabiliter

comparaverint, hac conditione adjecta quod eidem domino, successori pro tempore, capitulo sede vacante, aut procuratoribus ecclesiae a capitulo deputatis licitum erit fructus utilitates et proventus medietatis decimae praedictae cum suis pertinentiis universis in festo kathedrae beati Petri ante vel post infra quindenam reemere pro quantitate pecuniae jam praedicta, quandocumque annorum ad id obtulerit se facultas — fructus utilitates et proventus medietatis dictae decimae cum suis pertinentiis universis cultis et incultis quaesitis et inquirendis praefato domino Wolframo, ejus successori, capitulo sede vacante, aut procuratoribus ecclesiae a capitulo deputatis quocumque annorum in praedicto festo beati Petri ante vel post infra quindenam illos reemere voluerint ad reemendum se daturos promittunt, contradictione qualibet procul mota, ipsa quoque reemtione facta nullum prorsus sibi aut heredibus suis seu successoribus in fructibus utilitatibus et proventibus medietatis decimae praefatae occasione infeodationis de eadem sibi facta se aliqualiter usurpaturos, sed fore ut fructus utilitates et proventus ejusdem decimae cum suis pertinentiis universis (reemtione de qua praemittitur facta) pleno jure et rerum dominio ad saepedictum dominum, successorem ejus, et ecclesiam herbipolensem libere revertantur.

Elyzabeth conjux ipsius Cunradi ad omnium et singulorum praemissorum observantiam sub sigillo dicti mariti se obligat firmiter et astringit.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto, in crastino beati Thomae apostoli.

Sigillum CUNRADI . FVHS . DE . SVnTHEIM fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CXLVIII.

1327, die 17. januarii.

Hospitale novum extra muros rotemburgenses situm ab ecclesia in Gebsedel matrice separatur.

Nos Ernestus de Sebeche prepositus ecclesie noui monasterij herbipolensis et Heinricus dictus de Katzenstein eiusdem ecclesie canonicus et maioris ecclesie plebanus, judices cognitores sev executores infrascripti negocij a reuerendo in Christo patre ac domino Wolframo episcopo herbipolensi constituti, harum serie literarum recognoscimus vniuersis et singulis presentibus et futuris, quod ipsius domini episcopi literas non abolitas non cancellatas nec in aliqua sui parte viciatas suo vero sigillo signatas recepimus in hec verba.

> Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis honorabilibus viris Ernesto de Sebeche preposito ecclesie noui monasterij herbipolensis et Heinrico de Katzenstein eiusdem ecclesie canonico salutem et sinceram in domino caritatem.
>
> Ex parte hospitalis noui extra muros in Rotemburg nobis est humiliter supplicatum, quod — cum jdem hospitale a sua matrice ecclesia in Gebsedel, cuius juspatronatus ad religiosum virum . . abbatem monasterij in Kamberg spectare dicitur, longe distet, sic videlicet quod pauperes et jnfirmi in eo degentes propter longam viarum distanciam et difficultatem non possint habere commode diuinorum officia, et non numquam negligantur in confessioni-

bus et aliis ecclesiasticis sacramentis — eidem habere liceat proprium sacerdotem.

Dictorum itaque pauperum et jnfirmorum in ipso hospitali nunc et in futuro degencium necessitatibus succurrere quantum cum deo et iusticia possumus cupientes, vobis ambobus simul et cuilibet vestrum insolidum committimus et mandamus, quatenus — vocatis qui fuerint euocandi — dictam causam audiatis, et super premissis defectibus (si est ita) sine alieni juris preiudicio auctoritate nostra prouideatis eisdem, facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, cogatis censura simili perhibere testimonium veritati.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVI°, VI°· kalendas nouembris.

Volentes itaque mandatum ipsius domini episcopi exequi ea qua tenebamur reuerencia, domino plebano in Halle mandauimus, vt citaret peremptorie predictum dominum abbatem, cuius approbacio ad hoc requireretur, et . . plebanum in Gobsedel, et omnes alios quorum interesset vel qui sua crederent et dicerent interesse, vt feria secunda ante diem beate Katherine virginis preteritam, ad quam eciam eos citauimus, comparerent coram nobis, et contra dictam peticionem si vellent aliquid racionabile proponerent, vel approbarent eandem: alioquin super ipsa prout iustum foret procederemus, sua absencia non obstante.

Quo termino veniente, ex parte magistri dicti hospitalis libellus fuit prenominatis oblatus in hec verba:

Coram vobis honorabilibus viris dominis Ernesto preposito necnon Heinrico de Katzenstein canonico ecclesie noui monasterij herbipolensis, judicibus cognitoribus executoribus per venerabilem patrem et dominum Wolframum herbipolensem episcopum ad infrascripta simul et insolidum specialiter deputatis, proponit

et dicit in iure frater Fridricus rector sev gubernator hospitalis pauperum infirmorum christifidelium extra muros opidi Rotemburg suo et dicti hospitalis et infirmorum nomine, quod — cum dictum hospitale intra limites ville dicte Gebsedel in tanta distancia ab ipsa villa (vbi per medium ipsius distancie fluuius dictus Tuber decurrit) situm existat, quod propter ipsius fluuij ac eciam pluuie et niuis inundanciam et validas aeris tempestates que sepius in anno occurrunt sacerdos parrochialis in Gebsedel et specialiter nocturnis temporibus ingruente necessitate ad expediendum dictos infirmos verbo dei et ecclesiasticis sacramentis huc usque commode accedere non potuerit neque possit, ex qua negliencia sev impotencia diuinorum cultus ibidem negligitur, et plures christifideles languidi hactenus decesserunt inexpediti in dicto hospitali ecclesiasticis sacramentis — quare (cum rector et infirmi iamdicti sine graui lesione dicte parrochie ad precauendum deinceps futuris periculis ex predictis causis prouenire valentibus verisimiliter suis sumptibus in dicto hospitali pro necessitate dictorum infirmorum tenere habere decreuerint et intenderint perpetuo proprium sacerdotem) petit dictus Fridricus nomine quo supra, quatenus hoc eos facere posse licite et de iure diffinitiue et sentencialiter decernatis ac eciam declaretis, dantes eis nichilominus auctoritate vobis in hac parte concessa dictum sacerdotem in prelibatum ministerium exnunc et deinceps in perpetuum assumendum et cymiterium pro tumulandis ipsis languidis et baptisterium pro eorundem infirmorum infantibus baptizandis faciendum habendum plenariam potestatem, indebita contradictione domini Cůnradi abbatis in Kamberg patroni necnon . . plebani dicte ecclesie in Gebsedel et cuiusuis alterius non obstante, eisdem scilicet abbati et plebano super eisdem suis opposicionibus friuolis perpetuum silencium imponentes, et quod in dicta causa sev negocio prout potestis sev a iure vobis competit simpliciter et de plano sine ordine iudicij procedatis.

Hec dicit et petit cum expensis factis in lite. De faciendis protestatur. Addendi minuendi et quouis alio iuris beneficio sibi saluo, astringit se ad probandum ea tantum de premissis que sibi ad suum intentum fundandum sufficere videbuntur.

Hec peticio proposita est coram domino Heinrico de Katzenstein tantum, anno domini M°·CCC°·XXVI°·, feria secunda ante diem beate Katherine.

Cui respondebitur feria secunda post diem beati Nycholai, vel eodem termino omnes dilatorie proponentur.

Termino vero responsionis ipsius libelli veniente, pars dominorum abbatis et plebani predictorum, nullo alio comparente, asseruit quod peticio in ipso libello esset racionabilis, nisi quod matrici ecclesie graue dampnum ex hoc posset inferri.

Nos igitur predictus Heinricus dictus de Katzenstein, in judicio tunc solus presidentes, dictis partibus feriam terciam proximam post epiphaniam domini nunc elapsam pro termino prefiximus ad inquirendum super premisso dampno, vtrum posset esse modicum vel enorme in admissione premisse peticionis, et alias prout iustum fuerit procedendum.

Jpsum autem terminum vsque in sequentem quartam feriam de consensu parcium duximus prorogandum.

Jn quo cum coram nobis ambobus partes essent constitute, cappellanus dicti hospitalis fuit requisitus super suam conscienciam, quantum annuatim de ipso hospitali tum de oblacionibus tum de funeralibus et aliis obuencionibus lucri sev vtilitatis haberet. Qui super eandem suam conscienciam respondit, quod (exceptis victu et vestitu) vno anno, altero adiuuante, non haberet plus quam singulis annis tres libras hallensium. Cui responsioni tam magister predicti hospitalis quam plebanus in Gebsedel predicti vnanimiter consenserunt, assercioni sue simplici et consciencie stare volentes. Requisitus autem procurator predicti domini abbatis, si responsioni predicte stare vellet, respondit quod nesciret quid deberet facere

super eo. Et sic ambe partes, videlicet magister hospitalis et plebanus iam dicti, expedicionem dicti negocij nostre discrecionis arbitrio voluntarie commiserunt.

Nos equitatis semita incedentes, consideratis diligenter ipsius negocij circumstanciis vniuersis, auctoritate dicti domini nostri episcopi nobis commissa peticionem supradicti hospitalis admisimus et admittimus per presentes, omnia et singula in ipso libello contenta — cum sint racionabilia et iuri consona — hospitali de quo iamdicitur concedentes, contradictione supradictorum abbatis et plebani sev quorumcumque aliorum aliqualiter in posterum non obstante, presertim cum ex hoc plebanus matricis ecclesie prenominate multa releuamina habeat.

Quo ad expensas pariter et labores, et quia quod per pietatem conceditur non debet in aliorum iniuriam redundare, statuimus et ordinamus, vt magister predicti hospitalis pro tempore isti plebano qui nunc est et suo cuicumque pro tempore successori in recompensam dampni, siquod ex premissis (quod non credimus) incurreret, tres libras hallensium in festo beate Walpurgis singulis annis soluet.

Et sic dictum hospitale cum ecclesia altaribus et septis suis a dicta matrice ecclesia separamus et absoluimus in hiis scriptis, nisi quod capellanus sev cappellani ipsius hospitalis plebano dicte matricis ecclesie talem honorem exhibebunt quod in diebus rogacionum in processionibus sibi facient commitiuam, nisi causa legittima hos excuset, procuratore dicti domini abbatis asserente quod hanc ordinacionem nec approbaret nec inprobaret sed dominum suum vellet requirere super eo.

Jn quorum premissorum testimonium hoc ordinacionis scriptum nostris sigillis duximus consignandum.

Facta autem est hec ordinacio Herbipoli, anno domini M°.CCC°.XXVII°., XVI kalendas februarii; presentibus honestis viris: domino Sifrido plebano in Gebsedel, domino Hermanno cappellano hospitalis predicti, et fratre Fridrico magistro hospitalis; magistro Hermanno de Erfordia, et magistro Rûdegero de Abenberg, aduo-

catis curie herbipolensis; Walthero dicto Buheler, et aliis quam pluribus fidedignis.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CII.

1327, die 14. februarii.

Schiedspruch des Erzbischofs Mathias von Mainz in den Misshellungen zwischen dem Hochstifte Wirzburg und der Abtei Fulda.

Wir Mathias von gotes gnaden ein erzebischof zu Menze vnd erzekanzeler dez heyligen riches in Dutzlanden erkennen vffenliche vnd tun kunt allen den di dissen brief an seent lesent oder horen lesen, daz wir zwischent den erwerdigen herren hern Wolfram byschoffe zů Wirzeburg einenthalb vnd hern Heinriche abt zu Fůld andirthalb vmme alle criege misselunge sache vnd stůcke di zwischent in vnd iren stiften erloufen vnd gewesit sint biz vffe dissen hůtigen tag van wilchen sachen die weren eine rechte sůne gemachet vnd gesprochen hant vnd spreichen, als von ir

Wir Mathias von gotes gnaden erzebysschof zv Menze vnd erzecanceler des heilgen riches in tutschen landen erkennen offenliche vnd tun kunt allen den die disen brif ansehent lesent oder horen lesen, daz wir zwischen den erwirdigen herren herren Wolframe bysschof zv Wirzęburg einenthalb vnd hern Henriche apt zv Fulde anderthalb vmme alle kriege misselhellunge sache vnd stucke die zwischent in vnd iren styften erloufe vnde gewest sien biz vf disen hudigen tag von wilchen sachen die wern eine rechte svne gemachet vnd gesprochen han vnd sprechent, als von ir

beider wegen an vns gegangin ist, dez wir er offeme brieue han, als hie nach gescribet stet.

Mit dem ersten so sprechen wir, daz di vorgenanten herren ir ichlicher den andern sal laizen sitzen in allen den gůten da er biz vff dissen crieg inne gesetzin hat, vnd in dar an nicht erren.

Were aber daz ir keiner an zu sprechent het zu des andern lůten oder gůt, daz sol er mit rechte tůn, vnd andirs nicht.

Ez sol ouch keiner weder dem andern keinen schuren furdern oder enthalten in sinen vesten oder landen der vom anderen nicht recht nemen wil.

Verbaz me so hant wir sie also gesůnet, daz man dem vorgenanten apt zu Fůlde sine kyrchoue sine lute vnd andere sine gůt die ime abgedrungen sint in dissem criege wider laizen vnd wider gebin sol. Vnd wil er sin stiff oder sin nakumme di kirchoue weder buwen, daz můgen si tůn, vnd sol der vorgenante her Wolfram bischof zu Wirzeburg den selben apt sine nakummen vnd sinen stift dar an nicht hindern oder erren, oder kein man von siner wegen.

beider weine an vns gegangen ist, des wir ire offen briue han, als hie nach geschribn stet.

Mit dem ersten so sprechen wir, daz die forgnanten herren ir ieclich den andern sal lazzen siczen in allen den guten da er biz vf disen krieg inne gesezzen hat, vnd in dar an nicht irren.

Wer aber daz ir keiner an ze sprechen hette zv des andern luten oder gut, daz sal er mit rechte tvn, vnd anders nicht.

Ez sal ouch keiner wider dem andern keinen schuren furdern oder enthalden in sine vesten oder landen der vom andern nicht recht nemen wil.

Vorbaz me so hant wir sie also gesvnet, daz man dem forgnanten apte zv Fulde sine kirchoue sine lute vnd andere sine gut die ime abe gedrungen sint in disem kriege wider lazen vnd wider gebn sol. Vnd wil er sin stift oder sine nachkvmen die kircheue wider buwen, daz mugen sie tvn, vnd sal der forgnante her Wolfram bysschof zv Wirzeburg den selben apt sine nachkummen vnd sinen styft daran nicht hindern oder irren, oder kein man von siner wegen.

Weren ouch keine dez vorgenanten aptes lûte in dem selben criege dar zu gedrungen daz sie in der vorgeschriben bischoffes von Wirzebûrg stete burgere weren worden vnd misten werden, di sal man an alle iren schaden wider lasen varen. Vnd sollent sie dar an nicht gehindert werden von dem selben bischoffe, sinen ampluten, oder von sinen burgeren oder steten ane geuerde.

Wir sprechen ouch in derselben sûne, daz alle geuangen — si sin geuangen vor dissem criege oder dar nach — vnd alle gedinge vnd brantschatzunge sollent sin ledig vnd loys.

Wir sprechen ouch mer, swaz in dem friede den Johan von Riedern vnd Reynhart von Hartheim vnsere rittere von vnseren wegen machten genomen ist vf beyder siden, ez si an brantschatzunge gedinge oder an ander nome, daz sal man wider tûn zwischent hir vnd den suntag so man halb geuastet hat, als die zwene den friede beret han.

Aber so sprhechen wir, daz vmme alle vfloufe criege oder ander misselunge di enzwischen

Wern ouch keine des forgnanten apts lute in dem selben criege dar zv gedrungen daz sie in des forgeschriben bysschofs von Wirzeburg stette burgere wern wurden vnd mûsten werden, die sal man an allen iren schaden wider lazen varen. Vnd suln sie dar an nicht gehindert werden von dem selben bysschoffe, sinen amtluten, oder von sinen burgern oder stetten ane geuerde.

Wir sprechen ouch in der selben svne, daz alle geuangen — si sien geuangen for disem criege oder dar nach — vnd alle gedinge vnd brantschatzunge sullen sien ledig vnd los.

Wir sprechen ouch mer, swaz in dem fride den Johan von Riedern vnd Reinhart von Hartheim vnsere rittere von vnser wegen machten genûmen ist vf beidersieten, ez sie an brantschatzûnge gedinge oder an ander name, daz sal man wider tvn zwischen hir vnd dem svntage so man halb geuast hat, als die zwene den fride bered han.

Aber so sprechen wir, daz vm alle vflaufe criege oder ander missehellunge die enzwischen

in iren amptluten burgmannen odir mannen odir anderen iren vndertan vorbaz mer vfstein odir geschehin mûgin, so sol der bischof von Wirzeburg zwene erbere man kiesen, vnd der vorgenante apt von Fulde ouch zwen erbere man kiesen. Vnd sollen di vmme alle brûche di in me Saltzgowe vnd in dem ampt zu Lichtenberg geschehent tage leisten an der Sulza da man ouch me tage zwischen den herren geleistet hat. Swas aber brûche geschiet in dem nederlande, dez sal man tage leisten bi der brucken zu Westheim oder bi dem durfe zu Bonlant. Vnd sollent si richten nach minne oder nach rechte inwendig eines manedes frist dar nach daz si dar vmme angesprochen werden. Vnd sollen die viere dar ober zu den heiligen swern. Vnd sol man die vf iegliche siten sicherlichen dar vnd dannen geleiten. Were aber daz di viere nicht eintrechtig werden inwendig des manedes frist, so sollent si dar nach in des andern manedes frist vor wns oder vor den den wir darzu schicken kummen vmme den vflouf crieg oder missehellunge, vnd des ein ende geben nach

in iren amtluten burgmannen oder mannen oder andern iren vndertanen furbaz me vfstein oder geschehen mûgen, so sal der bysschof von Wirzeburg zwene erber man kiesen, vnd der forgnante apt von Fulde ouch zwene erber man kiesen. Vnd suln die vm alle bruche in me Salzgew vnd in dem ampte zv Lichtenberg geschehent tage leisten an der Sulza da man ouch me tage zwischen den herren geleistet hat. Swaz aber bruche geschihet in dem niderlande, des sal man tage leisten bie der brucken zv Westheim oder bie dem dorf zv̊ Bonlant. Vnd suln sie richten nach minne oder nach rechte innewendig eines mandes frist dar nach daz sie nach dar vmme angesprochen werden. Vnd suln die viere dar vber zv den heilgen sweren. Vnd sal man die vf iegliche sieten sicherliche dar vnd dannen geleiten. Wer aber daz die viere nicht eintrechtig werden inwendig des manedes frist, so suln sie dar nach in des andern manedes frist fur vns oder fur dem den wir dar zv schicken kvmmen vm den vflauft ·crieg oder missehellunge, vnd des ein ende gebn nach minne oder mit rechte. Wer aber

minne oder mit rechte. Were aber daz man danne nicht eintrechtig wrde, wor an danne der merteil bestůnde, daz sol macht haben. Vnd der den wir dar zu schickent an vnser stat, der sol daz selbe swern. Geschehe ouch daz ir zwene von einer siten quemen vf die tage di da zu besceiden wrden in eines manedes frist, vnd di anderen zwene vf die anderen siten nicht en quemen in des selben manedes frist, so můgin di zwene sprechen vnd wor vns kůmmen oder vor den den wir dazu bescheiden, vnd sollen daz kunlich vor vns bringen oder vor den den wir dar zu bescheiden an vnser stat, vnd des bruches crieges vnd missehellung ein vztrag gebin aber in eines manedes frist ane geuerde. Man sol ouch vf beiden siten nicht dar zu tůn, ez enwerde danne ein vztrag gegebin als hie vorscrhiben stet.

Furbaz me so sprechin wir in der selben sůn, daz di vorgenanten herren her Wolfram bischof zu Wirzeburg vnd her Heinrich apt zu Fůlde ir ichlicher sunderlich dirre sune als wir si gemachet vnd gesprochen daz man danne nicht eintrechtig werde, wor an danne der merteil bestunde, daz sol macht habn. Vnd der *) den wir dar zv schicken an vnser stat, der sal daz selbe sweren. Gesche ouch daz ir zwene von einer siten qwemen vffe die tage die da zv bescheiden werden in eines manedes frist, vnd die andern zwene vf die andern sieten nicht enqwemen in des selben manedes frist, so mugen die zwene sprechen vnd fur vns kumen oder fur den den wir da zv bescheiden, vnd sal daz kuntliche vor vns brengen oder fur dem den wir da zv bescheiden an vnser stad, vnd des bruches crieges vnd missehellung einen vztrag gebn aber in eines manedes frist ane geuerde. Man sal ouch vf beide sieten nicht dar zv tvn, ez enwerde danne ein vztrag gegebn als hie forgeschribn stet.

Furbaz me so sprechen wir in der selben svne, daz die vorgnanten herren her Wolfram bysschof zv Wirzeburg vnd Henrich apt zv Fulde ir ieclicher sunderlich dirre svne als wir sie gemachet vnd ge-

*) In carta ipsa scriptum est: *den*.

hant ein wider schrift von wort zu wort vnd als an disem gegenwertigen briefe stet, vnder iren hangenden jnsigel besigelt, vns geben sóllent zwischen hie vnd dem sunnentag zu mittervasten der aller nehste kumet.

Furbaz me so sprechin wir in disser selben sún. swelcher vnder den vorgenanten herren disse selben súne von stucke zu stucke als wir si gesprochen gemachet vnd gescriben han nicht en hielte, daz der di súne vnd di gelubde die er dar vber hat getan gebrochen hat.

Vnd zu einem vrkunde vnd gezucnisse aller dir vorgescrhiben ding so hant wir vnser jngesigel an dissen geginwortigen brief gehenkit, der gescriben vnd gegebin ist zu Asscaffinburg, an sente Valentins tage, do man zalte von gotes geburte druzeenhundert jar in deme sebendeme vnd zwenczigstem jare.

sprochen hant eine widerschrift von worte zv worte vnd als an disem geinwertigen brine stet, vnder iren hangenden jngesigeln besigelt, vns geben sullent.

Furbaz me so sprechen wir in disser selben svne, swilcher vnder den forgnanten herren disse selben svne von stucken zv stucke als wir sie gesprochen gemachet vnd geschribn han nicht enhilte, daz der die svne vnd die gelubede die er dar vber hat getan gebrochen hat.

Vnd zv eim orkunde vnd gezugnisse aller dirre forgeschribn dinge so han wir vnser jngesigel an disen geinwertigen brif gehenkit, der geschribn vnd gegebn ist zv Asschaffenburg, an sant Valentinis tage, dv man zalte von gotes geburte driezehen hundert jar in dem sibeden vnd zwenzigestem iare.

Sigillum Mathiae archiepiscopi moguntini ex altero harum litterarum exemplari fascia membranacea suspensum magnam partem laesum est.

Alterum hujus documenti exemplar ad fidem litterarum ab Henrico abbate fuldensi die 15 mensis februarii exhibitarum ejusque sigillo fascia membranacea inde suspenso munitarum edidimus, cujus „widerschrift“ tenor hic est:

Wir Henrich von gotes gnaden apt zv Fulde bekennen offenliche vnd tun kvnt allen den die dissen gegenwertigen brif sehen lesen oder

horen lesen, daz der erwirdige in got vater vnd herre her Mathias erzebysschof zv Menze den erwirdigen herren herren Wolfram bysschof zv Wirzeburg einenthalb vnd vns anderthalb vmme alle kriege missehellunge sache vnd stucke die zwischen ime vnd sime styfte vnd vns vnd vnserm styfte erloufen vnd gewest sin biz vf dissen hudigen tag, von wilchen sachen die wern, vns gerichtet vnd eine rechte svne gemacht vnd gesprechen hat, als an sinen briuen begriffen ist, die hie nach von worte zv worte geschribn stet.

(Compositionis a Mathia archiepiscopo maguntino factae, quam modo edidimus, tenor hoc loco insertus est.)

Vnd wir der forgnante Henrich apt zv Fulde globen bie vnser furstekliehen wirdekeit vnd bie vnserm amte, die selben svne als sie geredt vnd hie forgeschribn ist von worte zv worte vnd von stucke zv stucken sted vnd veste ze haltene vnd vollenbrengen, vnd dar wider nûmmer getvn mit worten oder mit werken ane geuerde.

Vnd zv eime orkunde dar vber gebn wir disen brif, mit vnserm jngesigel versigelt, dv man zalte von gotes geburt driezehenhundert jar vnd dar nach in dem sibenden vnd zwenzigestem iare, an dem svntage nach sent Valentinis tage.

CL.

1327, die 1. martii.

Wolframus episcopus capitulo ecclesiae herbipolensis in recuperationem bonorum et reddituum alienatorum millenas libras hallensium per senos annos de precariis oppidorum et officiorum solvendas deputat.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis, quod — quia honorabiles viri . . decanus et capitulum ecclesie nostre, considerantes quod debita quibus ecclesia nostra grauiter vrgebatur de bonis

mobilibus eiusdem persolui non possent, vendendi seu alienandi bona inmobilia dicte ecclesie nostre et redditus ad mensam nostram episcopalem spectantes pro sex milibus librarum hallensium in solucionem debitorum huiusmodi conuersarum concesserunt nobis liberam facultatem — nos pro eorundem bonorum ac reddituum que reemi possunt et aliorum bonorum loco illorum que reemi non possent recuperacione cogitare volentes, memorato capitulo ad sex annos continuos a data presencium currere incipientes quolibet anno mille libras hallensium de precariis oppidorum et officiorum infrascriptorum: de precaria oppidi Karlstat et officii ibidem ducentas libras hallensium, de oppido Arnstein et officio ibidem ducentas libras hallensium, de officiis Trimperg et Botenlauben centum libras hallensium, de officiis Wernecke et Geltersheim centum libras hallensium, de Klingenberg et Brozoltsheim centum libras hallensium, item de officiis oppidi Geroltshouen et Stolberg ducentas libras hallensium, de oppido Hasefurthe et officio centum libras hallensium ad ipsorum cameram presentandas et assignandas deputauimus et presentibus deputamus.

Jn solucione tamen quadraginta librarum hallensium honorabili viro Vlrico de Kyrchperg custodi ecclesie herbipolensis annis singulis debitarum pre ceteris eundem custodem volumus anteferri.

Cum quibus quidem mille libris hallensium idem capitulum seu hii qui ad hoc a capitulo fuerint deputati bona sic vendita singulis annis nobis et ecclesie nostre reemere tenebuntur.

Nichilominus quoque infra hinc et dominicam qua cantatur letare proximam procurare promittimus quod officiati et cellerarii exnunc dictorum oppidorum et officiorum seu qui pro tempore fuerint sub juramento super eo prestando promittant, dicto capitulo ad sex annos quolibet anno mille libras hallensium sub preexpressis modis et condicionibus presentare.

Ceterum prioribus litteris eisdem decano et capitulo per nos datis de alienacione dictorum bonorum mencionem facientibus per

presentes litteras et omnia in eis contenta nullum volumus preiudicium generari.

Jn quorum premissorum testimonium has litteras dicto . . capitulo dedimus, sigillo nostro diligencius consignatas.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVII°·, kalendis marcij, pontificatus nostri anno tercio.

Wolframi episcopi sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

CLI.

1327, die 2. martii.

Sifridus et Alheidis de Lapide conjuges ecclesiae herbipolensi pro allodio in Melrichstat sito ipsis jure emphyteotico concesso allodium suum in Vsleyben situm donatione inter vivos tradunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Sifridus de Lapide senior armiger et Alheidis nata strennui militis Bertholdi de Byberach coniuges recognoscimus et tenore presencium profitemur publice vniuersis presentibus et futuris, quod — quia reuerendus in Christo pater et dominus noster dominus Wolframus ecclesie herbipolensis episcopus ex affectu speciali quo nos sincere prosequitur suum et ipsius ecclesie sue allodium in oppido Melrichstat situm cum pertinenciis iuribus et requisicionibus suis quibuslibet pratis quoque in loco deserto dicto Schefauwe sitis nobis ad tempora vite vtriusque nostrum de honorabilium dominorum . . decani et capituli dicte ecclesie herbipolensis beneplacito et consensu contulit et locauit pro quadraginta maldrorum siliginis et triginta maldrorum auene mensure

in Melrichstat redditibus annuis sibi successoribus suis ac ipsi ecclesie per nos singulis annis in festo vel ante festum beati Michaelis archangeli persoluendis tenendum ac iure emphyteotico possidendum, prout in litteris ab eodem domino nostro Wolframo nobis super eo traditis plenius continetur — nos ex affectu sincero quem vicissitudine grata ad dictum dominum nostrum et ecclesiam suam gerimus supradictam, sana et matura super eo inter nos pluries deliberacione prehabita, pari voto coadunatisque manibus allodium nostrum in villa Vsleyben et eius territorio situm cum suis pertinenciis iuribus et requisicionibus vniuersis cultis et incultis quesitis et inquirendis quibuscumque nominibus censeantur, septem iugera vinearum, quorum quinque in monte dicto an Rôdern duo vero in monte dicto der Heŷneberg in territorio dicte ville sunt sita, necnon vnum cum dimidio iugera pratorum in marchia ville Heustreu sita, que quidem allodium jugera vinearum et pratorum ad nos communiter tytulo proprietatis hactenus spectauerunt, dicto domino nostro Wolframo herbipolensi episcopo et ecclesie sue predicte libera et perfecta donacione inter viuos dedimus tradidimus ac cum pleno et directo rerum dominio voluntarie ac libere damus et tradimus per presentes, renunciantes pro nobis et heredibus nostris quibuslibet omni iuri quod nobis in bonis premissis ac suis pertinentiis et iuribus quibuscumque competebat aut imposterum competere videretur, jmmo ea a nobis ore manu et iactu calami vt moris est expressius abdicantes, ac in prelibatum dominum nostrum et ecclesiam suam pleno iure et rerum dominio transferentes, admittentesque ipsum suo et dicte ecclesie sue nomine in eorundem bonorum possessionem presentibus corporalem, vsufructu dumtaxat et vtilitate quibuslibet que de premissis bonis proueniunt et prouenire poterunt nobis in hiis scriptis ad tempora vite amborum nostrum et alterius superstitis tantummodo reseruatis. Et ad tenendum bona premissa in culturis debitis et consuetis nos firmiter presentibus obligamus.

Promisimus etiam fidedata vice et nomine prestiti sacramenti et promittimus per presentes, donacionem premissam fideliter atten-

dere seruare,*) ratam et firmam tenere, nec contra eam vllo vmquam tempore venire aliquo ingenio studio uel cautela, nec contrauenienti seu contrauenire volenti aliquatenus consentire, dolo et fraude penitus circumscriptis.

Et ego Alheidis coniunx Sifridi de Lapide prenotati in hiis scriptis publice recognosco, me nichil prorsus iuris specialiter habere in bonis superius preexpressis.

Jn cuius quidem donacionis per nos facte euidens testimonium robur et certitudinem presens scriptum sepedicto domino nostro Wolframo dedimus, sigillo mei Sifridi prenotati — quo ego Alheidis sigillo proprio carens vtor et contentor, meque sub eodem ad obseruanciam omnium premissorum firmiter obligo et astringo — ex certa nostra scientia diligencius communitum.

Actum et datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, feria secunda dominicam qua cantatur jnuocauit proxime subsequenti; presentibus honorabilibus viris Bertholdo de Grûmbach, Heinrico de Reynsteyn seniore, archidiaconis, Heinrico de Wechmar, Rudolfo de Rotensteyn, Wolframo Pincerna, Ernesto de Sebeche, et Ottone Wolueskele, maioris ecclesie herbipolensis canonicis; Johanne de Rotemburg notario dicti domini nostri; strennuis militibus Kûnone de Rebestocke, Andrea de Tungeden, Johanne Wlpe de Swannenberge, Ottone de Brenden armigero, Heinrico quondam aduocato in Karlstat, Heinrico Brûnner de Melrichstat, et Cunrado cellerario Noue Ciuitatis; et pluribus aliis fidedignis vocatis ad hoc pro testibus et rogatis.

*) In documento ipso prius scriptum erat: *attendere et servare*, quae copula *et* rasa est.

Sigilli SifrIDI . DE . LApide fascia membranacea ex his litteris suspensi legenda magnam partem periit.

CLII.

1327, die 9. martii.

Wolframus episcopus dimidia quaedam telonea civitatis wirziburgensis Johanni Brunlin et Eberwino Morder civibus wirziburgensibus — pacto reemtionis adjecto — vendit.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum ecclesia nostra grauibus ac intollerabilibus debitorum oneribus, quibus tam per occupaciones pignorum quam etiam per recepciones fideiussorias ac vsurarum voragines dampna grauia cottidie accreuerunt, variis foret ex causis multicipliter irretita — nos (ne dicta ecclesia nostra occasione debitorum huiusmodi ad irrecuperabilem desolacionem dampnabiliter laberetur) huiusmodi dispendioso periculo in tempore remedio decernentes occurrere oportuno, diligenti et matura super hoc deliberacione prehabita, de honorabilium virorum . . prepositi et capituli ecclesie nostre beneplacito et consensu expresso vendidimus dedimus tradidimus ac in hiis scriptis rite et racionabiliter vendimus viris prouidis Johanni dicto Brunlin et Eberwino dicto Morder sororio suo, ciuibus nostris herbipolensibus, ementibus et recipientibus pro se et heredibus suis medietatem omnium theloneorum que tam in ciuitate nostra herbipolensi quam in portis eiusdem quam etiam in Mogi flumine ibidem exnunc habemus cum suis juribus et pertinenciis vniuersis, prout eadem ad nos et dictam ecclesiam hactenus spectauit, ac iusto vendicionis titulo damus et tradimus pro precio mille librarum hallensium, quod precium profitemur nos in parata et numerata pecunia habuisse recepisse, ac in nostros et dicte ecclesie nostre vsus necessarios et vtiles (precipue in solucionem huiusmodi debitorum nos

et dictam ecclesiam nostram valde vrgencium) conuertisse, saluis tamen oneribus que de huiusmodi theloneis ab antiquo solui consueuerunt, quorum media pars de medietate dictorum theloneorum sicut hactenus sic et inantea solui debet, renunciantes excepcioni non numerate non solute non habite pecunie seu in vsus dicte ecclesie non conuerse, ac cuiuslibet alterius canonici et ciuilis juris auxilio per quod dicte vendicionis nostre contractus annullari posset imposterum seu aliqualiter impugnari.

Si vero dictos emptores aut heredes ipsorum in solucione fructuum vtilitatum seu prouentuum medietatis theloneorum predictorum a quoquam impediri contingeret, extunc honorabiles viri Wolframus pincerna de Rosseberg, Otto dictus Wolueskele, archidiaconi ecclesie herbipolensis predicte, et strennui milites Kv̂no de Rebestok, Andreas de Tungeden, Heinricus de Tetelbach, et Andreas dictus Zobel de Heytingesfelt, quos ipsis damus fideiussores nostros insolidum, moniti (quilibet cum equo vno) in ciuitate nostra herbipolensi apud publicum hospitem seu pabularium in nostrum et ecclesie nostre dampnum expensas more fideiussorio facient tamdiu quousque impedimentum huiusmodi amotum fuerit et sublatum. Vno autem dictorum equorum per expensas pabuli consumpto, successiue alter in locum illius consumpti per eum cuius de dictis fideiussoribus is extitit erit continuo subrogandus. Si vero memoratorum fideiussorum aliquis tempore medio cederet seu decederet, moniti alium equeydoneum infra mensem tunc proximum substituere promittimus loco sui. Alioquin superstites fideiussores moniti modo premisso obstagium exoluere tenebuntur donec substitucio huiusmodi effectui mancipetur. Eosdem etiam fideiussores nostros ab hac fideiussione promittimus indempniter liberare.

Licitum tamen erit nobis, . . successoribus nostris, . . capitulo ecclesie nostre sede vacante, aut procuratoribus ecclesie a capitulo deputatis, medietatem antedictorum theloneorum cum suis pertinenciis vniuersis apud prefatos ciues suosve heredes nobis et ecclesie nostre reemere pro mille libris hallensium preexpressis quandocum-

que et annorum quocumque nobis et dicte ecclesie nostre reemendi eandem obtulerit se facultas. Ad restitucionem quoque dicte medietatis theloneorum predictorum, reempcione de qua premittitur facta, quam omni contradictione postposita admittere tenebuntur, se prefati emptores pro se et suis heredibus aut successoribus in illa firmiter astrinxerunt.

Promittimus etiam bona fide, premissum vendicionis contractum fideliter attendere et seruare, nec contra ipsum aut aliquid in eo contentum vllo vmquam tempore venire aliquo ingenio studio vel cautela, nec contrauenienti seu contrauenientibus aut contrauenire volenti seu volentibus aliqualiter consentire.

Sane nostrum successorem et ecclesiam, si nos (quod absit) cesserimus tempore medio seu decesserimus, de dicti capituli nostri consensu expresso ad premissorum obseruanciam firmiter obligamus.

Jn quorum premissorum testimonium presens jnstrumentum dictis emptoribus dedimus, nostri et dicti capituli nostri ac predictorum fideiussorum sigillorum appensionibus diligencius conmunitum. Nos quoque Berhtoldus de Grûmbach prepositus et capitulum ecclesie herbipolensis predicte premissa omnia et singula de nostro beneplacito et consensu expresso recognoscimus esse facta, sigillum nostrum in eorundem euidenciam hiis litteris appendentes. Nos vero fideiussores prenominati ad premissum fideiussionis debitum sub pretactis modis pactis et condicionibus nos duximus firmiter obligandos, et in euidenciam premissorum sigilla nostra presenti scripto duximus appendenda.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XX°· septimo, feria secunda ante Gregorij, pontificatus nostri anno tercio.

Sigilla octo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa plus minus laesa sunt.

CLIII.

1327, die 27 martii.

Die Stadt Wirzburg verbündet sich dem Bischofe Wolfram zu bestimmten Hilfeleistungen.

Wir Johan Fuhs vnd Vlrich Weybeler burgermeistere vnd auch die gemeinde der burgere vnd des volkes von der stat ze Wirtzeburg tvn kunt allen den die disen brief an sehen lesen oder horen, beide gegenwertigen vnd kunftigen lûten, daz wir an gesehen haben die gunst vnd die gnade die vnserre hochwirdiger herre vnd furste bischof Wolfram von Wirtzeburg dem wir dienstes alle wege schuldig sin zv vns hat, vnd haben vns gein ime verbunden vnd verstricket vnd verbinden vnd verstricken vns an disem briefe als hie nach geschriben stet, die wile er lebet.

Swen in ein êhafte vnd redeliche not an gê ane geuerde, vnd sich dar zu mit siner maht wiget vnd rihtet auch ane geuerde, vnd vns gemant, so sullen wir alle gemeinliche dar nach in viercehen tagen so wir beste mûgen bereit sin also daz ez ime nutzelich si vnd vns erliche, vnd sullen vz varen zu ime in sehs milen von der stat, vnd sullen ime dar zu beholfen sin mit guten truwen ane geuerde, also bescheidenliche daz wir ie als vil vnserre da heime lazen daz die vorgnante stat wol behût sie vnd beward. Vnd so wir da viercehen tage in sinem dienste bie ime sin gewesen, so mugen wir vns wol wandeln, vnd mûgen halbe heim varen, vnd daz ander vnser halbteil der stat sol bie ime bliben.

Were aber daz in vnuerwentes dinges ein êhafte vnd redeliche not an gienge, so sullen wir vz varen in aht tagen gemein-

liche, vnd ime dar zu beholfen sin mit guten truwen so wir aller schierste mûgen ane geuerde.

Were aber daz er durch êhafte not verrer fûre ane geuerde denne vber sehs mile, so sullen wir halbe vz varen so wir beste mûgen zu ime swo er were oder fure in cehen milen, vnd sullen ime dar zv beholfen sin mit guten truwen ane geuerde. Wir mûgen vns auch wandeln die wile ie der dienst weret wen ez vns fuget, also daz das halbteil daz denne bie ime ist halb da blibe biz daz andere halbteil der stat zu ime kûmet ane geuerde.

Were aber daz er hie heime in deme lande niht enwere, oder in andere redeliche vnd êhafte not irrete ane geuerde daz er da selbe niht gesin mohte, so sullen wir gebunden sin zu den vorgnanten diensten dem oder den den erz empfohlen hette oder empfilhet an siner stat wo die weren oder furen in cehen milen mit siner maht ane geuerde, si sin pfaffen oder leyen, swen wir werden gemânt als vorgesprochen ist.

Doch zu ieglicher vz vart so sol vnserre als vil da heime blieben daz die vorgnante stat wol behut sie vnd bewart.

Vnd globen auch ime sine gerichte ze fûrderenne als sie von alter her komen sin mit guten truwen an allerslachte geuerde.

Daz das allez stête und vntzerbrochenliche von vns allen behalten werde, so han wir vns verbunden alle gemeinliche arme und riche vnd verbinden vns an disem briefe zu den vorgnanten dingen mit vnsern eiden die wir dar vber zen heiligen haben gesworn daz wir dise ding vnd dise strickunge halten wöllen vnd dar zu helfen und fûrdern wellen mit guten trûwen ane geuerde.

Vnd dor vber zeim offen vrkûnde vnd gezugnisse der dinge allersamet so han wir disen brief heizzen geschriben, vnd dar an vnser jnsigel gehangen.

Der wart geben do man zalte von Cristes geburthe driczehen

hundert iar in dem siben vnd zwentzigsten jare, an dem fritage nach vnserre frauwen klibel tag aller nehest.

Sigillum civitatis wirziburgensis fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Quod supra sub num. LV pag. 119—122 edidimus documentum, die 9 mensis junii anni 1319 exhibitum, huc conferri potest

CLIV.

1327, die 27. martii.

Bischof Wolframs Verordnungen gegen die Ladung angesessener Leute von Wirzburg vor fremde Gerichte, die Standesveränderung von Kindern unter 20 Jahren, die Töchterentführung.

Wir Wolfram von gotes gnaden bischof ze Wirczeburg tvn kunt allen den die disen brief sehen lesen oder horen, daz wir als vnsere vorfaren bischof Manegold vnd bischof Andres seligen getan haben durch offenlich gut vnd gemeinen nutz gesezzenre lûte in der stat ze Wirceburg der einer den andern dicke hat geladen an vremdez werltlich gerichte vnd in brachte ze schaden koste vnd erbeit, da von auch vnser gerihte wart genidert vnd gekrencket, mit rate vnserre prelaten vnserre frunde dinstlûte vnd vnserre burgere haben gesetzet disen satz, daz der gesezzener lûte ze Wirceburg, ez si frauwe oder man, nieman sol den andern laden oder fûgen vnd schicken daz er geladen werde an kein fremdez werltlich gerihte: svnder swer vf den andern iht ze sprechen hat, der sol in des ersten beclagen vor vns oder vor vnsern rihtern in der stat ze Wirceburg: vnd moht ime da niht widerfaren ein reht, oder mag er mit dem eide furbringen vnd wizzentlich bewisen

daz er vor gewalt oder vrevel sines widerwarten niht getûrre clagen vor vns oder vnsern rihtern, oder sine clage volleiagen, der mag denne wol clagen anderswa da er ze rehte clagen sol.

Swer disen satz brichet, ern muge sichs denne entslahen mit dem eide, der sol mit wibe vnd mit kinden ze hant Wirceburg rûmen, vnd nimmer mer dar inne werden sedelhaft, vnd sol allez sin gût erbe vnd eigen ledecliche vnd friliche vnser vnd des bischtumes sin.

Jst aber daz ein vzwart man ein hinne gesezzen man hin vz ledet vnd beschiltet, dem sol daz niht schaden weder an sinen eren an sinem libe an sinem gute an gerihte noch an deheinen sinen dingen. Vnd swer ez dem vf hebet oder verwizzet mit werken oder mit worten, der hat vnre hulde niht. Auch wollen wir deme der in da bescholten hat als vient sin glicher wis als vnre burgere.

Vber daz sit sûmeliche haben offte verraten vnd verleitet erberre lute kint ze Wirceburg ane wizzen ir veter vnd ir mûtere, daz ditz nimmer geschehe, so setzen wir mit dem vorgnanten rate, daz swer ze Wirceburg si, ez sie sŷn oder tohter, der vnder zwentzig jaren ist vnd sich verandert in die werlt zu der ê ane sines vater vnd muter, oder ir eines ob daz ander tot ist, oder ob sie beide ensin ir bester geborner frûnde drier oder zweier rate, der selbe sol enterbet sin alles des gutes daz in von vater vnd von muter solt vf geuallen sin. Vnd swaz in gevallen ist, daz sol ledecliche sin siner nehesten erben.

Verandert aber er sich in geistlich leben an den rat als itzegesprochen ist, so stet ez an frier willekur sines vater vnd muter, oder ir eines ob daz ander tot ist, ob si ime ires gutes wollen geben iht oder niht. Daz mugen si tŷn oder lazen.

Vnd vber daz der die tohter entpfuret, der sol Wirceburg rûmen vier jar vz ze sinne.

Dise setze sullen ewecliche stête vnd gantz bliben vnd behalten werden veste vnd vntzerbrochen von vnsern nahkomen, die

wir dar zu verbinden vnd verstricken mit disen gegenwertigen briefen.

Vnd zu einer vestenunge vnd gezugnisse aller dirre dinge so haben wir Wolfram der vorgnante bischof vnd die stat ze Wirceburg vnsere jnsigele gehencket an disen brief.

Der ist geschriben vnd geben ze Wirceburg, von Cristes geburthe dreutzehen hundert jar in dem siben vnd zwentzigsten jare, an dem fritage nach vnserre frauwen klibel tag aller nehest.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

Sanctiones de iisdem rebus a Manegoldo necnon Andrea antecessoribus die 9 mensis octobris anni 1299 et die 12 mensis julii anni 1304 datas, quarum mentio facta est, in monum. boic nov. collect. vol. XI pag. 223—225 et 331—332 edidimus.

CLV.

1327, die 31. martii.

Friedericus burcgravius de Nůremberg — cum ad Wolframi episcopi herbipolensis preces instantes ad reemendum bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis universis inducias prorogaverit et concesserit suis patentibus litteris ad triennium nondum praeteritum seu elapsum, et idem dominus ipsum seriose rogaverit pro hujusmodi induciis ulterius prorogandis — ei ejusve successori pro tempore aut capitulo et ecclesiae herbipolensi seu procuratoribus ecclesiae a capitulo deputatis inducias ad reemendum memorata bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis universis ab ipso seu ipsius heredibus aut successoribus in illis abhinc usque ad festum kathedrae

daz er vor gewalt oder vrevel sines widerwarten niht getürre clagen vor vns oder vnsern rihtern, oder sine clage volleiagen, der mag denne wol clagen anderswa da er ze rehte clagen sol.

Swer disen satz brichet, ern muge sichs denne entslahen mit dem eide, der sol mit wibe vnd mit kinden ze hant Wirceburg rûmen, vnd nimmer mer dar inne werden sedelhaft, vnd sol allez sin gût erbe vnd eigen ledecliche vnd friliche vnser vnd des bischtumes sin.

Jst aber daz ein vzwart man ein hinne gesezzen man hin vz ledet vnd beschiltet, dem sol daz niht schaden weder an sinen eren an sinem libe an sinem gute an gerihte noch an deheinen sinen dingen. Vnd swer ez dem vf hebet oder verwizzet mit werken oder mit worten, der hat vnre hulde niht. Auch wollen wir deme der in da bescholten hat als vient sin glicher wis als vnre burgere.

Vber daz sit sûmeliche haben offte verraten vnd verleitet erberre lute kint ze Wirceburg ane wizzen ir veter vnd ir mûtere, daz ditz nimmer geschehe, so setzen wir mit dem vorgnanten rate, daz swer ze Wirceburg si, ez sie sŷn oder tohter, der vnder zwentzig jaren ist vnd sich verandert in die werlt zu der ê ane sines vater vnd muter, oder ir eines ob daz ander tot ist, oder ob sie beide ensin ir bester geborner frûnde drier oder zweier rate, der selbe sol enterbet sin alles des gutes daz in von vater vnd von muter solt vf gevallen sin. Vnd swaz in gevallen ist, daz sol ledecliche sin siner nebesten erben.

Verandert aber er sich in geistlich leben an den rat als ilze gesprochen ist, so stet ez an frier willekur sines vater vnd muter, oder ir eines ob daz ander tot ist, ob si ime ires gutes wollen geben iht oder niht. Daz mugen si tŷn oder lazen.

Vnd vber daz der die tohter entpfuret, der sol Wirceburg rûmen vier jar vz ze sinne.

Disse setze sullen ewecliche stête vnd gantz bliben vnd [illegible] halten werden vaste vnd vnzebrochen von vnsern nahkom[illegible]

[redacted]

beati Petri proximum et deinde ad tres annos immediate subsequentes, illa die inclusa, prorogat et concedit.

Datum Eberach, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo, feria tertia post annuntiationem beatae virginis.

Sigillum quondam ex his litteris funis membranaceus suspensum abscissum est.

Documentum cujus supra sub num. CXXXVIII pag. 276 mentionem feci, die 20 mensis januarii anni 1326 exhibitum, hue conferri potest.

CLVI.

1327, die 1 aprilis.

Bischof Wolfram und seine Bürgen geloben der Stadt Würzburg für den Fall der Mahnung Leistung daselbst.

Wir Kůne vum Rebestocke, Heinrich von Tetelbach, Andres von Tungeden, Bertold von Heitingesuelt, Heinrich Schenke von Reinwelt, Conrad von Wiltoltshusen, Erkenger Hiltebrand vnd Gotze gebruedere von Sauwensheim, Eberhard vm Grůmbach, Fritze von Grumbach, Herold vnd Gotze Fuhse gruot gebruedere, Johans Fuhs vum Swanenberge, Dyetrich Zobel von Gůtemberg, ritere, vnd Conrad Fuhs von Suntheim, knecht, bekennen offenlichen an disem gegenwertigen briefe vnd tvn kunt allen den die in an sehen lesen oder horen lesen, das wir burgen vnverscheidenliche wurden an vur vnsern hochwirdigen

herren bischof Wolframen von Wirtzeburg gegen den erbern mannen . . den burgermeistern vnd den burgern ze Wirtzeburg gemeinliche, als die briefe sagen die er in hat gegeben, vnd haben in dar vmbe globet iederman mit ime selber ze leistene in der stat ze Wirtzeburg mit vnsern trûwen an eide stat, wen wir sin von iren wegen werden gemant, als lange biz vnserre vorgnanter herre vz gerichtet ie den brûch, als sine briefe sagen gentzeliche vnd gar.

Auch ensin wir zu dirre burgschaft niht lenger gebunden den die wile vnser herre lebet. Dar nach so ensullen dise briefe furbaz me deheine craft haben oder maht.

Get aber vnserre in des dekeiner abe, so sol vnserre megnanter herre dar nach in einen monden einen andern setzen an des stat, wen er sin wirt gemant. Tête er des niht, wurden wir denne gemant, so sullen wir aber in varn ze Wirtzeburg vnd leisten biz der burge wirt gesatzet ane geverde.

Vns globet auch vnserre vorgnanter herre an sinem briefe den er den burgern hat geben ze losene vz den herbergen ane allen vnsern schaden.

Dor vber zeim gezugnisse aller vorbeschriben dinge so geben wir den vorgnanten burgern disen brief, verjnsigelt mit vnsern jnsigeln, die mit vnserre wizzen dar an sin gehangen.

Dirre brief wart gegeben do man zalte von Cristes geburthe drûtzehen hundert jar in dem siben vnd zwentzigsten jare, an der mitwochen nach vnserre frauwen klibel tag aller nehest.

Sigillorum sedecim fasciis membranaceis ex hoc documento quondam suspensorum primum abscissum est, reliqua plus minus laesa sunt.

CLVII.

1327, die 8. aprilis.

Conradus dictus Kutzelspurer, Heinricus filius, Kunna soror dicti Conradi, et Johannes filius ejusdem Kunne propter debitorum onera ad praesens incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu justo venditionis titulo vendunt et tradunt decano et capitulo ecclesiae herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et jamdicta eorum ecclesia curiam suam cum pertinentiis sitam in villa Geltersheim, cui ab una parte Heinrici dicti Reynhart et Johannis de Wegenkein militis curiae conterminant et confinant, quae solvunt novem maldra siliginis cum metreta herbipolensi, pro pretio sexaginta librarum hallensium numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et jus in ipsis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtoribus praefatis, ipsos in possessionem vel quasi eorundem bonorum inducentes corporalem, necnon omne jus in ipsis competens seu competere potens in ipsos emtores et ecclesiam eorundem plenius tranferentes, promittentes nihilominus dictis emtoribus et ecclesiae eorundem de evictione dictorum bonorum in omnem litis eventum plene cavere et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis hujusmodi secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda et evictione cavenda dant et constituunt in fidejussores in solidum Aplonem dictum Rûker et Heinricum dictum Steckerauft.

Heinricus quoque et Johannes venditores praedicti promittunt fide data nomine juramenti, praesentem contractum et omnia ac singula in ipso contenta rata tenere, et eis in antea non contra-

venire aliquo ingenio studio vel cautela, renuntiantes super praemissis omnibus et singulis omni juris canonici et civilis auxilio quod ipsis vel heredibus contra praemissa vel eorum aliquod posset in posterum quomodolibet suffragari, fraude et dolo penitus circumscriptis.

Testes hujus rei sunt: Theodricus de Mospach canonicus ecclesiae herbipolensis, Eberhardus de Zymmern tabellio curiae herbipolensis, et Heinricus dictus Veterlin, necnon quamplures alii fide digni vocati ad praemissa pro testibus et rogati.

Datum anno domini M°·CCC°·XXVII°, feria quarta post diem beati Ambrosii confessoris.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

CLVIII.

1327, die 25. aprilis.

Wolframus episcopus, Bertoldi et Manegoldi praedecessorum suorum vestigiis inhaerere volens, omnes gratias in eorum litteris die 2 mensis martii anni 1278 necnon die 25 mensis martii anni 1300 exhibitis, e quibus harum modo allegatarum tenorem suae ipsius concessioni inserit, monasterio halsprunnensi ut decimas ab ecclesia parochiali in Erelbach alienatas revindicet factas approbat, ratificat, et ipsas cum omnibus suis clausulis ex certa scientia confirmat.

Et cum jus plurimum faveat, decimas de manu laica eripi, ipsis religiosis praedictis ex speciali affectu quo ad eos favorabiliter ducitur concedit ut decimas duarum villularum Veltgebrech ejusdem parochiae a quocunque detentore eripere valeant.

Datum anno domini millesimo CCC°·XXVII°, in die beati Marci evangelistae.

Wolframi episcopi sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Quae allegata sunt documenta in monum. boic. collect. nov. vol. X pag. 486 et 487 necnon vol. XI pag. 232 et 233 edita invenies.

CLIX.

1327, die 17. maji.

Wolframus episcopus ne fratribus praedicatorum ordinis in dioecesis herbipolensis ecclesiis et capellis in audiendo confessiones et aliis impedimenta fiant mandat.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis dilectis in Christo ecclesiarum parrochialium seu cappellarum rectoribus vniuersis seu vicem eorum gerentibus per suam dyocesim constitutis salutem in domino sempiternam.

Viri religiosi fratres . . predicatores nostre dyocesis nobis grauiter sunt conquesti, quod nonnulli vestrum in preiudicium auctoritatis apostolice et nostre in parrochiarum suarum ambonibus suis subditis predicent et denuncient manifeste, quod ipsi fratres nullam prorsus auctoritatem habeant audiendi confessiones fidelium, ligandi vel soluendi sine sua licencia speciali, omnes aliter eis confitentes diebus dominicis exconmunicantes et exconmunicatos publice nunciantes, preterea ipsos subditos suos eis confitentes priuant sacramentis ecclesiasticis, nisi confessa eis sibi denuo confiteantur integraliter et intoto, tamquam predictorum fratrum absolucio irrita fuerit

et inanis, jniungentes nichilominus eisdem subditis suis pro hoc quod dictis fratribus confessi fuerunt ipsosque per priuacionem sacre communionis cogentes ad promittendum sibi ne prefatis fratribus presumant inposterum confiteri, et quod plus est ipsos fratres prohibent ne in suis ecclesiis missas legant vel predicent populo verbum dei.

Cum igitur sepedicti fratres secundum tenorem constitucionis papalis „super kathedram“ humiliter et legitime nobis fratres suos presentauerint, nosque ipsos acceptauerimus graciose, ac eis duxerimus committendum ut in nostra dyocesi confessiones fidelium eis confiteri volencium audire valeant, absolucionis beneficium eisdem inpendere, et iniungere penitencias salutares, nostreque eciam intencionis non existat ut religiosi eciam quicumque et maxime fratres ordinis predicatorum qui doctrina sua et vita ecclesiam dei irrigant et fecundant huiusmodi iniurias nostris temporibus maxime in nostra dyocesi paciantur, discrecioni vestre in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandamus et sub pena suspensionis ab officiis vestris, quatenus — ab huiusmodi impedimentis dictorum fratrum in preiudicium auctoritatis sedis apostolice et nostre factis desistentes omnino — clauibus ecclesie sibi in vestri ac tocius ecclesie adiutorium concessis vti libere permittatis, retractantes eciam siqua premissis contraria per vos ut premittitur sunt populo proposita seu publice predicata, nec subditis vestris qui ipsis confitentur sacramenta ecclesiastica aliqualiter denegetis, jmmo dictos fratres christifidelibus beniuole reconmendetis, vt obediencie mercedem eternam et nostri fauoris beniuolenciam expectare merito debeatis.

Jnsuper eciam ex specialis fauoris gracia qua dictos fratres pre ceteris uberius prosequimur concedimus fauorabiliter et benigne, vt fratres alterius dyocesis cuiuscumque quorum termini infra fines nostre dyocesis siue in toto siue in parte contineri dinoscuntur, necnon fratres de aliis dyocesibus per nostram dyocesim gracia visitacionis amicorum vel a superioribus missi vel in ipsa nostra dyocesi ex aliis racionabilibus motiuis siue causis moram facientes vti valeant gracia supradicta.

Ceterum quia nonnulli vestrum in exactione quarte modum excedunt, elemosinas mendicatas dictis religiosis quasi de saccis pro porcione huiusmodi rapientes, scire vos volumus: quarta illa dumtaxat est exigenda ab ipsis fratribus de legatis seu donatis per illos qui apud eosdem cum effectu elegerint sepulturam.

Datum Herbipoli, anno dominj M°·CCC°·XXVII°·, dominica proxima ante ascensionem dominj.

Has litteras ad fidem copiae ab officiali curiae herbipolensis „sexta feria ante dominicam qua cantatur esto michi anno dominj M°·CCC°·XXIX°·“ exhibitae ejusque sigillo fascia de ipsarum membrana confecta suspenso munitae edidimus, qui se eas „sigillo reuerendi in Christo patris domini Wolframi episcopi herbipolensis signatas, non abolitas, non cancellatas, non rasas, nec in aliqua sui parte vicinatas prout prima facie apparebant vidisse et legisse“ recognoscit.

CLX.

1327, die 12. junii.

Ortliebus dictus Buskorber civis herbipolensis propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis justo venditionis titulo vendit et tradit domino Ulrico de Kirchperg custodi ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus suis quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum redditus triginta solidorum hallensium legalium et bonorum, solvendos et praesentandos annis singulis in festo vel ante festum beati Martini episcopi sine quolibet damno super duobus jugeribus vel paulo plus vineti siti in marchia villae Heytingesvelt in loco dicto in dem Steỹmbach, cui ab una parte Hartmanni de Breitembach oppidani in Geỹlnhusen ab alia vero . . dicti de Koln vineta

conterminant et confinant, pro pretio quindecim librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dictum vinetum et proprietatem ipsius resignans ore manu et calamo ut moris est emtori praefato, ac recipiens ab ipso pro se et heredibus suis pro dictis annuis redditibus in antea tenendum ac jure emphyteotico possidendum, promittens nihilominus dicto emtori heredibus vel successoribus de evictione dicti vineti et proprietatis ipsius in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda evictione cavenda necnon quod dicti redditus annis singulis ut premittitur persolvantur dat et constituit in fideiussores in solidum Ruckerum dictum de Volkach et Johannem dictum Willemůt, cives herbipolenses.

Licitum tamen est ipsi et heredibus ex speciali gratia a dicto emtore facta, dictum vinetum et redditus reemere pro antedicto pretio quindecim librarum hallensium dativorum a festo kathedrae beati Petri apostoli proxime venturo ad decem annos continue et immediate subsequentes, quocumque anno voluerit, ita tamen quod hujusmodi reemtio fiat in eodem festo vel ante, et quod nihilominus redditus praedicti prius sint assignati sine diminutione qualibet et soluti; adjecto quod quandocumque ipse (vel heredes) dictos redditus modis et termino praedictis non persolverit eo ipso privatus erit reemtionis hujusmodi potestate, sic quod dictum vinetum erit et esse debebit redditibus hujusmodi perpetuo oneratum: et quandocumque postea sive infra eosdem decem annos sive post modis et termino praeexpressis ipse (vel heredes) in solutione dictorum reddituum fuerit negligens, extunc jus hereditarium sive emphyteoticum in dicto vineto protinus deperdit sic quod dictum vinetum cum integritate qualibet ad ipsum emtorem heredes vel successores suos libere devolvetur.

Datum anno domini M°CCC°XX° septimo, feria sexta ante diem beati Viti martyris; praesentibus Conrado de Hersfeldia rectore

parochialis ecclesiae in Wintherabusen, Eberhardo de Zymmern tabellione curiae herbipolensis, Salomone de Hallis clerico, et Conrado dicto de Rotemburg, necnon quampluribus aliis fidedignis vocatis ad praemissa pro testibus et rogatis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membranis confecta suspensum est.

In earum tergo manu saeculi XIV forsan medii quae sequuntur scripta leguntur:

Isti redditus deputati sunt ad anniversarium quondam Gerhardj de Wertheim vicarij: et comparati fuerunt pro xv libris hallensium contentis a tergo instrumenti confecti super redditibus vnius libre denariorum et xl denariorum et duorum pullorum dandis in festo beati Martini de curia in Ohsenfurt quam . . dictus Bechouen inhabitat.

Manus posterior infra quae sequuntur annotavit:

Loquitur presens littera de duobus jugeribus vinearum sitis in der Steinbach in marchia ville Heitingsfelt, de quibus dantur xv sol. den. in festo sancti Martini episcopi.

Quae in nota documento XCVIII pag. 208 et 209 adjecta notavimus huc conferre poteris.

CLXI.

1327, die 26. julii.

Wolframus episcopus, quod strennuus vir Reynhardus de Hartheim miles litteras infrascriptas ipsi exhibuit tenoris et continentiae per omnia in haec verba:

Que geruntur in tempore simul labuntur cum temporis lapsu, nisi robore litterarum ac testium munientur.

Hinc est quod omnibus hanc litteram inspecturis notum fieri cupimus per presentes, quod nos Cunradus nobilis dictus de Bockesberg unâ cum Kvnegundi vxore mea Reynhardo militi dicto de Hartheim et suis heredibus juspatronatus ecclesie nostre in Weystirhusen omni iure quo possumus et tenemur — sibi et suis successoribus — conferimus et donamus, jta quod nos atque nostri successores nichil juris aut proprietatis poterimus nobis vmquam perpetualiter amplius vsurpare. Quicumque autem nostrum contrarium fecerit, vel sibi arrestauerit, vel in prelibata siue prefata donacione impedierit, totum recognoscimus esse irritum et inane.

Preterea profitemur et publice recognoscimus, quod ad prefatum Reynhardum militem vel suum seniorem heredem spectat donacio siue collacio ecclesie prefate: et nos omni iuri nostro renunciamus finaliter et absolute.

Jn cuius rei testimonium sigillum nostrum et vxoris mee sunt appensa.

Huius rei testes sunt videlicet: Fridericus plebanus in Hartheym, Heinricus cappellanus in Sweyneburg, Volpertus plebanus in Brizzenkeyn, et Wernherus miles de Hartheim.

Datum et actum anno domini M°·CCC°·XVII°·, in annunciacione Marie virginis gloriose.

litteris hujusmodi visis et diligenter perlectis, ad instantem supplicationem a praefato Reynhardo exhibitam collationem et donationem de quibus praedicitur ratas et gratas habens, ipsas prout rite et rationabiliter sunt factae auctoritate ordinaria approbat et confirmat.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVII°·, VII°· kalendas augusti.

Wolframi episcopi sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta quondam suspensum periit.

CLXII.

1327, die 3. octobris.

Monasterium ebracense vina sua in villa Meunstocheim reposita — non obstante officio Schrotampt dicto — juste propriis instrumentis levat et deponit.

Nos Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis, quod nobis in ciuitate nostra herbipolensi judicio presidentibus dilectus in Christo frater Hertwicus cellerarius superior monasterij ebracensis nomine ipsius monasterij per concordem ac generalem . . militum ministerialium ecclesie nostre tunc coram nobis presencium sentenciam euicit et obtinuit rite et legittime, Ottone dicto Fuhs de Eysche armigero nichilominus presente, quod monasterium ebracense vina sua quocummodo in villa Mevnstocheim reposita — non obstante quod idem Otto Fuhs officio dicto schrotampt in dicta villa preest, seu ipsum habere dinoscitur — propriis jnstrumentis, videlicet scala fune et vecturis propriis, leuare et deponere poterit quandocumque, jta tamen quod nil accomodati assit penitus absque vara.

Et quia predictus Otto auctoritate iamdicti sui officij pignora ipsi monasterio abstulerat causa pro eadem, sibi vt dilacionibus quibuslibet remotis illa redderet duximus sentencialiter iniungendum.

Jn cuius rei testimonium sigillum nostri secularis judicij presentibus est appensum.

Datum et actum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVII°·, sabbato proximo post festum beati Michahelis archangeli.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum magnam partem periit.

CLXVIII.

1327, die 18. novembris.

Praepositus decanus et capitulum ecclesiae herbipolensis in curia romana discretos viros magistrum Mathaeum de Viterbio et Theodericum de Moravia clericos licet absentes et quemlibet eorum in solidum suos constituunt procuratores et nuntios speciales ad impetrandum litteras tam simplices quam legendas gratiam seu justitiam continentes, et ad contradicendum ad concordandum et conveniendum in judices et in loca et ad recusandum eosdem suspectos, ad praestandum quoque super praemissis seu aliquo ipsorum in animas suas si necesse fuerit cujuslibet generis sacramentum, et ad constituendum seu substituendum in praemissis et ad praemissa procuratorem seu procuratores alium vel alios et eundem seu eosdem revocandum ac onus procurationis sibi et ad se resumendum quando et quoties ipsi vel alteri eorum videbitur expedire, necnon omnia et singula faciendum quae circa praemissa seu eorum aliqua fuerint opportuna, etiam si qua ex eis mandatum exigant speciale, promittentes se ratum et gratum habituros sub hypotheca rerum suarum et ecclesiae suae quicquid per dictos procuratores vel eorum alterum substitutum vel substitutos circa praemissa seu eorum aliqua procuratum fuerit sive factum, ita tamen quod praefatorum procuratorum vel ab eis seu altero eorum substituendorum unius

marcae sallario durante procuratorio quilibet anno quolibet sit contentus.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXVII°, XIIII° kalendas decembris.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigilium fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum magnam partem periit.

CLXIV.

1327, die 9. decembris.

Hartmûdus dictus Snelle de Sahsenflur et Mehtildis conjuges propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Ulrico de Kirchberch custodi ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus suis quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum curiam suam sitam in villa Sahsenflûr cum omnibus et singulis suis pertinentiis, quam quondam Wolframus socer Hartmûdi venditoris praedicti inhabitabat, cui ab una parte domus venditorum ab alia vero parte domus Conradi dicti Noitelin conterminant et confinant, quae domus conterminans et confinans ut dictum est solvit nobili domino Conrado de Hohenloch quinque solidos hallensium nomine annuae pensionis; item duo jugera vineti siti in una pecia in monte dicto an der Lŷten, cui ab una parte . . dicti Crehse ab alia vero Hartmodi filii fratris Hartmodi venditoris confinant; item unum juger vineti siti in monte dicto Slu-

dener, cui ab una parte Gerhusae dictae Gotboldin et ab alia venditorum vineta censualia confinant; item unum juger cum dimidio vineti siti in monte dicto an der Setze, cui ab una Conradi dicti Huntze ab alia vero parte Friderici generi .. dictae Lônin vineta conterminant et confinant; pro pretio triginta librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in usus utiles et necessarios converso, dicta bona et jus in ipsis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato, ac recipientes ab ipso tenenda et possidenda jure emphyteotico pro annua pensione trium librarum hallensium legalium et bonorum solvenda et praesentanda annis singulis in festo vel ante festum beati Martini episcopi ad civitatem herbipolensem ad ejus curiam sine quolibet ejus damno, promittentes nihilominus dicto emtori heredibus vel successoribus de evictione dictorum bonorum proprietatis eorundem in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Frankoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda, evictione cavenda, et quod dicta pensio annis singulis persolvatur, necnon quod Conradus Heinricus et Waltherus filii venditorum cum ad annos legitimos pervenerint praesentem venditionis contractum ratificent ratum teneant et ei in antea non contraveniant dant et constituunt in fidejussores in solidum Conradum dictum Ratsam, Bertoldum dictum Betsche, Conradum dictum Dÿemar, et Conradum dictum Ratenheupt, qui quotiescumque ex parte dicti emtoris heredum vel successorum moniti fuerint in obstagium se recipere tenebuntur apud publicum hospitem in civitate herbipolensi, adjecto quod quandocumque ipsi vel heredes in solutione dictae pensionis modo et termino praedictis fuerint negligentes extunc pro poena negligentiae sponte suscepta ad solutionem sexaginta denariorum herbipolensium erunt obligati.

Testes hujus rei sunt: Conradus de Hyrsvelde clericus, Conradus dictus Rônlin de Kûngeshoven, Conradus filius venditoris, Conradus dictus Scheleme, et quamplures alii fide digni.

Datum anno domini millesimo CCC°XXVII°, feria quarta post diem beati Nicolai episcopi.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CLXV.

1328, die 11. januarii

Johannes de Tungersheim armiger et Alheydis de Witoltshusen conjuges propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Theodrico de Mospach canonico ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus suis quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum curiam suam cum pertinentiis sitam in villa Geltersheim, quam Conradus dictus Reÿnhart pro annua pensione decem maldrorum siliginis colit et inhabitat, pro pretio septuaginta librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dictam curiam et proprietatem ipsius resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato, ipsum in possessionem vel quasi ejusdem curiae inducentes corporalem, necnon omne jus in ipsa competens in ipsum emtorem heredes vel successores transferentes, promittentes nihilominus dicto emtori heredibus vel successoribus de evictione dictae curiae et proprietatis ipsius in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda et evictione cavenda dant et

constituunt in fideiussores in solidum Conradum dictum Sweygerer militem et Johannem fratrem armigerum, qui fidejussores moniti si antedictum emtorem heredes vel successores aliquod damnum seu impedimentum in dicta curia seu proprietate ipsius sustinere contigerit in obstagium se recipere tenebuntur apud publicum hospitem.

Testes hujus rei sunt: magister Bertholdus de Tŷrberg physicus herbipolensis, Eberhardus de Zymmern tabellio curiae herbipolensis, Conradus de Mergentheim scolaris domini Ludewici de Hesseburg cantoris ecclesiae herbipolensis, Conradus filius quondam Alberti apothecarii herbipolensis, et quamplures alii fide digni, vocati ad praemissa pro testibus et rogati.

Datum anno domini M°·CCC°·XX°· octavo, feria secunda post epiphaniam ejusdem.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CLXVI.

1328, die 6. martii.

Wolframus episcopus decimam necnon redditus quosdam in oppido Ossenfurt ab ecclesia herbipolensi feodi titulo procedentia ab Hiltbrando de Sawensheim resignata capitulo ecclesiae herbipolensis donat.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus presentibus et in publicam deducimus nocionem, quod

strennuus vir Hiltbrandus [1]) natus quondam Heinrici de Sawensheim dicti de Kottenheim militis miles nuper coram nobis constitutus presencialiter nobis humiliter supplicauit, quod — cum ipse honorabilibus viris . . preposito . . decano et capitulo ecclesie nostre propter affectum sincerum quem pre aliis gereret ad eos et ad ipsam ecclesiam partem decime in territorio porrochie opidi in Ossenfurt, quam a nobis et ipsa nostra ecclesia hactenus tenebat in feodum, pure donare et assignare cum omnibus suis vtilitatibus vsibus pertinenciis quesitis et inquirendis quocumque nomine censeantur decreuisset — ad huiusmodi donacionem consensum beniuolum impertiri apponere fauorabiliter curaremus.

Nos vero, penes nos super hiis deliberacione prouida prehabita, viam justicie seruare cupientes, eundem militem moneri fecimus, quem et nos ipsi monuimus diligenter, vt eandem decimam porrochiali ecclesie in Ossenfurt opidi predicti, in cuius territorio seu limitibus fructus et vtilitates ab ea prouenientes soluuntur, restitueret incessanter. Et quia jdem miles ad huiusmodi faciendam restitucionem per nos induci minime poterat et valebat, nos — attendentes non modicum fauorem juris et ecclesiarum existere, decimas et alia bona ecclesiastica a laycis detenta ab eorum detencionibus eripere, et ad vsum et jus et proprietatem personarum et locorum ecclesiasticorum prouide reuocare — memoratam decime partem, necnon quatuor librarum hallensium redditus soluendos annis singulis in festis scilicet sancte Walpurgis pro media parte et Martini pro media parte de stupa balniari [2]) dicta die hinder bade stůbe [3]) in vna curia sita in dicto opido, jtem decem solidorum hallensium redditus de curia . . dicte Gulnhouerein [4]) soluendos in ipso festo sancti Martini annis singulis, jtem vnum talentum biperis soluendum in festo beati Michahelis de vno jugere vineti siti in antiquo monte in marchia dicti opidi quod exnunc colit Aplo dictus Ecke, que quidem bona a nobis eciam tenebat in feodum jpse miles, et in nostris resignauit integraliter manibus, ipso cum instancia postulante, cum pleno rerum dominio et

[1]) In altero harum litterarum exemplari legimus: *Hiltebrandus.* [2]) B: *balneari.* [3]) B: *stůbe.* [4]) B: *Gulnhôuerein.*

proprietate tradidimus liberaliter . . preposito . . decano et capitulo eisdem ac eciam presentibus tradimus, ad eiusdem militis resignacionem et tradicionem consensum benivolum apponentes, decernentes quod . . prepositus . . decanus et capitulum predicti omnia et singula bona suprascripta cum utilitatibus et fructibus suis universis applicent suis usibus eaque teneant ac eis utantur ut eorum bonis propriis libere et fruantur.

Jn premissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur presens instrumentum de premissis confectum ad preces antedicti . . militis nostri sigilli patrocinio jussimus communiri.

Ego vero Hiltbrandus*) de Sawensheim miles prelibatus omnia et singula supra de me dicta recognosco certitudinaliter fore vera. Jn ipsius recognicionis et eorundem supra de me dictorum euidenciam meum sigillum duxi presentibus appendendum.

Datum anno domini milesimo tricentesimo vicesimo octavo, secundo nonas marcij.

*) B: Hiltebrandus.

Sigilla hinc fascio membranaceis ex utroque horum litterarum exemplari suspensa sunt.

Ille Hiltbrandi de Sawensheim integra sunt. Eorum legenda est: S. HILBRANT . VON . SAVNSHEIM.

CLXVII.

1328, die 19. aprilis.

Cunradus dictus Rûde et Guta conjuges, necnon Eberhardus frater dicti Cunradi ac Agnes conjuges, urgenti necessitate ac evidenti utilitate inspectis, concorditer justo venditionis

titulo vendunt et tradunt coadunatis animis et manibus curiam et bona sua sita in villa Geroltshusen et ejus marchia ad ipsos merae proprietatis titulo communiter pertinentia, quae colit et inhabitat ibidem Heinricus dictus Herolt, quibus ab una quondam Heinrici dicti Muntzer civis herbipolensis bona et ab alia parte campus ibidem conterminant et confinant, et quae in redditibus seu pensione annua solverunt et solvere possunt annis singulis viginti sex maldra siliginis octo tritici et sex maldra avenae cum mensura et metza herbipolensi, perpetuo dicto . . emtori vel heredibus aut successoribus expensis eorum et periculo ad locum quem voluerint praesentanda inter duo festa scilicet assumtionem et nativitatem beatae virginis, excepta avena quae ante festum beati Michaelis solvi consuevit et debebit, cum omnibus juribus utilitatibus et pertinentiis quaesitis et inquirendis quibuscumque nominibus censeantur, nullo alio pensionis seu servitutis exactionis vel etiam precariae onere aut etiam jure advocaticio praegravata, domino Eberhardo de Rŷdern decano ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se heredibus vel successoribus quibuscumque pro pretio ducentarum et octoginta librarum hallensium, per eundem emtorem in parata et bona pecunia soluto, ac in solutionem debitorum omnium et singulorum ac alias in utilitatem exposito et converso, resignantes curiam et bona eadem liberaliter cum juribus pertinentiis et utilitatibus antedictis, ea ore manu et jactu calami ut moris est omnimode et expressius abdicando, inducentes eundem emtorem in possessionem curiae et bonorum eorundem corporalem, promittentes etiam emtori de eisdem bonis plenam facere gwarandiam werschaft vulgariter nuncupatam, ac de evictione eorundem plene cavere in judicio et extra judicium prout secundum terrae Frankoniae consuetudinem de bonis proprietariis fieri est consuetum, constituentes nihilominus ipsi et ejus heredibus aut successoribus quibuslibet in dictis bonis fidejussores in solidum honestos viros scilicet Johannem pincernam de Erpach, majoris, Fridericum dictum Rûde, cantorem novi monasterii, ecclesiarum herbipolensium canonicos, necnon strennuos viros Wipertum et Eberhardum

dictos Rude germanos, Erkengerum de Randesacker, milites, necnon Hiltebrandum de Espenfelt natum quondam Hiltebrandi de Espenfelt militis pro evictione et warandia hujusmodi per ipsos seu ipsorum heredes ut praedicitur faciendis, videlicet quod si . . emtor aut ejus heredes vel successores praelibati aliquod damnum seu impedimentum in evictione vel warandia dictorum bonorum sustinuerint extunc dicti . . fidejussores et quilibet eorum ex parte emtoris heredum aut successorum eorum moniti debebunt et tenentur, uno se per alterius eorum contradictionem negligentiam voluntatem vel etiam absentiam [non excusaturo], omni impedimento et causa cessantibus, in eorum et heredum eorum damnum obstagare per se seu quivis eorum praepeditus uno equo et famulo in civitate Herbipoli apud publicum hospitem sine vara donec damna impedimenta si quae emtorem aut praefatos heredes vel successores in dictis bonis seu eorum warandia sustinere contigerit sublata fuerint sine damno emtoris heredum vel successorum eorum penitus et remota.

In praemissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur Conradus et Eberhardus germani venditoris supradicti domino decano emtori praesentes litteras de praemissis ex ipsorum jussu conscriptas tradunt, suis sigillis — sub quibus et Guta et Agnes contorales legitimae jam dictorum venditorum recognoscunt praesentem venditionis contractum sic celebratum, ac omnia et singula in eo contenta et de ipsis dicta sic acta et vera fore — certitudinaliter consignatas.

Testes hujus contractus sunt: religiosus vir frater Waltherus de Ryedern, Gotzo famulus Eberhardi venditoris, dictus Schillinc famulus Wiperti dicti Rude, praedictorum, et plures alii fide digni.

Actum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, die dominica post diem beatorum Tiburtii et Valeriani martyrum.

Octo sigillorum fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum non nulla plus minus laesa sunt.

CLXVIII.

1328, die 3. junii.

Sententia in causa quae inter monasterium in Kitzingen et Heinricum Foerster oppidanum in Kitzingen vertebatur lata.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus et in publicam deducimus noticiam presencium per tenorem, quod anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octauo, sexta feria festum beatorum Bonifacij et sociorum eius proxima precedenti, dilecta in Christo . . abbatissa monasterij in Kitzingen ordinis sancti Benedicti nostre dyocesis suo et ipsius monasterij sui nomine, et Heinrico dicto Schiter oppidano in Kitzingen (procuratore Heinrici dicti Fôrster oppidani ibidem) nomine eiusdem Heinrici coram nobis in figura judicij constitutis, jdem procurator (plenum ad hoc ab eodem Heinrico mandatum habens) infrascriptas actiones, quas eidem Heinrico ad predictam . . abbatissam et monasterium suum competere asserebat, super quibus eciam actionibus eadem . . abbatissa ipsi Heinrico suove procuratori predicto nomine ipsius in prescripto termino coram nobis (prout inter partes ipsas antea condictum extitit) se facturam astrinxit indilate iusticie complementum, proposuit coram nobis.

Quibus propositis et auditis, eadem . . abbatissa (suo et dicti monasterij sui nomine suam exhibens negatiuam) se et idem monasterium suum juramento per eam super hoc corporaliter prestito probauit predicto Heinrico dicto Fôrster in nullo prorsus preter quam in sex libris hallensium occasione equi deperditi et duodecim maldris auene racione seruicij ipsi . . abbatisse et monasterio suo per ipsum Heinricum exhibiti obligari aliqualiter vel astringi.

Quibus peractis milites ecclesie nostre ministeriales tunc presencialiter coram nobis constituti ac per nos prout moris est sub fidelitatis omagio requisiti sententialiter dictauerunt, quod memoratus Heinricus dictus Fôrster Fridericum de Meunstocheim. prefate . . abbatisse et suo monasterio attinentem ac in bonis suis residentem, quem occasione actionum de quibus premittitur captiuauerat, indempniter restituere teneretur pristine libertati quamprimum sibi per dictam abbatissam pecunia et auena de quibus premittitur fuerit persoluta.

Actiones vero quas dictus procurator nomine Heinrici Forsterij prenotati contra sepedictam . . abbatissam et suum monasterium proposuit sunt tales. Prima, quod ipsa abbatissa ipsi Heinrico Fôrster viginti quatuor jugera lignorum in nemore suo prope Kitzingen dicto Fôrste astrinxerit se daturam. Secunda, quod pro octo vrnis vini vel circa ad ipsam abbatissam spectantibus, per quas quoddam vas ipsius Heinrici Fôrster in cellario monasterij Kitzingen repositum ipsa abbatissa impleri mandauit absque scitu ipsius Heinrici, vt asseruit, oportuerit ipsum prefate abbatisse decem libras hallensium persoluere pecunia in parata. Tercia, quod — cum ipse Heinricus prefate abbatisse centum libras hallensium mutuasset, hac condicione apposita quod illas sibi sine dampno in certis terminis persoluere teneretur — ipsa tamen (licet eandem pecunie summam sibi persoluerit) nondum de dampnis que racione dicti mutuj se asseruit recepisse et ad summam centum librarum hallensium vel citra estimauit satisfactionem exhibuerit et fecerit conpetentem. Quarta, quod in seruicio abbatisse predicte dampna ad summam sexaginta librarum hallensium in equis perditis recepisset. Quinta et vltima est, quod ipsa abbatissa sibi in duodecim maldris auene fuerit obnoxia et astricta.

Jn premissorum quoque omnium et singulorum testimonium has conscribi fecimus litteras, ac sigilli nostri patrocinio roborari.

Actum et datum Herbipoli, in palacio nostro, anno et die predictis; presentibus honorabilibus viris Emchone de Brunnecke, Wolframo pincerna de Rosseberg seniore, Ottone Wolueskel archi-

vel cautela, nec contrauenienti sev contrauenientibus quicumque fuerint aliqualiter consentire. sed magis nos opponere sine omni vara verbo et opere effectualiter cuilibet homini antedicto Nycolao sev aliis possessoribus dictorum bonorum questionem litem grauamen mouenti seu mouere volenti quomodolibet super curia orto et pertinenciis predictis, et huiusmodi impedimentum deponere nostris laboribus et expensis.

Nos quoque Conradus Krafto et Gotfridus domini de Hohenloch predicti ad petendum et obtinendum bona fide confirmacionem et auctorizacionem apud venerabilem patrem et dominum . . herbipolensem episcopum predictum super prelibato contractu ac renunciacionibus premissis sicut eciam sub certis penis litteris nostris nos Conradus nos aliâs astrinximus, et cum per ipsum Nycolaum sev dictorum bonorum possessores ad hoc requisiti fuerimus nos certitudinaliter astringimus per presentes.

Nos vero Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis predictus ad peticionem Gotfridi et Elizabeth sue coniugis predictorum contractum per antedictos venditores celebratum, prout in jnstrumento super hoc confecto plenius continetur, necnon renunciaciones ratificaciones approbaciones ac omnia et singula premissa in jnstrumento presenti contenta et preexpressa ratificamus confirmamus auctorizamus et presentibus approbamus. Jn eorundem quoque auctorizacionis ac omnium et singulorum premissorum testimonium et roboris perpetui firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum.

Nos eciam Gotfridus et Elizabeth coniuges, necnon Conradus et Krafto, venditores predictorum bonorum, approbamus prefatam renunciacionem, et in eius inuiolabilem obseruanciam pro nobis et nostris heredibus bona fide nos astringimus per presentes. Et in omnium et singulorum premissorum euidenciam et certitudinem ampliorem sigilla nostra ex certa nostra sciencia presentibus sunt appensa.

Datum anno domini M°·CCC°·XXVIII°., feria quarta proxima post festum beati Bonifacij martiris.

Sigillorum quinque quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum quatuor supersunt; illud Wolframi episcopi periit.

Litterae quarum sub num. CLXXII pag. 344 et 345 mentio fit, die 8 mensis augusti exhibitae, huc conferri poterunt.

CLXX.

1328, die 16. junii.

In praesentia officialis curiae herbipolensis constituta Felicitas dicta Schellin dat donat et tradit donatione causa mortis Conrado dicto Zolner de Michelvelt armigero bona infrascripta cum pertinentiis sita in minori Langheim.

Item Ulricus dictus Rebenlin dat de bonis suis sextam dimidiam unciam denariorum.

Item Heinricus dictus Riche,.. dictus Menrich et Kunegundis dant de curia quam inhabitant annis singulis sedecim maldra siliginis et octo maldra avenae.

Item Bertholdus dictus Friderich dat annis singulis sexaginta denarios.

Item Kunegundis dicta Butelin dat annuatim sexaginta denarios.

Item Albertus dictus Herolt dat annis singulis triginta denarios.

Item Conradus dictus Crodan dat annuatim unum solidum denariorum.

diacono, Wolframo pincerna juniore, canonicis ecclesie nostre; necnon viris discretis Conrado plebano in Kitzingen, Heinrico cappellano monasterij ibidem; Conrado Muffelger plebano in Byberch; strennuo viro Heinrico de Tettelbach milite; necnon Gotzone dicto Saltzman, Sifrido dicto Muffelger, Heinrico dicto Munch, oppidanis in Kitzingen; Heinrico dicto Greuenberger centgrauio nostro ibidem; et pluribus aliis fidedignis.

Wolframi episcopi sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

CLXIX.

1328, die 8. junii.

Wolframus episcopus renuntiationem omnis juris curiam grozzen Burcheim spectantis a Gotfrido et Elisabeta conjugibus de Hohenloch erga Nicolaum canonicum ecclesiae novi monasterii herbipolensis factam confirmat.

Jn nomine domini amen.

Nos Gotfridus dominus de Hohenloch necnon Elizabeth matrona nobilis coniuges recognoscimus et presentibus in publicam deducimus nocionem, quod pari voto renunciauimus et in hiis scriptis communiter renunciamus sponte et non per errorem facti juri si quod in presenciarum nobis competeret vel eciam in futurum videretur sev posset quoquo modo competere in curia dicta grozzen Burcheim orto alijs que suis pertinenciis sibi contiguis sitis in ciuitate herbipolensi, olim per nobiles viros quondam Kraftonem de Hohenloch patrem necnon Conradum et Kraftonem germanos scilicet nostri Gotfridi predicti quondam Conrado de Nortemberg ciui herbipolensi et suis heredibus venditis et traditis, ex eo videlicet quod tempore alienacionis dicto-

rum bonorum ad etatem legitimam qua de jure vendiciones et alienaciones facere possemus nos Gotfridus predictus adhuc nondum tunc peruueneramus, et quod sigillum nostrum quod dicitur appositum jnstrumento dicte vendicionis diximus hactenus pluries et notorie sculptum absque scitu et mandato nostro ac eciam sine scitu et mandato nostro appositum fore, et vniuersaliter cuiuslibet juris — scilicet ecclesiastici et mundani — et cautele suffragio quibus juuari possemus ad impugnandum alienacionem prelibatorum bonorum per . . patrem et germanos nostros predictos factam, huiusmodi jus et impeticiones ambo insimul manu coadunata pro nobis nostrisque heredibus ore et jactu calami vt moris est a nobis in hiis scriptis integraliter abdicantes. Eundem quoque contractum vendicionis per prefatos venditores celebratum ratificamus et approbamus secundum totum tenorem in jnstrumento desuper confecto expressum necnon presentibus et laudamus.

Promittimus eciam stipulacione sollempni ad manus venerabilis domini nostri Wolframi herbipolensis episcopi a nobis stipulanti pro coheredibus — scilicet pro nobilibus viris Conrado et Kraftone dominis de Hohenloch germanis, necnon nobilium virorum Bopponis de Hennemberg, Ludowici junioris de Rynecke, comitum, et domini Vlrici de Hanawe vxoribus sororibus — et specialiter pro heredibus nostris a nobis descendentibus discreto viro Nycolao sacerdoti canonico ecclesie noui monasterii herbipolensis, dictorum bonorum exnunc possessori, et aliis quorum interest sev in futurum interierit, de euictione dictorum bonorum prorsus cauere, et de eis plenam warandiam facere velut de bonis proprietariis censualibus sev quibuscumque aliis iuxta terre Franckonie et ciuitatis herbipolensis consuetudinem fieri est consuetum.

Promittimus eciam in hiis scriptis fidedata ad manus prefati domini . . episcopi sic quod sit fides huiusmodi juramentum, prelibatam nostram renunciacionem attendere seruare inuiolabiliter, et nos non contra venturos vllo ymquam tempore per nos vel per alios directe vel indirecte publice vel occulte alicuius eciam ingenij studio

CLXXII.

1328. die 8. augusti.

In officialis curiae herbipolensis constitutus praesentia discretus vir Conradus de Wizzenburch sacerdos, rector parochialis ecclesiae in Wickersheim, confessus fuit publice et sponte, non per facti errorem, se a nobili viro domino Conrado de Hohenloch necnon a nobili matrona domina Elizabeth nobilis viri domini Gôtfridi de Hohenloch uxore nomine et mandato venerabilis domini Wolframi herbipolensis episcopi in obedientiam et conscientiam sibi facto divisim et singulariter fidem manualem recepisse, sic videlicet quod sit fides hujusmodi juramentum, sub anno domini M°·CCC°·XVIII°·, sabbato proximo post diem beati Jacobi apostoli, in coenaculo dicti domini de Hohenloch in Wickersheim — praesentibus nobili viro domino Gôtfrido de Hohenloch praedicto, et strennuis viris Conrado de Boltzhusen milite, Boppone de Obersvelt, Rûdigero dicto Smelzenbri de Kregelingen, Gernodo de Lutenbach, Gotfrido dicto Steygerwalt, Heinrico Balistario, armigeris, et pluribus aliis fidedignis, ad hoc pro testibus vocatis et rogatis — scilicet quod eaedem personae contractum renuntiationis omnis juris si quod eis competeret in curia grozzen Burkheim sita in civitate herbipolensi ratum et gratum haberent et tenerent in perpetuum, [et] quod ipse dominus Conradus de Hohenloh litteras super eodem contractu conceptas et scriptas sigillari sigillo praelibati domini episcopi in ampliorem ejus certitudinem et firmitatem suis precibus obtinebat.

Testes hujus confessionis sunt honesti viri domini Johannes de Kûngeshoven, Heinricus Willekin de Wertheim, Heinricus Virenkoren,

canonici, Johannes de Hallis. Conradus de sancto Laurentio, Heinricus Schillinch, Conradus Horant, Fridericus de Wisentpach, vicarii ecclesiae novi monasterii herbipolensis; et plures alii fidedigni, vocati ad hec pro testibus et rogati.

Datum anno domini M°·CCC°·XXVIII°., feria secunda proxima ante diem beati Laurentii.

Sigillum officialis curiae herbipolensis una cum sigillo Conradi de Wizzenburch fasciis membranaceis ex hoc documento suspensum est.

Litterae quarum sub num. CLXIX pag. 338—341 mentio facta est, die 8 mensis junii exhibitae, huc conferri possunt.

CLXXIII.

1328, die 9. augusti.

Wolframus episcopus compositionem litis inter coenobium s. Agnetis herbipolense et Heinricum Mŏtze una cum Heinrico et Agnete de Crentse conjugibus de quinque jugeribus vineti in marchia Telheim sitis exortae confirmat.

Jn nomine domini amen.

Nos Wolframus dei gracia episcopus ecclesie herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum inter dilectas in Christo . . abbatissam et conuentum sanctimonialium cenobij sancte Agnetis intra muros herbipolenses ordinis beate Clare ex vna, necnon virum discretum Heinricum dictum Mŏtze nobilis viri Heinrici comitis de Hennemberg senioris notarium, ac Heinricum de Crentse armigerum et Agnetam coniuges parte ex altera, super quinque jugeribus vineti in territorio sev marchia Telheim in vna

pecia sitis, quibus ab vna parte versus villam . . dicti Cyse de Bybelrîth et ab alia honorabilis viri Heinrici de Reynstein senioris archidiaconi ecclesie nostre vineta conterminant et confinant, lis sev questio suborta foret in hunc modum: Heinricus notarius et Agnes predicti dicta vinearum jugera ad olim patrem suum jure hereditario pertinuisse affirmabant, et deinde ex successione paterna illa ad eos fore rite et legitime deuoluta, jn contrarium vero prefatis sanctimonialibus asserentibus ipsum vinetum questionis jure proprij per curricula plurimorum annorum et tamquam aliud suum proprium possedisse — tandem antedicti coniuges (Heinrico tamen notario absente) in virum strennuum Cunradum dictum Esel de Jllesheim militem. antefate vero sanctimoniales in virum strennuum Heinricum de Tetelbach militem et virum prouidum Johannem de Ariete seniorem ciuem nostrum herbipolensem de consilio suorum hincinde amicorum tamquam in arbitros arbitratores sev amicabiles compositores compromittere curauerunt. sollempni stipulacione promittendo vt quicquid super premissis inter eos arbitrarentur se velle firma et rata tenere, nec vllo vmquam tempore contrauenire aliquo ingenio studio vel cautela, sev eciam contrauenienti vtrimlibet eorum nomine aliqualiter assentire.

Qui quidem arbitri arbitratores sev amicabiles compositores de vtriusque partis scitu beneplacito et consensu pronunciando diffinierunt et diffiniendo pronunciauerunt, primo videlicet quod ante omnia prelibate sanctimoniales ac earum procuratores ipsi Heinrico (de) Crentse nostram graciam, . . ciuium ciuitatis nostre herbipolensis ac aliorum amicorum cenobij amiciciam obtinere deberent, vara qualibet postergata, pro quibus obtinendis ordinandis et procurandis viri prudentes Johannes de Ariete supradictus, Johannes dictus Fuhs, Johannes et Kûningus dicti Brûnlin fratres, Hermannus Rote, Woluelinus dictus Fuhs, Johannes de Ariete junior, et Engellinus dictus von Bocke, ciues nostri herbipolenses, se nomine dictarum sanctimonialium obligarunt. Hiis itaque completis, prelibati coniuges renunciarent omni juri actioni et impeticioni ipsis competentibus ad sanctimoniales

et earum cenobium occasione vineti sepefati, necnon resignarent et a se abdicarent ore manu et calamo omne jus quod ipsis hactenus compecijt et in antea competere posset simpliciter et precise.

Receperunt nichilominus super se ijdem coniuges Heinricum notarium supradictum propter sui absenciam, vt infra mensem a die composicionis pretaxate premissa omnia et singula firma et rata teneret, necnon renunciaret omnibus quem ad modum ordinatum extitisset, pro quibus quidem ordinandis et procurandis viri strennui Heinricus de Tetelbach miles prenominatus et Heinricus dictus Mûnch armiger se nomine dictorum coniugum astrinxerunt.

Que inquam omnia vniuersa et singula preexpressa totaliter consummata et ad finem perducta per partes hincinde fore recognoscimus, prout nobis facta est plena fides; eaque rata et grata habentes, ad preces parcium sepenominatarum presenti jnstrumento de premissis ex nostro iussu confecto et omnium supradictorum certidinem et testimonium ac eciam cuiuslibet roboris firmitatem sigillum nostrum duximus apponendum.

Nos vero Margareta abbatissa et conuentus sanctimonialium cenobij memorati, necnon Heinricus dictus Motze notarius, Heinricus de Crentse et Agnes coniuges, prescripti, omnia et singula supra de nobis scripta et narrata recognoscimus in hiis scriptis et sub prelibato sigillo certitudinaliter fore vera.

Testes vero omnium premissorum sunt viri religiosi: frater Sifridus procurator siue magister, frater Hartmannus de Ezzelingen, frater Heinricus de Hernsheim, dicti cenobij conuersi; frater . . dictus de C(r)entse cenobij sanctimonialium ad Celiportam conuersus ordinis cysterciensis; necnon viri strennui: Heinricus dictus Huzzelin, et Johannes dictus de Hocheim, armigeri; jtem viri prudentes: Conradus de Verspach, Heinricus et Conradus fratres dicti Zichelin, Bertoldus dictus Centgreue de Eysleibe, Gotzo dictus Ballebach in foro ouorum, ciues nostri herbipolenses; et quamplures alij fidedigni.

Datum Herbipoli, anno domini M° trecentesimo XXVII°, in vigilia beati Laurencij martiris.

[illegible]

CLXXVI.

[illegible]

Syfridus de Crathein vicariam a se in summo altari s. Kiliani ecclesiae herbipolensis institutam bonis et redditibus dotat.

In nomine domini amen.

Contencionis prestat materiam oblivio rei gesto. Unde multis occurritur periculis vilior et prodeuntur, quociens actus temporales litterarum testimonio perhennantur.

Hinc est quod nos Bertoldus de Grünbach prepositus, Eberhardus de Ryedern decanus, ac capitulum ecclesie herbipolensis tenore presencium ad perpetuam rei memoriam in publicam deducimus noticiam, quod a discreto viro Syfrido dicto de Crathein clerico herbipolensi nostro et ecclesie nostre predicte nomine recepimus trecentas libras hallensium in prompto et numerata pecunia pro annuis redditibus, videlicet quadraginta maldris siliginis, per nos ad suum granarium in ciuitate herbipolensi quod ad hoc duxerit deputandum cum mensura herbipolensi metae vigorem nuncupata dandis solvendis et presentandis annis singulis ante festum beati Michaelis archangeli nostris laboribus et expensis sibi seu vicario qui pro tempore fuerit vicarie quam predictus Syfridus fecit et instituit in summo altari sancti Kiliani dicte ecclesie nostre. Ad quam vicariam pro vicario eiusdem Bertoldum

filium quondam Cunradi fratris sui elegit et exnunc prout extunc eligit. Et post mortem ipsius Syfridi . . decanus qui in ecclesia herbipolensi fuerit pro tempore ipsam vicariam conferat actu ydoneo sacerdoti. Qui sacerdos seu vicarius perpetuo singulis diebus infra pulsum prime missam dicet in eodem altari sancti Kyliani in suis preparamentis propriis, oblaciones tamen suis vsibus applicabit. Jdem quoque Syfridus eandem vicariam dictis redditibus vna cum bonis alijs, videlicet tribus jugeribus sitis in marchia Randersacker in loco dicto Altenauwe, et duobus jugeribus vineti siti in marchia Lindelbach in loco dicto Tahenbûch, que quidem quinque jugera Fridericus dictus Dyrre et sui heredes pro media parte fructuum vini in eisdem crescentis iure hereditario colunt et tenent, jtem quatuor jugeribus vineti siti in dicta marchia Randersacker in monte dicto Lemmerberg, jtem quatuor maldrorum siliginis et octo pullorum carnispriuialium redditibus quos in Stetebach habere dinoscitur, et redditibus decem librarum hallensium per ipsum vel suos fideiconmissarios de bonis suis conparandis dotauit ob diuine remuneracionis intuitum perpetuo duraturam jn dicto summo altari ecclesie nostre predicte. Prefatusque Syfridus seu vicarius predictus memoratas quadraginta maldrorum siliginis redditus a nobis et ecclesia nostra vt premittitur tamdiu percipient quousque ipsi Syfrido seu vicario predicto alios annuos redditus comparauerimus certos et perpetuos jn bonis certis pro trecentis libris hallensium antedictis, videlicet quadraginta maldrorum siliginis redditus, vel plures seu pauciores secundum quod tunc temporis pro antedicta pecunia secundum rerum exigenciam venales poterimus inuenire. Ad solucionem quoque dictorum reddituum eo modo quo predicitur per nos faciendam nos et nostros successores necnon ecclesiam nostram predictam presentibus obligamus.

Licitum est tamen prenominato Syfrido, prelibatos redditus cum alijs bonis et redditibus per ipsum Syffridum dicte vicarie deputatis ac deputandis retinere percipere et conuertere in vsus suos quoscumque quo aduixerit secundum quod sue placuerit voluntati, renunciantes super premissis singulis et vniuersis omni auxilio iuris

canonici et ciuilis per quod predictus contractus aut aliquid in eo contentum posset per nos sev per alios de iure vel de facto inposterum infirmari aut aliqualiter viciari.

Jn singulorum et vniuersorum testimonium predictorum presenti pagine ex certa sciencia sigillum nostri capituli est appensum.

Preterea ego Syfridus prefatus recognosco premissa omnia et singula que de me supra narrantur esse vera, et ad eorundem obseruantiam me et meos fideconmissarios seu successores firmiter obligo et astringo sub sigillo honorabilis viri domini . . officialis curie herbipolensis, quod ad preces meas presentibus est appensum. Quod nos iamdictus . . officialis — recognoscentes premissa coram nobis taliter esse gesta — ad preces predicti Syfridi jn premissorum testimonium duximus presentibus appendendum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo vicesimo octauo, feria tercia proxima post diem beati Michahelis archangeli.

Ex utroque harum litterarum exemplari bina quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis suspensa sunt.

CLXXV.

1328, die 27. octobris.

1.

Heinrich von Hohenloch und seine Gattin Elizabeth verkaufen ihren Theil der Stadt Volkach mit anderen Besitzungen unter dem Vorbehalt des Wiederkaufes an das Hochstift Wirzburg.

Jn gotes namen amen.

Wir Heinrich von Hohenloch vnd fraûwe Elizabeth,

tohter etwenne greuen Vlrichs von Hûnemburg seligen, sin elich wirtinne, veriehen offenlich an disem gegnwertigm brief vnd tûn kunt allen den die in sehen hôrn oder lesen lebendigen vnd kûnftigen, daz wir von schulden wegn die wir schuldig sin vnd von notlichen vnd redlichen sachen mit verdahtem mût mit vereintem willen vnd mit gesammenter hant habn ze kaufen gebn vnd verkaufen an disem brief reht vnd redelich dem êrwirdigen vater in got vnd herren bischof Wolframe ze Wirtzeburg vnd sinem gotzhus vnsern teyl der stat ze Volkach mit vorwerken, hôuen, husern, garten, wisen, eckern, weyden, holtzern, wazzern, vischweiden, gulten, cinsen, zehenden, nutzen, bêten, stûren, vêllen, gerichte, gewalt, gebietten, luten vnd guten, vnd mit allem dem daz dar zu gehôrt in stat vnd in velde, ez si gemein oder vngemein, swie ez genant si, besûcht vnd vnbesûcht, gebuwêt oder vngebuwêt, vnd besûnderlich zwen morgen wingarten die zu der stat niht gehôrn vnd sin gelegn vzzerhalbe der selben stat an einem berge heizzet der Huswirt, dar zu fumf fûder wingûlt in dem dorf ze Sumerach daz vogtwin heizzet oder swaz sin da wirt daz zu vnserm teyl der vogttey gehôrt, vnd die ze lehen gent von vnserm vorgenanten herren bischof Wolfram vnd sinem gotzhus ze Wirtzeburg, mit allem rehte vnd mit aller vorderung als wir vnd vnser vordern die biz her inne gehabt haben besezzen vnd genozzen, ane die vischweide vnd den zol vf dem Meûn, wan die gehôrn zu der vesten ze Halberg. Vnd habn in die ze kaufen gebn ze rehtem kauf vmme fûmfzehenhundert pfunt genger vnd guter heller, ie daz pfunt geltes vmme fûmfzehen pfunt heller. Wir haben auch die zehen pfunt heller ierlicher gulte die der edel man vnser lieber ôheim greue Friderich von Kastel vns vormals hat ze kaufen gebn vf sinem teyl der vorgenanten stat ze Volkach vmme hundert pfunt heller, also bescheidenlich daz er oder sin erben die widerkaufen mugen vmme daz selbe gelt alle jar vor sant Mertins tage an geuerde — auch mugen si die selben gulte wider kaufen nach sant Mertins tag, doch also daz die selbe gulte des jares uorgevallen si — furbaz unserm vorgenanten herren bischof Wolframe vnd sinem gotzhus ze Wirtzeburg ze kaufen

geben vnd verkaufen an disem brief vnd hundert pfunt heller i allem dem rehte als si vns vormals verkauft sin.

Der sehtzehenhundert pfunt heller hat vns vnser vorgenante herre bischof Wolfram ze Wirtzeburg mit bereitem vnd gezaltem gelte gar vnd gentzlich gewert, vnd habn die in vnsern nutz gewendet, vnd setzen vnsern vorgenanten herren bischof Wolfram vnd sin gotzhus ze Wirtzeburg in rûwig vnd nutzelich gewer des vorgenanten teyls der stat ze Volkach vnd aller der vorgeschrihen gulte vnd gut. Wir habn vns auch gevzzerde vnd verschozzen für vns vnd alle vnser erben mit munde mit hande vnd mit haim als gewonlich ist, vnd vzzern vnd verschiezzen vns an disem brief aller der rehte die wir an den vorgenanten gulten vnd guten allen biz her gehabt habn oder gehabn mohten, vnd habn die an vnsern vorbenanten herren bischof Wolfram vnd sin stift ze Wirtzeburg mit vollem gewalt vnd gantzem rehte gewendet vnd gekéret. Wir habn vns auch abgetan vnd verzigen, vnd tûn vns abe und verzihen an disem brief aller hilfe beide geistlicher vnd wertlicher gerichte da mit wir oder vnser erben vns behelfen mohten wider disen vorgenanten kauf oder dise hantueste die wir darvber gegebn habn, oder wider dehein stucke daz darinne begriffen ist.

Auch habn wir gelobt vnd gelobn an disem brief, si ze wern aller dirre vorgenanten gûlte vnd gût, eygen nach eygens rehte, lehen nach lehens rehte, als Frankenlandes reht ist, vor einem rehten lantrichter vnd vor anders niemant, ob si mit dem rehten ansprech vrden. Vmme die selben werschaft habn wir in ze bûrgen gesetzet vnuerscheidenlich vnsern lieben bruder hern Friderich von Hohenloch techant ze Babenberg, Hiltmarn von Nezzelnbach, Friderichen den langen Mûffelger ritter, vnd Albreht von Wipfelt kneht, alsô bescheidenlich: ob wir den vorgenanten vnsern herren bischof Wolfram vnd sin gotzhus ze Wirtzeburg der egenanten gûlte vnd gût aller niht wêrten als vorgesprochen ist, swenne danne er oder sin vorgenantes gotzhus ze Wirtzeburg die egenanten burgen ermanent, so sol ir

ieglicher nach dem vnd sie gemant werden ein pfert in die leystunge legen ze Wirtzeburg ze einem offen wirte, als lang vf vnsern schaden ze leysten biz daz wir die vorgenanten werschaft habn vzgerichtet als vor gesprochen ist. Wer auch daz der burgen keiner abe gieng, oder vom lande fûre, des got niht enwolle, so sullen wir in ein andern als gewizzen ân geuerde an des selben stat inwendig vier wochen setzen dar nach so wir gemant werden. Teten wir des nit, so sullen die andern bûrgen leysten als vorgeredet ist als lange biz daz geschiht. Swenn auch sich der leystenden pherde einz verleystet, oder in der leystung abe gienge, swes daz gewesen ist, der sol ie ein anders an des selben stat stellen ân geuerde als ofte vnd als dicke vnd daz geschiht.

Auch hat vnser vorgenanter herre bischof Wolfram mit sines capitels wort von besunderr fruntschaft die er zu vns hat die gnade getan, daz wir, oder vnser erben, ob wir erben mit ein ander gewnnen, oder ob wir Heinrich von Hohenloch der vorgenant mit einer andern fraûwen die vnser elich husfraûwe wêr her nach erben gewnnen, vnd auch vnser lieber bruder her Fridrich von Hohenloch, techant ze Babenberg, den vorgenanten teyl der stat ze Volkach mit den zwein morgen wyngarten an dem Huswirt vnd mit dem vogtwin ze Sumerach vnd mit allem dem daz dar zu gehort vnd hie vor geschribn vnd benant ist wider kaufen mûgen vmme die vorgenanten fumfzehenhundert pfunt heller mit vnser selbs gelt vnd vns selber ze habn vnd anders niemant an geuerde von sant Peters tag der da gevellet vmme die fasenaht vnd nu schierst kûmt vber drû jar, dar nach in drien jârn die an vnderlazze nach ein ander komen ie des jars an dem vorgenanten sant Peters tag oder in vierzehen tagen da vor oder dar nach aller nehst. Auch mûgen wir oder vnser vorgenanten erben die vorgenanten zehen pfunt geltes die vnser egenanter ôheim greue Fridrich von Kastel vf sinem teyl der stat ze Volkach vns vnd wir fûrbaz vnserm vorbenanten herren bischof Wolframe vnd sinem gotzhus ze Wirtzeburg ze kaufen habn gebn als vor geredet ist wider kaufen in den selben drien jaren vmb hundert

pfunt heller ze sogtanen ziln vnd in der wise als hie vorgeschribn stet, ob si vnser vorgenanter ôheim oder sin erben in des nit wider kauft habn. Wern aber wir, vnser erben von den vor geredet ist, vnd vnser vorbenanter bruder in dem lande nit, oder wern anders hie ze lande bekummert oder gehindert von notlichen vnd redelichen sachen, daz wir zu dem widerkauf selber nit komen mohten an geuerde, so mugen vnser wissentlich boten — si sin ritter oder knehte, christen oder juden — mit vrkunden die kûntlich weren den widerkauf aller dirr vorgeschribn gulte und gut tun von unsern wegen vnd an vnserr stat mit vnser selbs gelt vnd vns selber ze habn in aller der wise als vor geredet ist; vnd sullen vnser vorgenanter herre bischof Wolfram, sin nachkumen, sin capitel, oder des vorgenanten gotzhus pfleger, ob nit bischofes wer, den vorgenanten widerkauf vns, vnsern vorgenanten erben, vnserm egenantem bruder, oder vnsern vorbenanten boten stet halten an als geuerde vnd ane aller wider rede, vnd mit deheinerhand sache verziehen. Wer aber daz wir den vorgenanten teyl der stat ze Volkach mit den zwein morgen wingarten dem vogtwin vnd mit allem dem daz dar zu gehort vnd vor genant ist nit widerkauften in den vorgenanten drien iaren ze sogetann ziln als vor geredet ist, so sint si vnserm vorgenanten herren bischof Wolframe vnd sinem gotzhus ze Wirtzeburg lediclich veruallen, vnd sullen si furbaz ewiclichen vnd eygenlichen mit allem rehte inne habn besitzen vnd niezzen als ander ir gut.

Wanne wir auch vf zwein houen in der stat ze Volkach vnd vf andern guten die dar zu gehorn vormals verkauft habn Heinrichen von Vâre kelner zu Klingemberg vnd sinen erben ein halbe pfunt heller geltes vnd viertzich vnd sibenthalbe malter weizze vnd korn gulte vmme zwei hundert vnd fûmf vnd ahtzich pfunt heller, alsô daz wir oder vnser erben die selben gulte vmme in oder sin erben wider kaufen mûgen vmme daz ietz genant gelt nu von sant Peters tag dem vorgenanten in siben jaren ie des jars an dem selben sant Peters tag oder in vierzehen tagen dar vor oder dar nach, so habn wir

vnserm vorbenanten herren bischof Wolfram vnd sinem gotzhus ze Wirtzburg vollen gewalt gegebn vnd gebn an disem brief daz si die selben gult nu vmme sant Peters tag oder dar nach in welhem der siben jar si wollen an vnser stat widerkaufen mugen vmme daz vorgenant gelt. Vnd ist daz daz si die selben gult vmme den vorgenanten Heinrich von Vâre oder sin erben widerkauften als vor geredet ist, so mugen wir si vmme in, sin nachkumen, oder daz gotzhus ze Wirtzburg fürbaz wider kaufen vmme daz vorbenant gelt zwei hundert vnd fumf vnd ahtzich pfunt heller mit dem vorbenanten teyl der stat ze Volkach in den drien jaren in den wir daz selbe teyl widerkaufen mugen als vor geschribn stet, oder in einer jars frist daz dar nach aller nehst kûmt, ie des jars vmme sant Peters tag des vorgenanten vierzehen tage vor oder vierzehen tag dar nach. Gescheh aber daz wir des vorgenanten teyls der stat ze Volkach vnd der gut die wir dar mit verkauft habn widerkauf versumeten in den vorgenanten drien jaren, so sol auch des halben pfundes heller vnd der vierzich vnd sibenthalbe malter weizze vnd korn gulte mit dem selben teyl der stat ze Volkach weingarten vnd vogtwin vnd mit allem dem daz dar zu gehôrt gar vnd gentzlichen mit allem rehte veruallen sin an vnsern vorbenanten herren bischof Wolframe vnd sin gotzhus ze Wirtzeburg, vnd daran eygenlich ewiclichen beliben, alsô bescheidnlichen daz vnser oftgenanter herre bischof Wolfram sin nachkumen sin gotzhus oder des gotzhus pfleger ob nit bischoues were in einem vierteil eins jars nach dem daz die vorgenanten gulte vnd gut veruallen wern hundert pfunt heller gebn vnd antwrten sollen vns oder dem oder den dem oder den wir bi lebendigen vnsern liben oder an vnsern todbetten gemachet vnd bescheidn heten ze gebn. Wer auch daz wir vnsem vorgenanten herren bischof Wolfram vnd sin gotzhus ze Wirtzeburg iezund nit volle gewern mohten vf dem vorgenanten teyl der stat ze Volkach, den zwein morgen wyngarten, vnd dem vogtwin, vnd allem dem daz dar zu gehôrt hundert pfunt heller gulte als si in von vns angeslagen sin, so sullen wir vnserm vorgenanten herren der fumfzehenhundert pfunt heller so vil abe slahen als vil sich da fur

gebûrt, ie fur ein pfunt geltes fumfzehen pfunt heller. Wer aber daz wir mer danne hundert pfunt heller gult werten, so sol vnser vorgenanter herre, sin nachkumen, oder sin gotzhus ze Wirtzeburg, ob sich die gut vergiengen, daz wir die nit widerkauften, vns dem oder den dem wir die bi lebendigen vnsern liben oder an vnsern todbetten gemachet vnd bescheiden heten ze gebn, dar nach in zwein manden so si vergangen wern fur die vberigen gult vber hundert pfunt geltes zû gebn, ie fûr ein pfunt gelts fumfzehen pfunt heller.

Mer ist gerette, wer daz daz wir, vnser erben von den vor gerette ist, oder vnser vorbenanter bruder die egenanten gulte vnd gut alle widerkauften als vor gesprochen ist, vnd wir die dar nach wider wolten oder mûsten verkaufen, von welherhande sachen daz wêre, so sullen wir sie unserm vorbenanten herren bischof Wolfram sinen nachkumen oder sim vorbenanten gotzhus ze Wirtzburg des ersten anbieten, vnd in die ob si wollen vor andern luten ze kaufen gebn an geuerde. Wellen aber sie die nach dem und wir sie die an gebieten in zwein manden an geuerde nit kaufen, so mugen wir die vorgenanten gulte vnd gut alle verkaufen swem oder wa wir wollen. Dar an sullen si noch niemant von irn wegn vns irren noch hindern an keinen sachen.

Wir habn auch gelobt bi vnser truwen vnd gelobn an disem briefe, vnuerbrochenlich disen kauf vnd alle vorgeschribn ding ze halten mit guten truwen an arge list vnd an alle geuerde, vnd darwider nimmer kumen oder tun weder mit gerihte oder an gerihte weder mit vns selber noch mit ieman anders, vnd ob ieman da wider kumen oder tun wolt daz wir dem niht gehorchen vnd ez niht stête habn sullen.

Vnd wir frauwe Elizabeth die vorbenant bekennen offenlich an disem brief, daz wir an allen disen vorgenanten gulten vnd guten besunderlich kein reht habn, weder von morgengaûbe, weder von zû gelte, heymstur, oder von lipgedinge, oder von deheinen andern sachen. Wer aber: daz wir kein reht dar an heten besunderlich, des wir niht

sprechen, des vzzern wir vnd verzihen vns frilich vnd williclich durch ein besunder sicherheit.

Vnd daz alle dise vorgeschriben dinge vnuerbrochenlichen von vns vnd vnsern erben ob wir die gewẽnnen vêste vnd stet gehalten werden in aller der wise alz ez vor geredet ist, so gebn wir vnserm vorgenanten herren bischof Wolfram vnd sinem gotzhus ze Wirtzeburg disen gegenwertigen brief, versigelten mit vnsern, des vorgenanten vnsers bruders, vnd der vorgeschribn burgen jnsigeln, die mit guter gewizzen dar an sin gehenket ze einem gezugnisse vrkunde vnd sicherheit aller dirre vorgeschribn dinge.

Vnd wir Friderich von Hohenloch techant ze Babenberg der vorgenant bekennen auch an disem brief, daz wir an allen disen vorgenanten gulten vnd guten dehein vorderunge oder reht habn von keinerley sachen: hetten aber wir dehein reht oder forderung dar an, des wir niht sprechen, des vzzern vnd verzihen wir vns williclich durch ein sicherheit.

Vnd wir Fridrich von Hohenloch der ietzgenant, Hiltmar von Nezzelbach. Fridrich der lang Mûffelger, vnd Albreht von Wipfelt, die vorgenanten burgen, bekennen offenlich daz wir burgen worden sin als vor geredet ist, vnd habn gelobt bi vnsern truwen vnd gelobn vnd verbinden vns an disem brief ze leysten ob ez ze schulden kûme, vnd ze halten alles daz daz vor von vns geschribn stet mit guten trûwen an geuerde. Vnd ze einer getzugnisse dar vber habn wir vnser jnsigel gehenket mit guter gewizzent an disen brief.

Dirr vorgeschribn dinge alle sint gezûge: Berhtold von Grumbach tûmbropst, Rudolf von Rotenstein schûlmeister, Vlrich von Kirchberg custer, vnd Ernst von Sebech bropst ze dem Nûwenmûnster, tumherren; Heinrich der pferrer von Volkach; Appel von Wipfelt kneht; vnd Ecke vom Stern burger ze Wirtzburg; vnd gnûg andrer erber lûte den daz kûntlich vnd wizzentlich ist vnd da bi waren.

Datum Herbipoli, anno domini M°· trecentesimo XXVIII°, jn vigilia beati Laurencij martiris.

Wolframi episcopi sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

CLXXIV.

1328, die 4. octobris.

Syfridus de Crutheim vicariam a se in summo altari s. Kiliani ecclesiae herbipolensis institutam bonis et redditibus dotat.

Jn nomine dominj amen.

Contencionis prestat materiam obliuio rei geste. Vnde multis occurritur periculis vtiliter et prudenter, quociens actus temporales litterarum testimonio perhennantur.

Hinc est quod nos Bertoldus de Grûnbach prepositus, Eberhardus de Ryedern decanus, ac capitulum ecclesie herbipolensis tenore presencium ob perpetuam rei memoriam in publicam deducimus noticiam, quod a discreto viro Syfrido dicto de Crutheim clerico herbipolensi nostro et ecclesie nostre predicte nomine recepimus trecentas libras hallensium in prompta et numerata pecunia pro annuis redditibus, videlicet quadraginta maldris siliginis, per nos ad suum granarium in ciuitate herbipolensi quod ad hoc duxerit deputandum cum mensura herbipolensi metze wlgariter nuncupata dandis soluendis et presentandis annis singulis ante festum beati Michahelis archangeli nostris laboribus et expensis sibi seu vicario qui pro tempore fuerit vicarie quam prefatus Syfridus fecit et instituit in summo altari sancti Kyliani dicte ecclesie nostre. Ad quam vicariam pro vicario eiusdem Bertoldum

frauwen Elizabethen siner wirtinne oder wem si die bi lebndigen iren liben oder an iren todebetten schickent oder heizzent gebn der vorgenanten sehtzehenhundert pfunt heller gelobt ze gelten vnd ze gebn ietzund mit bereitem gelt vier hundert pfunt heller, dar nach vf sant Mertins tag der nu kůmt fumf hundert pfunt vnd zehen pfunt heller, vf den ôbersten tag dar nach aller nêhst drûhundert pfunt vnd fûmzich pfunt heller, vnd vf vnserr fraûwen tag ze der lyehtmisse der dar nach aller schierst kůmt druhundert vnd viertzich pfunt heller.

Vnd dar vmme habn wir in ze burgen gesetzet vnuerscheidenlich die erbern manne Berhtolden tumbropst den vorgenanten, Ludwigen von Hesseburg sanchmeister, Růdolfen von Rotenstein schulmeister, Heinrichen von Reŷnstein den eltern, Vlrichen von Kirchberg custer, Wolframen den Schenken von Rosseberg tumpferrer, Dyettrichen von Maspach tumherren, vnd Ecken vom Stêrn burgere ze Wirtzeburg, also bescheidenlich: zu welchem der vorgenanten zil wir die summe des vorgenanten gelts daz wir danne schuldik sin als vorgeschribn stet niht engebn vnd die vorgenanten burgen von in gemant wrden, so sol ir ieglicher vf vnsern vnd vnsers vorgenanten gotshus schaden in vnser stat ze Wirtzeburg mit sin selbs libe an geuerde ob er mag oder mit einem andern sinem genozzen an siner stat leŷsten als bůrgen reht ist ie als lang biz daz gelt daz wir danne schuldik sien in gar vnd gentzlichen vergolten wirt. Gieng aber der burgen deheiner abe, des got niht enwelle, oder fůr indes von dem lande, so gelobn wir in ein andern als gewissen an geuerde an des selben stat in wendig vier wchen nach dem vnd wir gemant werden setzen. Teten wir des niht, so sullen die andern bůrgen leŷsten als vor gerette ist als lang biz daz daz geschiht. Auch geloben wir die vorgenanten vnser burgen von dirr bůrgschaft lôsen an schaden.

Wanne auch die vorgenanten verkaufer bekant habn vnde bekennen an iren offenn brieuen die sie vns vber disen vorgenanten kauf gebn haben als vor gesprochen ist, daz sie der vorgenanten

ebtissinnen dienst heller ze geben vnd herren gilt gar vnd gentzlichen gerett sin, so bekennen wir offenlich an disem brief das wir das mit herren also wider vor gerichte oder an gerichte noch an dheinen stat, noch selben wis ze mit helffen wider die das wir in ir schidlich sin ze gen vnd ze gelten an den vorgeschribin stetten, das gilt das sich an den gehört ze gen die vorgeschribin stet.

Auch verbinden wir uns mit vnsern vorgenanten capitels gunst wort vnd willen vnser mechtigen vnd das gotshus ze Wirtzburg, ob wir in des nit gingen, ze halten vnd ze vollefüren gar vnd gentzlichen alle diss vorgeschribin ding.

Vnd das alle diss vorgeschribin dinge in stet vnd vnzebrochen beliben, so gebin wir in disen brief, mit vnserm vnd des vorbenanten capitels vnd noch der egenanten burgen jnsigeln versigelt die dar an hangent. Vnd wir Berhtold von Grumbach vnbruost, Eberhart von Rfedern techant, vnd das capitel gemeinclichen des vorgenanten gotshus ze Wirtzburg bekennen offenlich an disem brief, das alle diss vorgeschribin dinge mit vnserm wort wizzent vnd willen geschehen sint. Vnd ze einem gezugnisse dar vber haben wir vnsers capitels jnsigel wizzentlich an disen brief gehenket. Vnd wir Berhtold von Grumbach vnbruost, Ludwig von Hesseberg smehmeyster, Rüdolf von Rotenstein scholmeister, Heinrich von Reſenstein der elter, Virich von Kirchberg custer, Wolfram der Schenk von Rosseberg tumpforrer, Dyetrich von Maspach, tumherren, die vorbenanten, bekennen offenlichen, daz wir burgen worden sin als vor gerette ist, vnd haben gelobt bi vnsern truwen vnd gelobe vnd verbinden vns an disem brief ze leisten ob es ze schulden küm, vnd ze halten allez daz daz vor von vns geschriben stet mit guten truwen an generde, vnd haben ze einem gezügnisse dar vber vnser jnsigeln gehenket mit guter gewizzen an disen brief. Vnd ich Ecke vom Stern der vorbenant bekenne auch, daz ich bürg worden bin als vorgerette ist, vnd han gelobt bi minen truwen vnd gelobe vnd verbinde mich an disem brief vnder mins vorgenanten herren bischof

Wolframes von Wirtzeburg jnsigel ze leŷsten ob ez ze schulden kûm, vnd ze halten allez daz daz hie vorgeschriben stet an disem brief.

Der wart gebn ze Wirtzburg, do man zalt von Christes gebûrt druzehn hundert jar vnd in dem aht vnd zweintzigstem jar, an der zwelfboten abent Symonis vnd Jude.

Novem quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa plus minus laesa sunt.

CLXXVI.

1328, die 12. novembris.

Coram Wolframo episcopo Kûno vomme Rebstocke erga Nicolaum canonicum novi monasterii herbipolensis omni juri curiam Grozzenburcheim spectanti renuntiat.

Jn nomine domini amen.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis ad omnium et singulorum noticiam quorum scire interest seu interrerit deducimus ac recoguoscimus per presentes, quod — discretis viris Nicolao canonico ecclesie noui monasterij herbipolensis sacerdote ex vna necnon Kûnone dicto vomme Rebstocke milite ex parte altera, fidelibus et familiaribus nostris, anno domini M° CCC° XXVIII°, sabbato post Martini proximo, jn curia Osternnach in superiori caminata nostra coram nobis constitutis — dictus Kûno contra dictum Nicolaum proposuit coram nobis, quod ipse apud eundem Nicolaum curiam dictam Grozzenburcheim sitam in ciuitate nostra herbipolensi, quam idem Nicolaus inhabitat, empcionis tytulo (mediantibus personis ydoneis, videlicet magistro

Johanne de Fritzlaria protonotario nostro, Eberhardo tabellione curie nostre herbipolensis, Küningo dicto Brünlin, Brunone dicto Brünlin, Heinrico Lubrich, Heinrico dicto Karbach, Eckone de Scheckenbach, Fridrico dicto Freudenrich, Friderico de Vtingen, et Volkone dicto Pletener, ciuibus nostris herbipolensibus, per eos ad huiusmodi empcionis tractatum vocatis) pro certo precio racionabiliter comparasset, et quod idem Nicolaus dictam curiam dicto Künoni tradere ac eum ad eius possessionem admittere contra iusticiam denegaret, petens a nobis vt eundem Nicolaum ad tradendum sibi eandem curiam et ad deocupandum eum inducere effectualiter curaremus.

Dictus vero Nicolaus confessus fuit, se cum eodem Künone mediantibus dictis personis super vendicione dicte curie habuisse tantummodo tractatum, vendicione tamen minime subsecuta.

Nos vero, huiusmodi impeticionis negocium volentes inter Kunonem et Nycolaum predictos (ne in grauioris dissensionis laberentur discordiam) sine juris sollempnitate et de plano per viam amicicie terminare, vocatis ad preces dictarum parcium prelibatis personis ad nostram presenciam die et loco predictis, et eis necnon prouidis viris Eckone de Ariete et Fridrico dicto Brünlin ciuibus nostris herbipolensibus presentibus in nostra presencia constitutis, sub juramento eorum per nos examinatis in genere et in specie super premisso negocio et cum diligencia requisitis, dicte persone omnino concordantes cum ipso Nicolao in hoc negocio asseuerabant constanter, se affuisse tractatui huiusmodi empcionis tantummodo rogatos hinc inde per partes, et quod eis interessentibus tunc nulla fuerit empcio et vendicio subsecuta.

Vnde idem Kuno, postquam sibi de dictis predictorum testium relacionem fecimus, de nostro ac Eckonis de Ariete et Fridrici dicti Brünlin predictorum consilio, qui tunc nobis assistebant, ex certa sciencia et non per errorem facti renunciauit pure et liberaliter et expresse omni impeticioni et juri si quod sibi competeret seu visum fuerit competere contra ipsum Nicolaum

et super prelibata curia vel super impedimento si quod sibi intulisset quominus in hoc tractatu fuisset empcio de qua premittitur subsecuta, promittens bona fide se non moturum vllo vnquam tempore publice vel occulte per se uel per alium super eadem curia et pertinencijs suis dicto Nicolao uel quibuscumque possessoribus dicte curie aliquam questionem.

Jn cuius rei testimonium — dicto Nicolao petente et ipso Kunone consenciente — presens jnstrumentum de premissis confectum conscribi iussimus, nostri sigilli caractere consignatum.

Nos vero Nicolaus, Kuno de Rebstok, Ecko de Ariete, et Fridericus Brûnlin, predicti, omnia et singula supra de nobis dicta sub eodem sigillo recognoscimus certitudinaliter fore vera.

Actum et datum anno et die prenotatis.

Sigillum fascia membranacea ex his litteris quondam suspensum periit.

CLXXVII.

1329, die 12. martii.

Bestimmung uber die Gerichtsbarkeitsverhältnisse der Eigenleute und Landsiedler der Feste Crûtheim.

Jch Hartmud von Cronenberg ein ritter burgraue zu Starkinberg viriehin offinliche in dieseme geinwortegin briefe vnd dûn kûnt allin den die in sehint oder horint lesin, daz ich mit willin vnde heizin der edelin lûte hern Gotzin eins herrin von Hohinloch frauwin Elsin sinre elichin wirtin vnde erin erbin von einre sitin, vnde der edelin frauwin fern Hedewige grauen

pfunt heller ze vogtmen alle vnd ze der stur als die vorgeschrift ist, als si vnser vorgenanter herre oder sin erben in des si wider kunt habe. Wenn aber wir, vnser erben vns des vor gezogen ist, vnd vnser vorbenanter bruder in dem hofe sit, oder wenn andere lüte ze hofe komment oder gesindet von geistlichen vnd werntlichen sachen, das wir ze dem widerkauf oder si komen mochten ze gewerfe, so mugen vnser wissentlich bieten — si sin vil oder wenig, dryssen oder mer — mit vrkunden die dannoch weren den widerkauf oder der vorgeschrift gelte vnd gut ist von vnsern wegen vnd ze vnser stat mit vnser selbs gut vnd vns selber ze lösen in aller der wise als vor gesetzt ist, vnd sollen vnser vorgenanter herre bischof Wolfram, sin capitel, oder der vorgenanten gotshus pfleger, ob si bischofes wer, den vorgenanten widerkauf vns, vnsern vorgenanten erben, vnsern vorgenanten bruder, oder vnsern vorbenanten hofe sol lihen ze ir gewerfe vnd ze aller wider rede, vnd sol dehainerhand sache vermachen. Wer aber das wir den vorgenanten zyl der stat ze Vollkach mit den zwein morgen wingarten dem vogtwis vnd mit allen den die ir ze gehört vnd vor genant ist ze widerkaufen in den vorgenanten drin iaren ze vogtmen alle als vor gesetzt ist, so sint si vnserm vorgenanten herren bischof Wolframe vnd sinem gotshus ze Wirtzeburg lidelich vervallen, vnd sollen si furbas ewiclichen vnd eygenlichen mit allem rehte inne haben besitzen vnd niessen als ander ir gut.

Wanne wir auch vf zwein houen in der stat ze Vollkach vnd vf andern guten die dar ze gehört vormals verkauft habn Heinrichen von Vöre kelner ze Klingenberg vnd sinen erben ein halbe pfunt heller geltes vnd viertzich vnd sibenthalbe malter weizze vnd korn gulte vmme zwai hundert vnd funf vnd sibtzich pfunt heller, alsi das wir oder vnser erben die selben gulte vmme in oder sin erben wider kaufen mugen vmme daz ietz genant gelt an von sant Peters tag dem vorgenanten in siben jaren ie des jars an dem selben sant Peters tag oder in vierzehen tagen dar vor oder dar nach, so habn wir

CLXXVIII.

1329, die 20 martii.

Hugo dictus de Stetebach et Kunegundis conjuges propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt discreto viro Sŷfrido dicto de Crutheim clerico ementi et recipienti ad usus vicariae seu vicarii quam ipse in ecclesia herbipolensi instituit redditus quatuor solidorum denariorum herbipolensium, solvendos sibi et praesentandos quoad vixerit, post mortem vero ejus dictae vicariae in festo vel ante festum beati Martini episcopi sine quolibet ejus damno super horto ipsorum sita in villa Rŷmpûr prope molendinum dictum Zehendemul, cui ab una parte Heroldi dicti Vater ab alia vero Heroldi molitoris horti conterminant et confinant, pro pretio trium librarum et decem solidorum hallensium numerato et soluto in parata pecunia et in alios usus utiles et necessarios converso, dictos redditus et jus in ipsis bonis conpetens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato nomine quo supra recipienti, ipsum in possessionem vel quasi eorundem reddituum inducentes corporalem, promittentes nihilominus dicto emtori nomine quo supra recipienti de evictione dictorum reddituum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franconiae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua gwarandia facienda et evictione cavenda dant et constituunt in fidejussorem Conradum dictum Geburmeister, qui fidejussor monitus — si antedictum emtorem aliquod damnum seu impedimentum in dictis redditibus sustinere contigerit — in obstagium se recipere tenebitur apud publicum hospitem.

Datum feria secunda post diem beatae Gerdrudis, anno domini M°·CCC°·XXIX°·; praesentibus Bertholdo vicario dictae vicariae, magistro Conrado dicto Hager advocato curiae herbipolensis, et Salomone de Hallis clerico, necnon quam pluribus aliis fidedignis. vocatis ad praemissa pro testibus et rogatis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum est.

CLXXIX.

1329, die 1. aprilis.

Domus hospitalis s. Mariae Theutonicorum herbipolensis ecclesiae wirziburgensi jus patronatus capellae curatae villae Hofelt cum aliis bonis et redditibus tradit.

Jn nomine domini amen.

Nos frater Zůricho de Steten ordinis hospitalis sancte Marie Theutonicorum jerosolimitani per Alemanniam preceptor, et frater Heinricus de Zupplingen eiusdem ordinis per Frankoniam prouincialis, necnon frater Cunradus dictus Bruel conmendator, et conuentus domus Theutonicorum herbipolensis harum serie litterarum recognoscimus et ad vniuersorum tam presencium quam futurorum maxime quorum interest aut intererit noticiam cupimus peruenire, quod propter diuersas promociones et plurima beneficia nobis et ordini nostro precipue circa tuicionem ac defensionem domorum dicti ordinis in herbipolensi dyocesi constitutis et aliâs in balya Frankonie per reuerendum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Wolframum ecclesie herbipolensis episcopum defensorum nostrum et dominum graciosum

suosque predecessores et ecclesiam herbipolensem vtiliter impensa et inposterum impendenda, necnon ob fauorem et sincerum affectum quibus proinde dicti domini nostri Wolframi personam et eius ecclesiam sincere prosequimur, juspatronatus ecclesie seu cappelle curate ville Hofelt prope Kitzingen site herbipolensis dyocesis seu jus presentandi rectorem ad illam, necnon infrascripta bona et redditus ad nos et ordinem nostrum et specialiter ad nos . . commendatorem et conuentum dicte domus herbipolensis iure proprij hactenus pertinentes vnâ cum curijs domibus areis ortis agris pratis pascuis vijs invijs aquis riuis riuulis et aquarum decursibus alijsque suis juribus et pertinencijs et requisicionibus vniuersis cultis et incultis quesitis et inquirendis quibuscumque nominibus censeantur pure et voluntarie libera et perfecta donacione inter viuos predicto domino nostro Wolframo et eius ecclesie assignauimus dedimus et tradidimus ac in hijs scriptis rite et racionabiliter ac in proprium assignamus tradimus et donamus, jnducentes eundem dominum nostrum suo et dicte ecclesie sue nomine in possessionem corporalem vel quasi juspatronatus dicte ecclesie Hofelt seu iuris presentandi rectorem ad illam, necnon perceptionis reddituum predictorum, ac facientes eundem suo et ipsius ecclesie sue nomine eiusdem jurispatronatus seu juris presentandi ac eorundem bonorum et reddituum verum dominum et legittimum possessorem.

A nobis quoque et ordine nostro ac domo herbipolensi prefata omne jus quod in jurepatronatus ac eisdem bonis et redditibus et eorum pertinencijs vniuersis nobis et eidem ordini nostro compecijt et competere potuit quoquomodo presentibus abdicamus, jllud in prefatum dominum nostrum dominum Wolframum et ecclesiam herbipolensem predictam pleno proprietatis jure et directo rerum dominio transferentes, renunciantes nichilominus in premisso donacionis nostre contractu exnunc ex certa sciencia non per facti errorem pro nobis domoque herbipolensi predicta ac toto ordine nostro simpliciter et expresse omnium priuilegiorum seu jnstrumentorum siue a sede apostolica vel a diuis jmperatoribus seu romanis regibus aut alijs quibusuis personis cuiuscumque status or-

dinis dignitatis preeminencie aut condicionis existant nobis et dicto ordini nostro domnine pretacte sub quacunque forma vel expressione verborum super proprietate jurispatronatus ac dictorum bonorum et redditoum ac pertinenciarum eius datorum seu concessorum suffragio, exceptioni quoque doli mali, restitucioni in integrum, juri dicenti generalem renunciacionem non valere seu generalia in specialibus non venire aut in eis minime comprehendi, nec dicemus aliter esse scriptum quam actum, necnon generaliter et specialiter vniuersis alijs exceptionibus omnique tam canonici quam ciuilis juris auxilio quibus contra dictum dominum nostrum Wolframum successores suos et ecclesiam herbipolensem predictam ac contra donacionem nostram pretactam seu presens jnstrumentum exinde confectum aut aliquod in eo contentum nos et ordo noster prehabitus seu domus herbipolensis predicta iuuari poterimus, eisque et ecclesie sue prefate in jurepatronatus bonis et redditibus memoratis et eorum proprietate sic per nos in eos translatis aliquod impedimentum seu preiudicium posset inposterum generari, promittentes insuper dicto domino nostro Wolframo et ecclesie sue, super jurepatronatus bonis et redditibus premissis plenam facere gwarandiam werschaft wlgariter dictam de bonis proprietarijs secundum jus et consuetudinem terre Frankonie fieri debitam et consuetam, ac de euictione eorundem prorsus cauere prout jus exigit et requirit.

Ceterum pro nobis . . successoribus nostris ac toto ordine nostro bona fide promittimus, premissa omnia et singula fideliter deinceps perpetuo ac inuiolabiliter attendere et seruare, nec dicto domino nostro . . episcopo . . successoribus suis ac sepedicte ecclesie sue vmquam moturos super premissis questionem aliquam seu litem in iudicio vel extra per nos alium seu alios directe vel indirecte, seu mouenti vel mouentibus aliqualiter consentire.

Bona vero et redditus per nos sepedicto domino nostro Wolframo episcopo herbipolensi et eius ecclesie donata sunt videlicet. Sex marcarum argenti redditus annuj de theloneo portarum ciuitatis herbipolensis nobis . . conmendatori et fratribus dicte domus herbipolensis hactenus soluti. Jtem in villa Kûngs-

houen prope castrum Voytsperch sita curia triginta octo maldra siliginis, decem maldra tritici, duo maldra pisarum, et quindecim maldra auene mensure herbipolensis annuatim soluens, quam . . relicta quondam Vlrici de Bolzhusen jure emphiteotico colit et inhabitat, cui ab vno latere curia Heinrici Gebsedel ex alia vero parte strata publica conterminant et confinant. Jtem in Hernsheim curia duodecim maldra siliginis, decem maldra auene mensure ibidem, duos pullos in natiuitate Christi, et duos pullos carnispriuiales annuatim soluens, quam quidem curiam Heinricus filius Ludwici dicti vf dem Berge colit et inhabitat, cui ab vno latere curia . . dicti Bossenheim ex alio vero latere strata publica conterminant et confinant. Jtem in Vrhusen curia duodecim maldra siliginis et quatuor maldra auene mensure herbipolensis annuatim soluens, quam . . relicta quondam Eckehardi colit et inhabitat, cui ab vno latere area Heinrici dicti Fuchs, ex alia parte curia Gernodi dicti Boppe conterminant et confinant.

Vt autem pretacta donacio nostra jurispatronatus dicte ecclesie Hofelt ac bonorum et reddituum de quibus premittitur libere ac voluntarie per nos facta, omnia quoque et singula superius expressa inconuulsa permaneant et perpetuum robur obtineant firmitatis, nec vlla super eis imposterum questio seu dubietatis scrupulus oriatur, presens jnstrumentum exinde confectum sigillorum nostrorum appensionibus ex certa sciencia duximus muniendum.

Datum anno domini M°·CCC°·XX°· nono, kalendis aprilis.

Tria quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CLXXXII.

1329, die 17. julii.

Wolframus episcopus — cum decanus et capitulum ecclesiae herbipolensis mille et ducentas libras hallensium eis de redditibus et obventionibus episcopatus assignatas et praesentatas ad redimendum seu reemendum cum illis bona ipsius ecclesiae per praedecessores vel ipsum alienata pro ipso in emtione partis oppidi Volkach et pertinentiarum ejus per ipsum pro certo pretio facta decreverint persolvendas — easdem mille et ducentas libras hallensium eisdem decano et capitulo, si dictam oppidi partem apud ipsum reemi contigerit, assignare promittit, sic quod cum eisdem ipsi et ecclesiae praedictae possessiones bona et redditus obligatos seu alienatos ab ipsa ecclesia reemere teneantur, successores quoque suos de consensu capituli ad observantiam praemissorum, si dictam oppidi partem apud ipsos et ecclesiam herbipolensem reemi contigerit, praesentibus obligans.

Ber(toldus) de Grumbach praepositus, Eberhardus de Ryedern decanus, et capitulum ecclesiae praedictae recognoscunt, praemissa omnia ex sua scientia fore facta.

Datum Herbipoli, anno domini M°.CCC°.XX°. nono, XVI°. kalendas augusti, pontificatus anno quinto.

Wolframi episcopi necnon capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CLXXXIII.

1329, die 1. septembris.

In Wolframi episcopi praesentia constitutus nobilis vir Gebhardus de Brunecke sub anno nativitatis domini millesimo trecentesimo XX° nono, feria sexta post festum decollationis sancti Johannis baptistae, hora diei quasi tertia, in caminata superiori curiae dictae Osternnach in civitate herbipolensi sitae, ipsius ac hujus rei testium subscriptorum exhortatione necnon instructione seu informatione de plena ac merita hujusmodi facti subsequentis notitia et veritate praehabitis diligenter, omni impetitioni ac actioni seu quaestioni sibi ac suis hominibus infratactis (ut ipse Gebhardus asseruit et putabat) competentibus seu competere potentibus communiter vel divisim adversus honorandos viros praepositum decanum et capitulum seu quascumque personas singulares ejusdem capituli ecclesiae novi monasterii herbipolensis extunc ibidem similiter constitutos ratione sive occasione damnorum et interesse ipsi Gebhardo in personis et bonis Heinrici dicti Schlegel sive aliorum suorum hominum in villa dicta Rippe-Retersheim ex causa sive praetextu impignorationis per Arnoldum dictum Geylinch et . . dictum Hotzen armigeros ac alios suos in hoc facto complices in hominibus ac bonis eorundem praepositi decani et capituli ac aliorum ex causa seu causis certis factae (prout ipse Gebhardus dixerat) illatorum pure simpliciter et libere ac liberaliter ad manus episcopi pro se et suis heredibus seu successoribus et praetactis hominibus quibuscumque renuntiat ac renuntiando irrevocabiliter ab eisdem impetitione actione et quaestione penitus divertit, cum ipse Gebhardus praelibatam impignorationem injuste et illicite ac indebite per armigeros suprafatos factam fuisse repererit, desuper (ut praetangitur) veraciter informatus.

Acta sunt haec ut supra, in praesentia et audientia virorum honorabilium Wolframi pincernae de Rosseberg, Ottonis dicti Wolveskel, archidiaconorum ecclesiae herbipolensis; et strennuorum Kůnonis dicti vomme Rebstoke, Eberhardi de Grumbach, militum; necnon discretorum ac honestorum Echardi et Johannis fratrum dictorum de Ariete, Kůningi dicti Brůnlin, civium herbipolensium; et Conradi dicti Reytersheim famuli Wolframi episcopi; ac aliorum plurium fidedignorum testium praemissorum.

Datum et anno et die quibus supra.

Wolframi episcopi sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CLXXXIV.

1329, die 2. septembris.

Wolframus episcopus bona quaedam in sustentationem sacerdotis capellae sanguinis et corporis Christi in oppido Ippehoven sitae augendam data confirmat, et quaedam eo spectantia mandat.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis omnibus Christi fidelibus ciuitatis et dyocesis nostre ad quos presentes peruenerint in domino salutem et indubitatam noticiam subscriptorum.

Sollicitudo nos ammonet officij pastoralis, vt ministrorum ecclesiarum ecclesiasticarum ve personarum diuino cultui in ciuitate et dyocesi eisdem laudabiliter intendencium sustentacioni congrue intendere fiducialiter teneamur.

Sane pro sustentacione sacerdotis regentis seu officiantis capellam ab olym in honorem sangwinis et corporis domini nostri

Jesu Christi consecratam sitam in opido Jppehouen sancti Martini dicte dyocesis, per nos nuper in beneficium ecclesiasticum confirmatam, certa bona — scilicet vndecim librarum hallensium redditus et quinque jugera vinearum — in litteris nostris confirmatorijs expressa, vt exnunc recolimus per prouisores seu amministratores bonorum dicte capelle, a parrochialibus dicti loci conmuniter consencientibus velut accepimus donata extiterant applicata.

Et quia ex post facto cognouimus, eidem sacerdoti cum eisdem bonis non fore pro sustentacione sua congrua sufficienter prouisum, et quod eadem capella tantum ad huc haberet in bonis mobilibus et inmobilibus quod huiusmodi prouisio esset non inmerito diffusius amplianda, honorabili viro Wolframo pincerne de Rosseberg, archidiacono ecclesie nostre, auunculo nostro dilecto, dedimus litteraliter in mandatis, vt (procuratoribus eisdem et alijs dictorum bonorum detentoribus ad suam presenciam conuocatis) ab eisdem exigeret et reciperet conputacionem racionem de predictis bonis penes eos adhuc existentibus nostro nomine diligentem: et si reperiret dictam capellam tantum habere in bonis quod prelibata prebenda dicto sacerdoti assignata emendari posset comode et augeri, quod huiusmodi bonorum detentores ad tribuendum tradendum et assignandum aliquid de ipsis bonis in augmentum dicte prebende eiusdem capelle conpelleret ecclesiasticam per censuram.

Hij vero, scilicet Hermannus Rabenolt et . . dictus Scapphe, procuratores dicte capelle, sic in presencia dicti Wolframi presencialiter constituti ad hoc per ipsum eis in termiuo vt accepimus assignato, et racione de predictis bonis conpetenti per eos coram ipso Wolframo facta, jdem Wolframus et dicti . . procuratores vna cum eo consencienter vniuersitatis dicti opidi nomine, de qua vniuersitate certe persone (videlicet . . dictus Gozschultheizze, . . dictus Phiffelman, Gotzo scultetus, . . dictus Schoder) et alij quamplures similiter ad presenciam dicti Wolframi vocate fuerant in certum terminum legittime ad consenciendum suo et dicte vniuersitatis nomine in limitacionem et addicionem easdem, vel alias proponerent quidquid eis de jure contra

huiusmodi conpeteret proponendum, [cum] hoc quidem termino veniente dicte persone de dicta vniuersitate conparerent et nichil proponerent contra presens negocium cum effectu, dictus Wolframus prelibate prebende augmentacionem fecit conpleuit secundum tenorem inferius annotatum, assignans et tradens in augmentum dicte prebende quinque jugera vinearum, quorum vnum situm est in Monte dicto an den Stucken, duo in monte dicto Gyersperg, et duo in monte dicto in den Bûchen sita. Et vnam curiam, quam inhabitabat quondam Hiltebrandus de Brackenlore, sitam in dicto opido Jppehouen sancti Martini cum omnibus fructibus juribus vtilitatibus et pertinencijs suis, vt per eundem Wolframum certificati sumus, legittime ac eciam liberaliter deputauit.

Quas quidem donacionem tradicionem deputacionem approbamus ratificamus ex certa sciencia ac eciam presentibus confirmamus, jniungentes procuratoribus et alijs quorum interest predictis ac singulis de vniuersitate dicti opidi sub pena exconmunicacionis in hiis scriptis late sentencie, quam quemlibet eorum inpedientem hoc negocium incurrere volumus ipso facto, vt donacionem tradicionem deputacionem prelibatas ratas et gratas teneant, et contra eas per se vel per alios nullo vmquam tempore veniant publice vel occulte, nec contrauenienti consenciant quoquam modo, sicut prelibatam exconmunicacionis sentenciam et vlteriorum penarum accrimonia voluerint euitare.

Volumus eciam et sub predicta pena exconmunicacionis mandamus . . procuratoribus presentibus et futuris, bonorum dicte capelle que exnunc et in posterum ad eos peruenerint singulis annis in certo termino prefigendo ipsis per . . plebanum et . . rectorem predictos plebano loci et rectori dicte capelle de perceptis et distributis conputacionem faciant diligentem, et quidquid dicte capelle in dictis bonis accreuerit ex eadem conputacione in vsus et vtilitatem eius tam in libris calicibus luminarijs et alijs ornamentis ecclesiasticis ac refectione eius cum opus fuerit de scitu . . plebani et rectoris eorundem exponant fideliter et conuertant.

Specialiter autem dictis . . procuratoribus sub predicta pena exconmunicacionis jniungimus, vt alienata per eos et per suos predecessores de bonis dicte capelle inprouide ad vsum et proprietatem eius sine more dispendio effectualiter studeant reuocare. Alioquin, si in hoc negligentes et desides reperti fuerint, se noscant eo ipso predictam exconmunicacionis sentenciam similiter incursuros.

Jn premissorum quoque omnium et singulorum euidens testimonium atque robur presentes conscribi et nostri sigilli karactere fecimus consignari, mandantes . . plebano dicti loci, vt presens negocium seriatim ad populum publice recitet infra diuinorum sollempnia cum per ipsum rectorem dicte capelle requisitus fuerit publice in ambone, et in ipsius publicacionis euidenciam suum sigillum vna cum nostro presentibus appendendo.

Datum anno domini M°·CCC°·XXIX°·, sabbato post diem sancti Egidij confessoris.

Sigilla duo fasciis de litterarum ipsarum membrana confectis quondam suspensa abscissa sunt.

CLXXXV.

1329, dio 23. septembris.

Ludewicus dictus Berchmeister in possessione vineti in marchia villae Winterahusen siti defensatur.

Officialis curie herbipolensis . . plebano in Winterahusen seu vices eius gerenti salutem in domino.

Jn causa quam Ludewicus dictus Berchmeister mouet magistro Conrado dicto Hager aduocato curie nostre super

tibus litteris ad triennium nondum praeteritum seu elapsum, et tunc idem dominus ipsum seriose rogaverit pro hujusmodi induciis ulterius prorogandis — ei ejusve successori pro tempore aut capitulo ecclesiae herbipolensis seu procuratoribus ecclesiae a capitulo deputatis inducias ad reemendum memorata bona et villas Bernheim et Herboltsheim cum pertinentiis universis ab ipso seu heredibus ipsius aut successoribus in illis usque ad festum kathedrae beati Petri proximum et deinde ad quatuor annos immediate subsequentes, illa die inclusa, prorogat et concedit.

Datum anno domini M°·CCC°·XX°·nono, feria secunda post Martini episcopi.

Friderici burggravii nuerembergensis sigillum, cujus tergo ejus secretum impressum est, fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Documentum cujus supra sub num. CLV pag. 315 et 316 mentionem fecimus, die 31 mensis martii anni 1327 exhibitum, huc conferri potest.

CLXXXVII.

1329. die 18. decembris.

Folkwinus de Brozzoltsheim armiger et Agnes conjuges propter onera gravia debitorum pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt in perpetuum domino Ulrico de Kirchperg thesaurario ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus suis quibuscumque testamentariis legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum curiam suam cum horto eidem contiguo sitam in villa Brozzoltsheim, quibus ab una Syfridi dicti Lower domus, a superiori parte curia Rûdolfi dicti Betelman, ab anteriori parte curia Aplonis dicti Hofoman conterminant et

confinant, cum universis et singulis agris, pratis, piscinis, vinetis, pascuis, nemoribus, ac aliis pertinentiis juribus et requisitionibus suis, necnon universa et singula bona census et redditus quos habent in villa et marchia Broszoltsheim quaesita et inquirenda quocumque nomine censeantur, redditibus unius solidi denariorum super domo Bertholdi dicti Senftleben et duorum pullorum necnon redditibus trium solidorum denariorum et duorum pullorum super domo Conradi dicti Goldener exceptis, pro pretio trecentarum et triginta librarum hallensium, quod pretium recognoscunt in promta et parata pecunia recepisse et in alios usus utiles et necessarios convertisse, dicta bona et proprietatem ipsorum et omne jus in ipsis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato nomine quo supra recipienti et stipulanti, ipsumque in possessionem vel quasi eorundem bonorum inducentes corporalem, promittentes de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, necnon deponere et amovere omne damnum seu impedimentum quod ipsos in praemissis bonis seu proprietate ipsorum quomodolibet contigerit sustinere, pro quibus evictione cavenda gwarandia facienda damnis et impedimentis quibuscumlibet tollendis et amovendis dant et constituunt in fidejussores insolidum strenuos viros Gotzonem dictum vomme Rode, Heinricum Pincernam de Ranvelt, Conradum de Witoltshusen, Fritzonem de Grumbach, Heinricum de Gebsedel, milites, et Fritzonem de Tetilbach armigerum, qui fidejussores moniti — si antedictum emtorem heredes vel successores aliquod damnum seu impedimentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit — in obstagium se recipere tenebuntur in civitate herbipolensi apud publicum hospitem in personis propriis vel quilibet per famulum honestum cum equo uno.

Datum et actum secunda feria ante diem beati Thomae apostoli, anno domini M°. CCC°. XX°. nono.

Wolframi episcopi necnon sex fidejussorum sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CLXXXIX.

1330, die 18 januarii.

Eberhardus de Grumbach miles et Margaretha conjuges, Dyetricus de Zymmern miles et Elizabeth conjuges propter quasdam causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Ulrico de Kirchperg canonico et archidiacono ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et beredibus seu successoribus quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum redditus annuos triginta quatuor maldrorum et dimidii maldri siliginis, unius maldri tritici, duarum librarum hallensium, viginti septem pullorum et unius aucae, necnon universa alia et singula bona sua quaesita et inquirenda quocumque nomine censeantur quae habent communiter vel divisim in villis et marchiis villarum superioris et inferioris Altertheim et Nydernhoven cum omnibus pertinentiis et requisitionibus suis, agris, pratis, pascuis nemoribus, juribus capitalibus vulgariter dictis haubtreht et aliis juribus quibuscumque nominibus censeantur, pro pretio ducentarum octoaginta quatuor librarum et decem solidorum hallensium, quod pretium recognoscunt in promta et parata pecunia recepisse et in alios usus utiles et necessarios convertisse, dicta bona et proprietatem ipsorum ac omne jus in ipsis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato nomine quo supra recipienti et stipulanti, ipsumque in possessionem vel quasi eorundem bonorum inducentes corporalem, omne jus quod ipsis et heredibus in dictis bonis competit in eundem emtorem nomine quo supra transferendo, promittentes nihilominus praefato emtori heredibus vel successoribus

evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem
is eventum plene cavere. et facere gwarandiam werschaft vul-
riter dictam de bonis proprietarus secundum terrae Franckoniae
nsuetudinem fieri debitam et consuetam, necnon deponere et amo-
re omne damnum seu impedimentum quod ipsum emtorem
redes vel successores in praemissis bonis seu proprietate
sorum quomodolibet contigerit sustinere, pro quibus evictione
venda gwarandia facienda damnis et impedimentis quibuscumque
lendis et amovendis dant et constituunt in fidejussores in soli-
m strenuos viros Wipertum Fritzonem dictos de Grum-
ch milites, Wipertum dictum Wolveskel armigerum, Ecko-
m dictum von dem Stern, Kûningum dictum Brunlin, et
hannem filium quondam Johannis dicti von dem Stern,
res herbipolenses, qui fidejussores moniti — si antedictum
torem heredes vel successores aliquod damnum seu impe-
nentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere con-
erit — in obstagium se recipere tenebuntur apud publicum ho-
item in civitate herbipolensi quem ipse emptor heredes et
ccessores duxerint deputandum in personis propriis vel quilibet
r famulum honestum cum equo uno, uno equo ipsorum fidejus-
rum mortuo vel per expensas pabuli consumto alterum assig-
ndo.

Datum quinta feria ante diem beatae Agnetis virginis, anno
mini M°·CCC°· tricesimo.

Sigillorum trium fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum illa officialis curiae herbipolensis et Eberhardi de Grumbach plus minus laesa sunt, illud Dyetrici de Zymmern abscissum est.

CXC.

1330, die 1. februarii.

Dyetricus dictus Zobel miles et Anna conjuges, Ber-

tholdus frater dicti Dyetrici necnon Hasa conjuges propter quasdam causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Ulrico de Kirchperg canonico et archidiacono ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus vel successoribus quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum redditus perpetuos novem librarum et octo solidorum hallensium, novem maldrorum siliginis, duorum maldrorum avenae mensurae oppidi Arnstein, sexaginta quinque pullorum carnisprivialium, triginta pullorum aestivalium, ducentorum et quinquagiuta ovorum, necnon unius maldri caseorum, quos habent in marchiis et villis Gundersleiben Kramsneit et Erpfeshusen, necnon omnia et singula alia bona sua quaesita et inquirenda quocumque nomine censeantur quae habent communiter vel divisim in villis et marchiis supradictis, cum omnibus et singulis agris, pratis, pascuis, nemoribus aliisque suis juribus pertinentiis et requisitionibus quibuscumque, pro pretio ducentarum librarum minus quatuor librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et proprietatem ipsorum ac omne jus in ipsis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato nomine quo supra recipienti et stipulanti, ipsumque in possessionem vel quasi eorundem bonorum inducentes corporalem, omne jus quod ipsis vel ipsorum heredibus in dictis bonis competit in eundem emtorem nomine quo supra plenius transferendo, promittentes nihilominus dicto emtori heredibus vel successoribus de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere gwarandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, necnon deponere et amovere omne damnum et impedimentum quod ipsos in praemissis bonis seu proprietate ipsorum quomodolibet contingeret sustinere, pro quibus evictione cavenda gwarandia facienda damnis et impedimentis quibuscumque tollendis et amovendis dant et constituunt ipsi emtori heredibus vel successoribus praedictis in fidejussores

insolidum strenuos viros Kůnonem dictum vomme Rebstok, Waltherum dictum Gyr, milites, Fritzonem dictum Zobel claudicantem, Dyetricum fratrem ejus, Egelolfum de Heytingesvelt seniorem, et Conradum dictum Zobel fratrem venditorum, armigeros. Qui fidejussores moniti, si antedictum emtorem heredes vel successores aliquod damnum seu impedimentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit, in obstagium se recipere tenebuntur in civitate Herbipoli apud publicum hospitem quem ipse emtor et heredes vel successores duxerint deputandum in personis propriis vel quilibet per famulum honestum et cum equo uno, uno etiam equo ipsorum fidejussorum mortuo vel per expensas pabuli consumto alterum assignando.

Datum in vigilia purificationis virginis gloriosae, anno domini M°·CCC°· tricesimo.

Sigille officialis curiae herbipolensis necnon Dyetrici et Bertholdi dictorum Zobel venditorum fasciis membranaceis ex hac carta suspensa sunt.

Documentum cujus infra sub num. CCI mentionem faciemus, die 4 mensis februarii anni 1331 exhibitum, huc conferre poteris.

CXCI.

1330, die 14. februarii.

Ecclesia herbipolensis et Folkwinus de Brotzolstheim possessiones quasdam commutant.

Jn nomine domini amen.

Wolframus dei gracia ecclesie herbipolensis episcopus per hoc scriptum publice recognoscimus et ad cunctorum noticiam

CLXXXIII.

1330, die 18 januarii.

Eberhardus de Grumbach miles et Margaretha conjuges, Dyetricus de Zymmern miles et Elizabeth conjuges propter quosdam causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Ulrico de Kirchperg canonico et archidiacono ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum redditus annuos triginta quatuor maldrorum et dimidii maldri siliginis, unius maldri tritici, duarum librarum hallensium, viginti septem pullorum et unius sucae, necnon universa alia et singula bona sua quaesita et inquirenda quocumque nomine censeantur quae habent communiter vel divisim in villis et marchiis villarum superioris et inferioris Altertheim et Nydernhoven cum omnibus pertinentiis et requisitionibus suis, agris, pratis, pascuis nemoribus, juribus capitalibus vulgariter dictis haubtreht et aliis juribus quibuscumque nominibus censeantur, pro pretio ducentorum octoaginta quatuor librarum et decem solidorum hallensium, quod pretium recognoscunt in promta et parata pecunia recepisse et in alios usus utiles et necessarios convertisse, dicta bona et proprietatem ipsorum ac omne jus in ipsis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato nomine quo supra recipienti et stipulanti, ipsumque in possessionem vel quasi eorundem bonorum inducentes corporalem, omne jus quod ipsis et heredibus in dictis bonis competit in eundem emtorem nomine quo supra transferendo, promittentes nihilominus praefato emtori heredibus vel successoribus

e evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem lis eventum plene cavere. et facere gwarandiam werschaft vulariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae nsuetudinem fieri debitam et consuetam, necnon deponere et amore omne damnum seu impedimentum quod ipsum emtorem eredes vel successores in praemissis bonis seu proprietate sorum quomodolibet contigerit sustinere, pro quibus evictione venda gwarandia facienda damnis et impedimentis quibuscumque llendis et amovendis dant et constituunt in fidejussores in soliım strenuos viros Wipertum Fritzonem dictos de Grumach milites, Wipertum dictum Wolveskel armigerum, Eckoem dictum von dem Stern, Kůningum dictum Brunlin, et ohannem filium quondam Johannis dicti von dem Stern, ves herbipolenses, qui fidejussores moniti — si antedictum ntorem heredes vel successores aliquod damnum seu impementum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere congerit — in obstagium se recipere tenebuntur apud publicum hoitem in civitate herbipolensi quem ipse emptor heredes et ccessores duxerint deputandum in personis propriis vel quilibet r famulum honestum cum equo uno, uno equo ipsorum fidejusrum mortuo vel per expensas pabuli consumto alterum assigndo.

Datum quinta feria ante diem beatae Agnetis virginis, anno mini M°·CCC°· tricesimo.

Sigillorum trium fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum illa officialis curiae herbipolensis et Eberhardi de Grumbach plus minus laesa sunt, illud Dyetrici de Zymmern abscissum est.

CXC.

1330, die 1. februarii.

Dyetricus dictus Zobel miles et Anna conjuges, Ber-

cupimus peruenire, quod — cum fidelis noster Folkwinus de Brotzolstheim armiger et Agnes eius vxor legitima bona sua in villa Brotzolstheim et eius marchia sita honorabili viro Vlrico de Kyrchperg tunc thesaurario ecclesie nostre vendidissent — inter eadem bona viginti et vnum iugera campestrium agrorum eidem emptori tradiderunt, ipsa jugera credentes ad se jure proprietatis pertinere, que tamen ad nos et nostram ecclesiam titulo proprietatis et ad ipsum Folkwinum jure feodali pertinebant et ea in feodum tenuit a nobis et ecclesia nostra memorata.

Tandem fidelium obsequiorum nobis predecessoribus nostris et ecclesie nostre per eundem Folkwinum inpensorum intuitu prefata viginti et unum jugera prelibato emptori et suis heredibus de consilio et assensu honorabilium virorum . . decani et capituli ecclesie nostre appropriauimus et in hijs scriptis appropriamus, eorundem proprietatem et dominium cum omni jure quod ecclesie nostre in ipsis conpetit uel conpetere potuit in ipsum emptorem et suos heredes omni modo et forma quibus melius valere poterit transferentes, jure tamen decimas de ipsis agris percipiendi nobis et ecclesie nostre reseruato. Pro quibus viginti et vno iugeribus agrorum predictis et in eorum reconpensam ecclesie nostre faciendam antedictus Folkwinus alia bona sua propria equiualencia dictis agris nobis et ecclesie nostre libere et sponte ore manu et calamo resignauit et tradidit, eorum proprietatem et dominium in nos et ecclesiam nostram transferendo, eadem a nobis et ecclesia nostra suscipiens in feodum et jure feodali tenenda et possidenda.

Jn premissorum testimonium et robur presens scriptum prefato Vlrico emptori damus, nostri et ecclesie nostre predicte sigillorum appensione roboratum. Nos quoque Bertoldus de Grûnbach prepositus herbipolensis, Eyberhardus de Ryedern decanus, et capitulum ecclesie herbipolensis predicte, credentes premissa ecclesie herbipolensi profutura, prelibatam appropriacionem viginti et vnius iugeris et eorum in prefatum dominum Vlricum translacionem ut predicitur factas ratas et gratas habemus, ipsisque

nostri capituli sigilli appensione per hoc scriptum nostrum prebemus assensum.

Actum et datum anno domini M°·CCC°·XXX°·, jn die beati Valentini martiris.

Wolframi episcopi necnon capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CXCII.

1330, die 12. martii.

Wolframo episcopo Wernherus Schůdel necnon Syfridus Helmschrot eorumque uxores molendinum dictum ze Steyne in Mogi flumine situm vendunt.

Jn nomine domini amen.

Per hoc presens publicum jnstrumentum pateat vniuersis presentibus et futuris, quod viri prouidi Wernherus dictus Schůdel et Elizabeth coniuges necnon Syfridus dictus Helmschrot et Kvnegundis conjuges pistores, ciues herbipolenses, in mei notarij publici et testium subscriptorum presencia constituti recognouerunt publice, se pari voto vnanimique consensu rite et legitime propter causas quasdam valde necessarias ipsos ad hoc cogentes vendidisse ac iusto vendicionis tytulo manibus suis coadunatis tradidisse reuerendo in Christo patri ac domino domino Wolframo venerabili episcopo herbipolensi ementi et recipienti pro hiis tantum quibus in vita vel in morte legandum donandum sev

etiam duxerit assignandum molendinum suum in Mogi flumine situm retro monasterium sancti Jacobi Scothorum extra muros herbipolenses dictum ze Steyne, quondam Kerlingi pistoris, cum aque meatu ad hoc pertinente ac aliis omnibus suis attinencijs, quod ab heredibus quondam Engellini Virnkorn ciuis herbipolensis procederet nomine census, pro precio sexaginta librarum et vna hallensium legalium et bonorum. Quam pecuniam dicti venditores confessi et contenti fuerunt se ab ipso emptore habuisse et recepisse, ac sibi integre numeratam fore et solutam, excepcioni sibi non date non solute et non numerate pecunie sine precij in summa predicta, actioni doli mali et in factum, restitucioni in jntegrum, juri per quod deceptis vltra dimidiam iusti precij subuenitur, necnon omni alij juris auxilio canonici et ciuilis per quod dicta vendicio posset in posterum aliqualiter impediri prorsus renunciantes, abdicando a se ore manu et calamo vt moris est omne jus quod in predicto molendino sev ipsius aque decursu aut aliis ipsius pertinenciis quibuscumque hactenus habuerunt, et illud in prefatum emptorem ac illos cui vel quibus in vita vel in morte deputandum sev assignandum duxerit cum pleno rerum dominio transtulerunt.

Et vt eidem emptori sev hiis cui vel quibus in vita vel in morte ipsum molendinum legandum sev donandum decreuerit plenius caueatur, promiserunt antedicti venditores michi notario per sollempnem stipulacionem vice et nomine ipsius emptoris, eidem emptori et hiis cui vel quibus in vita vel in morte legandum deputandum sev donandum decreuerit de eisdem (videlicet molendino cum aque ipsius meatu ad hoc vt predicitur pertinente ac eciam loco in quo pronunc repositum sev locatum existeret) facere warandiam werschaft vulgariter nuncupatam que de bonis emphiteoticis sev proprietarijs fieri consueuit secundum jus et consuetudinem terre Franckonie ac ciuitatis herbipolensis hactenus obseruatam, et de euictione prorsus cauere.

Si autem prefatum emptorem sev illos cui vel quibus ipsum molendinum vt predicitur legaret aut etiam donaret in vita vel in morte impedimentum sev brigam aliquam in eisdem (scilicet molen-

dino aque ipsius meatu sev etiam loco in quo exnunc locatum existeret) sustinere [contigerit], idem impedimentum sev brigam secundum iusticiam remouere et disbrigare penitus absque emptoris antedicti ac illorum cui vel quibus in vita vel in morte legandum sev donandum duxerit dampno quolibet fideliter promiserunt. Jn quo si moniti negligentes reperirentur, extunc viri prouidi Gernodus dictus Schîzer pistor et Gotfridus dictus Schade, ciues herbipolenses, fideiussores per ipsos super hoc in solidum constituti fidedata in obstagio more fideiussorum in Herbipoli se reciperent tamdiu quoadusque omne impedimentum per eosdem venditores sev ipsorum heredes depositum foret totaliter et sublatum. Vnô vero eorundem fideiussorum cedente vel decedente, mox venditores ipsi aut eorundem heredes alterum eque bonum dummodo requisiti subrogarent; alioquin superstes fideiussor monitus se reciperet donec substitucio huiusmodi foret effectui mancipata. Eosdem etiam fideiussores ab hac fideiussione dicti venditores indempniter absoluere spoponderunt. Qui quidem fideiussores in solidum ad ipsam fideiussionem et eius exolucionem vnusquisque per sollempnem stipulacionem se firmiter astrinxerunt.

Specialiter quoque Engellinus Wolfardi pistor omni juri et actioni sibi ex quacumque causa ad ipsum molendinum eiusque aque meatum et locum in quo exnunc locatum existeret competentibus hucusque pure libere et simpliciter renunciauit, et omnia et singula suprascripta sollempni stipulacione perpetuo se velle firma et rata habere atque tenere, et non contrauenire per se vel per alios aliqua causa vel ingenio de jure vel de facto.

Acta sunt hec anno domini M°·CCC°· tricesimo, jndictione tercia decima, die duodecima mensis marcij, hora eiusdem diei prima, in curia dicta Osternach sita in ciuitate herbipolensi, in cenaculo ipsius curie superiori; presentibus honestis viris Thirolfo dicto Weybeler, Heinrico de Gygen quondam aduocato in Karlstat, Arnoldo de Jnferno, Heinrico dicto Hûneuelt, Hermanno de Halle, Wolfelino Frôwini, Conrado dicto Gyr, Heincelino Helmschrot, Conrado Jacobi, pistoribus, et Lupoldo domini episcopi predicti cellera-

rio, ciuibus herbipolensibus, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Dyethricus de Waldauwe wratizlauiensis dyocesis laycus, publicus jmperiali auctoritate necnon proscripcionum herbipolensium notarius, premissis omnibus vnâ cum prescriptis testibus interfui, eaque propria manu conscripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito et consueto signaui rogatus.

CXCIII.

1330, mense martio.

Synodus a Wolframo episcopo Herbipoli celebrata.

Ejus statuta ex schedis P. Johannis Gamans soc. Jes. a viro cl Schannat descripta ediderunt Harzheim in concil. german. vol. IV. pag. 310 — 313, Schneidt in thesauri juris franconici p. II. pag. 197—204, Himmelstein in synodico herbipolensi pag. 206—209.

CXCIV.

1330, die 25. maji.

Conradus dictus de Broszoltsheim et Mehthildis conjuges cives herbipolenses propter quasdam causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt domino Ulrico comiti de Kirchberg canonico ecclesiae

herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus suis quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum bona infrascripta, de quibus solvuntur annis singulis quinque librarum minus septem solidorum hallensium redditus, quatuor pullorum carnisprivialium, trium pullorum in festo beati Michaelis, et sex pullorum in festo beati Martini episcopi, accedente ad hoc Ulrici Johannis et Dyetrici fratrum Mehthildis venditricis praefatae voluntate unanimi pariter et consensu — qui redditus siti sunt in villa et marchia Hocheim sanctae Margarethae, quorum reddituum Heinricus Rauch dat et solvit octo solidos denariorum de una domo et horto, item Rudegerus piscator dat et solvit duos solidos denariorum de una domo et horto, item Heinricus dictus Gerung dat et solvit sexaginta denarios de una domo et horto sitis vber dem wege, item Conradus gener . . dicti Guder dat et solvit quatuor solidos denariorum et duos pullos carnispriviales de una domo et uno agro sito amme Heselech, item Conradus dictus Tubenstein aurifaber dat et solvit de una domo et vinea tres solidos denariorum et duos pullos carnispriviales, item Conradus filius Lutzonis dat et solvit quatuor solidos denariorum et quatuor pullos in festo beati Martini episcopi de una domo et horto, item Heinricus dictus Hettenstat dat et solvit quindecim denarios et tres pullos in festo beati Michaelis de una domo et horto, item Hunefridus dat et solvit sexaginta denarios de una domo et horto, item idem Hunefridus dat et solvit sex denarios de uno agro campestri sito in dem Bach, item Heinricus dictus Gerung dat et solvit de eodem agro unum solidum denariorum, item Conradus dictus Bergmeister dat et solvit viginti denarios de una area et duos pullos in festo beati Martini, item Heinricus dictus Kirchener dat et solvit duos solidos denariorum de tribus jugeribus dictis rodecker sitis in loco dicto in dem Berntal, item Conradus dictus Swop dat et solvit duos solidos denariorum de tribus jugeribus dictis rodecker sitis in loco praedicto, item Dyetricus dictus Rotemburg dat et solvit sexaginta denarios de tribus jugeribus agrorum campestrium sitis in loco praedicto et

de duobus jugeribus agrorum campestrium sitis in loco dicto imme Hittental, item Heinricus dictus Beltzwerg dat et solvit sex denarios de una vinea sita imme Heselech, item Heinricus Kobereshe dat et solvit sex denarios de una vinea sita imme Heselech — pro pretio quinquaginta librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et proprietatem ipsorum resignantes ore manu et calamo ut moris est emtori praefato, ipsum in possessionem vel quasi eorundem bonorum et redituum inducentes corporalem, promittentes nihilominus dicto emtori heredibus vel successoribus de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Frankoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua warandia facienda et evictione cavenda dant et constituunt in fidejussores insolidum Gerlacum dictum Schenke de Wisempfelt armigerum, et Heinricum dictum Jôzzer civem herbipolensem, qui fidejussores moniti — si antedictum emtorem vel heredes aut successores aliquod damnum seu impedimentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit — in obstagium se recipere tenebuntur apud publicum hospitem.

Datum feria sexta ante festum penthecostes, anno domini M°·CCC°·XXX°.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CXCV.

1330, die 4 junii.

Wolframus episcopus officiali curiae herbipolensis causam

seu causas quam vel quas . . magistra et sorores inclusorii in Birkech herbipolensis dioecesis movent seu movere intendunt ac moverunt hactenus coram ipso Conrado dicto Zolner de Michelnvelt armigero super curia sita in minori Lancheim, quam colit Heinricus dictus der ryche Heintze, Elizabeth relicta quondam Alberti dicti Widenman, . . relicta quondam Heinrici dicti Widenman, Kûnigundis dicta Bûtelin, et . . dicta Spilmenin; item causam seu causas quam vel quas . . magistra et sorores praedictae movent et movere intendunt et moverunt hactenus coram ipso praedictis . . colonis et inquilinis ipsius curiae super dicta curia eiusque pertinentiis debitis rebus et damnis aliis committit; mandans quatenus in ipsa causa seu causis secundum retroacta et alias prout justum fuerit procedere non ommittat.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura ecclesiastica compellat veritati testimonium perhibere.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXX°, pridie nonas junii.

Sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta quondam suspensum abscissum est.

CXCVI.

1330, die 11. junii.

Wolframus episcopus, consideratis fructuosis et utilibus obsequiis per spectabilem virum Bertoldum comitem in Hennenberg compatrem et amicum dilectum ejusque heredes ipsi et ecclesiae herbipolensi multipliciter et indesinenter exhibitis, eisdem ultra summam per praedecessores suos fe-

licis recordationis eis super judicio in Vritoldeshusen datam litterarumque munimentis munitam de novo quingentas libras hallensium pro bono et feodo castrensi in civitate Meyningen ab ipso tenendo super dicto judicio deputat dat et donat, ita sane quod ipse et successores sui idem judicium pro summa et quantitate pecuniae in litteris desuper illis datis contentis et quingentis libris hallensium de novo superadditis cum decreverit sine contradictionibus eorum quibuslibet redimere et reemere debebit, successoresque ipsius pro praedicta pecunia modo simili tenebuntur, volens siquidem ut dictus Bertoldus comes in Hennenberg ejusque heredes post dicti judicii redemtionem et solutam summam quingentarum librarum in quinquaginta libras hallensium annuorum reddituum secundum cursum communem convertant, vel saltem tot librarum redditus ab ipso et ecclesia herbipolensi in loco Meyningen vel alibi ubi ipse aut successores sui deputandum duxerint nomine castrensis feodi perpetuo tenendos non differant resignare.

Datum Herbipoli, anno domini M° CCC° trecesimo, proxima sexta feria post Bonifacii.

Has litteras Brückner in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. V pag. 72 edidit.

CXCVII.

1330, die 2. novembris.

In praesentia Hermanni abbatis in Theris ordinis sancti Benedicti constituta Alhedis dicta Habirstrowin sine omni cohercione et pressura omnia bona sua subscripta, obligatoria et hereditaria, quoviscumque nomine censeantur, domino Wolframo episcopo ac ecclesiae herbipolensi in manus Cunradi Zellerarii libere resignat resignandoque donat.

Qui quidem Conradus vice ac nomine praefati principis ac domini herbipolitani episcopi ac ecclesiae praefatae vendicat sibi

ac suscipit, ita ut praefata Alhedis praedictis bonis ad tempora vitae suae perfruatur: et post mortem ipsius omnia bona sua ad ecclesiam praenominatam sine vara revertentur.

Huius donationis et resignationis testes sunt: custos in Theris, dictus . . Prising, Henricus dictus Winoge, praedicti ordinis confratres, Conradus Stapphe armiger, et alii quam plures fide digni.

Datum sub sigillo, anno domini M°.CCC°.XXX°., in crastino omnium sanctorum.

Haec sunt bona quae praedicta Alhedis vocetenus resignavit: sexaginta librae hallensium in decima dimidia eidem obligata in Kerfelt, duo jugera agrorum dictorum Slussil-acker, duo jugera circa Babinstucke, duo agri in me Ostirfelde kein wengirider wege, unus ager*) quem possidet Gerlachisdorfer.

*) In carta ipsa scriptum est: *unum agrum.*

HERMANNVS. DEJ. GRaciA. ABBAS. MONasterii. IN. THERJS. sigillum suum fascia membranacea ex his litteris suspendit.

CXCVIII.

1330, die 10. novembris.

Gerhusa Stûdin jus emphyteoticum in curia dicta der Stûdin hove in villa Randersacker sita sibi competens ecclesiae herbipolensi ad et in curiam dictam Zehendehove et ejus oblagium donatione inter vivos resignat, post ipsius mortem Cûnrado Tûsel pro censu annuo conferendum.

Jn nomine domini amen.

Nos Bertholdus de Grûmbach prepositus, Eberhardus

de Ryedern decanus, totumque capitulum ecclesie herbipolensis tenore presencium recognoscimus publice profitendo, ad vniuersorum presertim quorum interest noticiam deducentes, quod Gerhusa dicta Stûdin jus suum emphiteoticum siue melioracionis ac omne jus sibi conpetens in curia ac eius domibus et orto dictis wlgariter der Stûdin houe sitis in villa Randersacker retro et prope curiam nostram dictam der Zehendehoue, ad nos seu ecclesiam nostram jure dominij seu proprietatis spectantibus, nobis et ecclesie nostre ad et in predictam curiam dictam Zehendehoue et eius oblagium donacione inter viuos irreuocabili et perfecta pure simpliciter ac liberaliter dedit donauit ac eciam resignauit, jta sane quod nos qui scilicet dictum oblagium pro tempore habuerint tantum suo et ecclesie nostre nomine post ipsius Gerhuse obitum idem jus alias ut premittitur donatum et resignatum in dicta curia et eius domibus ac orto predictis pro censu videlicet viginti solidorum denariorum herbipolensium de curia siue domibus predictis necnon duorum solidorum eorundem denariorum de orto predicto hiis ex nobis qui dicte curie oblagium pro tempore habuerint dumtaxat annis singulis in festo beati Martini soluendo, saluo tamen et remanente censu duarum librarum cere ecclesie parrochiali in Randersacker de dicta curia et eius pertinenciis predictis per possessores siue inhabitatores eiusdem curie hactenus soluto deceteroque soluendo, discreto viro Cûnrado dicto Tûsel pro se et suis heredibus jure emphiteotico siue hereditario quo et ipsa Gerhusa eandem curiam cum suis attinenciis hactenus habuit libere conferamus. Quod nos facere efficaciter presentibus promittimus bona fide.

Adiectum est eciam et condictum per nos et Gerhusam ac Cûnradum predictos conmuniter et vnanimiter, quod in orto predicto inedificari siue poni non debet vllo vmquam tempore siue modo per ipsam Gerhusam aut dictum Cûnradum heredes ve suos aliquale edificium siue aliquid aliud curie decime nostre pretacte preiudicans vllo modo seu nociuum, quodque possimus nobisque licitum sit amplificando dictam nostram curiam decimalem in et super dictum ortum edificare ac ponere seu emittere et inmittere

edificia dicte curie pro quantocumque eius spacio ad nostre voluntatis libitum quandocumque, vt tamen dictus duorum solidorum denariorum census pro rata seu modo huiusmodi inedificati ipsius orti spacij ut equum fuerit minuatur.

Jnsuper quoque Cůnradus Tůsel prefatus pro se et heredibus seu successoribus quibuscumque ob cerciorem et firmiorem dicti tocius census et eius solucionis caucionem exnunc dedit donauit et tradidit seu assignauit ac presentibus donat et assignat titulo donacionis irreuocabilis seu perfecte nobis ac dicte nostre ecclesie in et ad dicta bona censualia vinetum videlicet dimidij jugeris ad ipsum Cůnradum jure dominij seu proprietatis titulo spectans, situm in marchia ville Randersacker in loco dicto an der Wegescheide, cum Heinrici dicti Rabenswalt ab vna, ab alia vero parte Heinrici dicti Hertzog de Randersacker vineis confinatum, jta sane ut idem dimidium jugeris vna cum curia domibus ac orto censualibus prelibatis insimul et conmuniter pro vno et eodem censu predicto ab ipsis scilicet ex nobis dicte curie nostre oblagium pro tempore habentibus in enphiteosim procedat et sibi jure hereditario conferatur perpetuo, eiusdem census onere vna cum iam dictis bonis ut premittitur oneratum.

Jn cuius rei testimonium perpetumm atque robur has litteras ex certa nostrum necnon Gerhuse et Cůnradi predictorum sciencia super premissis confectas nostri capituli sigillo eisdem Gerhuse et Cůnrado dedimus roboratas.

Nos quoque Gerhusa et Cůnradus prelibati ex certa sciencia non per errorem recognoscismus omnia et singula premissa ut premittitur fore gesta, et ad inconuulsam premissorum obseruanciam nos nostrumque heredes et successores quoslibet firmiter presentibus obligamus.

Actum et datum anno domini M°·CCC°· tricesimo, jn vigilia beati Martini episcopi.

Hoc documentum litteris anno domini 1331 per officialem curiae herbipolensis datis et sigillatis insertum est, eorum quo „Gerhusa dicta Stâdin necnon Cûnradus dictus Tûsel de Randersacker in figura judicij constituti, non per errorem sed ex certa scientia sponte et libere recognoverunt ac confitendo presentibus recognoscunt, quod ipsi divisim donationes et resignationes iurium et bonorum fecissent seu fecerunt legittime, necnon omnia et singula fore vera atque gesta de quibus omnibus et ut dicitur in instrumento desuper confecto et sigillato videlicet honorabilium virorum dominorum . . capituli ecclesie herbipolensis per ipsum viso et inspecto manibusque tractato ac omni prorsus defectu et vitio carente."

CXCIX.

1331, die 2. januarii.

In Wolframi episcopi herbipolensis constitutus praesentia in figura judicii anno domini M°·CCC°· primo, in crastino circumcisionis dominicae, in curia Osternnach, Cunradus de Rotembur senior armiger ad manus episcopi voluntarie et libere fide data promisit, quod . . procuratores seu . . fratres hospitalis infirmorum sancti Theoderici herbipolensis ac ipsum hospitale in bonis in villa Rûprehtshusen et eius territorio sitis ac eorum pertinentiis universis, quae quidem bona Berhtoldus dictus Sachse in emphyteosim colit et tenet, nec verbis nec factis per se vel per alium seu alios deinceps ullo prorsus tempore inquietare seu gravare debebit aut quomodolibet impedire, vel inquietanti gravanti aut impedienti seu inquietantibus gravantibus vel impedientibus ipsos in bonis eisdem quomodolibet consentire, captione dolo et fraude penitus circumscriptis : sane jus et actionem, si quod vel

si qua sibi in praetactis bonis vel ad ea competunt, per viam juris prosequi poterit coram judice competenti.

Actum et datum Herbipoli, anno die et loco praenotatis.

Wolframi episcopi sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CC.

1331, die 4. februarii.

Fritze von Grumbach und Heinrich von Saltza versprechen an der ihnen vom Hochstifte Wirzburg auf Wiederlösung je zur Hälfte verpfändeten Feste Waldemburg binnen Jahresfrist je hundert Pfund Häller zu verbauen.

1.

Jch Fritze von Grumbach ein rittere vergihe offenlich vnd tun kunt allen den die disen brief sehen lesen oder horen lesen, als der erwirdige in got vater vnd herre her Wolfram bischof zu Wirtzeburg fûr acht hundert pfunt heller die er mir schuldik was mir und minen erben daz halbteyl siner vesten zu Waldemburg*) mit allem dem daz dar zu gehôrt fûr vier hundert pfunt

*) Quod dimidium hujus castri ecclesia herbipolensis a Ludewico et Alheidi conjugibus de Franckenstein anno 1325 emerat.

Litterae de hac re tam a venditore quam ab emtore die 20 mensis octobris anni 1325 exhibitae supersunt, alterae sigillis Ludewici et Alheidis

heller, vnd dem vesten manne hern Heinrich von Saltza minem eydeme vnd sinen erben daz ander halbteyl der selben vesten vnd

dictorum munitae, alterae illis Wolframi episcopi et capituli majoris ecclesiae herbipolensis.

Earum a venditoribus datarum tenor hic est:

Jn nomine domini amen.

Contencionis prestat materiam ignorancia rei geste. Unde multis occurritur periculis vtiliter et prudenter, quociens presentis temporis actus et negocia scripture testimoniis perhennantur.

Ea propter nos Ludewicus dominus de Franckenstein et domina Alheidis de Wilnauwe conthoralis sua recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod nec vi nec metu inducti sed vtilitate nostra exposcente vendidimus et in hiis scriptis vendimus ac titulo vendicionis damus et tradimus reuerendo in Christo patri ac domino nostro domino Wolframo venerabili episcopo herbipolensi sue ecclesie ementi et recipienti pro se et ipsa ecclesia sua manu coadunata et etiam de consensu domine Elyzabeth filie nostre relicte quondam Ludewici de Hesseburg armigeri medietatem castri nostri Waldemburg, que ad nos hactenus titulo proprietatis spectarat, cum saltibus suis, ferrifodinis, nemore dicto der Friwalt, venacionibus, piscacionibus, riuis, riuulis, aquis aquarumque decursibus, viis, inuiis, pratis, pascuis, siluis, villis, curiis, domibus, censibus, redditibus, obvencionibus, aduocaciis, jurisdictione, judiciis et honore, hominibus vtriusque sexus, omnibusque aliis et singulis juribus et pertinenciis suis, cultis et incultis, quesitis et non quesitis, quocumque nomine censeantur, pro precio trecentarum librarum hallensium, quod quidem precium in certis terminis contentis in aliis litteris nobis super eo datis nobis sev heredibus nostris est integraliter persoluendum, a nobis et heredibus nostris omne jus quod in dicti castri medietate et pertinenciis suis habuimus manu et calamo vt moris est penitus abdicantes, jn ipsumque dominum nostrum episcopum et dictam suam ecclesiam illa cum pleno rerum dominio transferen es, et cum suo et ipsius sue ecclesie nomine in possesionem corporalem sev quasi possesionem presentibus inducentes.

Jdem etiam dominus noster episcopus de capituli sui consensu in eniorem recompensam medietatis castri prenotati nobis Ludewico dedit et assignauit medietatem castri sui et ipsius ecclesie sue in Landeswer, sic quod illam quamdiu vixerimus nos dumtaxat Ludewicus sine impedimento ad nostros vsus tenere et habere libere debemus, sed vigiles et portarios ipse dominus noster episcopus vel . . successor suus pro tempore vel capitulum si sedes vacauerit ecclesie expensis tenebitur

allez daz dar zu gehoret auch fûr vier hundert pfunt heller fûr mich von minen wegen vnd an miner stat versetzet hat, als an

procurare. Si autem contra quemcumque vel quoscumque gwerram sev bellum specialiter contingeret nos mouere, extunc dictum castrum per medium equaliter diuidi nobisque nostra debebit medietas assignari, quam etiam dictus dominus episcopus suis propriis expensis durante illa gwerra quo ad vigiles et portarios debebit fideliter custodire, alias vero personas nobis extunc necessarias nos nostris expensis tenebimur procurare.

Jnsuper in recompensam bonorum et reddituum ad dictum castrum Waldemburg per nos assignatorum ipse dominus noster nobis assignauit redditus ad valorem centum librarum hallensium annuatim. De quibus de precaria ciuium in Meyningen ipsi domino episcopo in festo beati Martini singulis annis soluenda nobis ante omnia (priusquam videlicet quicquam de ipsa precaria domino nostro episcopo soluatur) quinquaginta libre hallensium solui debent, de redditibus vero et bonis in villis Lutoldsdorf et Vachdorf ad ipsum dominum episcopum et ecclesiam suam spectantibus decem maldrorum tritici, septuaginta octo cum dimidio maldrorum siliginis, et sexaginta maldrorum auene redditus, ad quadraginta libras hallensium computati, quolibet maldro siliginis et tritici pro septem solidis hallensium, quolibet vero maldro auene pro tribus solidis hallensium estimato. Jtem quatuor porci valoris decem librarum hallensium nobis singulis annis statutis ad hoc terminis solui debent. Jtem piscariam suam in Waltdorf et octo jugera pratorum ibidem ad ipsum et ecclesiam suam predictam spectancia nobis memoratis coniugibus ad tempora vite nostre tenenda similiter assignauit. Bona vero premissa erunt in potestate et manu ipsius domini episcopi sicut ante. Sed si in debitis terminis solucionis homines residentes in eisdem bonis qui ad solucionem eorundem se nobis specialiter astrinxerunt dictos redditus nobis negligerent assignare, ipsos per impignoraciones ad hoc possumus cohercere. Quos quidem redditus quamdiu vixerimus tenere et percipere debemus, omni prorsus jmpedimento sublato. Si autem dicta coniux nostra nos superuixerit, extunc medietas dictorum reddituum nobis assignatorum ad prefatum dominum nostrum episcopum sev ecclesiam suam libere redire debebit; residuam autem medietatem reddituum eorundem cum piscaria et pratis de quibus premittitur ipsa nostra coniux quo ad vitam suam dumtaxat recipiet et tenebit, et vel in dicto castro vel in oppido Meyningen cum residencia manebit, in quo quidem castro vel oppido ipse dominus noster episcopus eidem coniugi nostre hospicium assignare debebit. Ea autem de medio sublata, dicta reddituum medietas cum piscaria et pratis similiter ad ipsum dominum nostrum episcopum et suam ecclesiam reuertetur.

Insuper dicimus et publice protestamur, quod dicti castri Waldemburg medietas non est per nos antea alicui hominum obligata, nec aliqualiter obnoxia sev astricta, sed libera penitus et soluta.

sinen briefen die er dem selben hern Heinrich von Saltza vnd mir dar vber gegebn hat gentzlich geschriben stet, also bekenne ich der vorgenant Fritze von Grumbach, daz ich in dirr jares frist an der selben vesten verbuwen sol hundert pfunt heller an nûtzlichem vnd nôtlichem buwe der die veste wol bedarfe.

Auch bekenne ich, daz ich minem vorgenanten herren bischof Wolfram gelobt han bi minen trûwen an sin hant vnd dar nach zu den heylgen gesworn vnd verbinde mich vnd alle min erben vnd nachkumen an der vorgenanten vesten, daz wir vnserm vorgenanten herren allen sinen nachkumen vnd dem gotshuse ze Wirtzeburg mit der ietzgenanten vesten die wil wir sie inne habn sullen gewarten wider aller menlichen, vnd in die offenen zu allen iren kriegen vnd nôten.

Promittimus etiam dicto domino nostro episcopo de sepedicto castro et suis pertinenciis facere warandiam werschaft wlgariter nuncupatam que de bonis proprietariis fieri consueuit secundum jus et terre Frankonie consuetudinem hactenus obseruatam.

Preterea nos Alheidis conthoralis domini de Franckenstein supradicti recognoscimus publice, quod nec racione dotis nec donacionis propter nupcias nec racione alterius juris cuiuscumque quicquam in dicto castro sev pertinenciis suis juris habemus. Si autem aliquod jus quod non dicimus nobis in illo competere videretur, illi exnunc prorsus renunciamus, sub juramento a nobis corporaliter nec dolo nec vi sed sponte prestito promittentes quod nec illud petemus nec contra omnia premissa sev aliquid eorundem vllo vmquam imposterum tempore veniemus aliquo jngenio studio vel cautela.

Jnsuper nos Elyzabeth nata predictorum coniugum premisso contractui expresse presentibus consentimus, sub juramento nec vi nec dolo sed sponte prestito promittentes omnia premissa et singula rata et grata habere, nec contrauenire aliquo jngenio studio vel cautela.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium atque robur nos Ludewicus dominus de Franckenstein et domina Alheidis de Wilnauwe coniuges prefati dicto domino Wolframo et ecclesie predicte presentes litteras dedimus, nostris sigillis diligencius consignatas. Nos quoque Elyzabeth, nata predictorum coniugum, proprio carentes sigillo, ad obseruanciam omnium et singulorum de nobis supra scriptorum sub sigillis dictorum coniugum parentum nostrorum quibus contentamur ad presens nos firmiter obligamus.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, XIII°. kalendas nouembris.

Auch han ich gelobt und gesworn vnd verbinde mich min erben vnd min nachkumen an disem brief, daz wir vnserm vorgenanten herren sinen nachkumen dem capitel ob niht bischoues were oder des gotshuses pfleger die daz capitel gesetzet hete daz vorgenant halbeteyl der vesten zu Waldemburg mit allem dem daz dar zu gehöret vnd vns damit versetzet worden ist sullen wider geben ze lôsen vmbe fûmfhundert pfunt heller an alle widerrede vnd furgezog, ob ich Fritze der vorgenante die hundert pfunt heller verbuwe als vorgesprochen ist, swelhes jares vnd zu welher zit in dem jare sie daz lôsen wollen. Doch sullen sie mir minen erben oder dem der die vesten von vnsern wegn inne hette vor verkunden einen manden wenne sie die vesten lôsen wollen.

Vnd der selbe amptman dem der vorgenant her Heinrich von Saltza vnd ich die vorgenanten vesten enphelhen sol vns vor sweren zu den heylgen, daz er von vnserre beider wegen mit der vorgenanten vesten vnserm vorgenanten herren . . sinen nachkumen vnd dem gotshuse gewarte als wir beide gesworn habn vnd vorgeschriben ist. Er sol auch vf den selben eyde die losunge von vnser beider oder vnserre erben wegn nemen und enphahen, swenne sie ime geboten wirt, vnd sol vnserm vorgenanten herren bischof Wolfram sinen nachkumen oder dem capitel oder des gotshuses pflegern die vesten wider antwûrten vnd wider geben an allerley fûrgezog vnd widerrede.

Ez sullen auch der vorgenante her Heinrich von Saltza, jch, vnd vnser beider erben die vorgenanten vesten halten und bewarn ane des vorgenanten goteshus von Wirtzburg koste vnd schaden.

Auch han ich der vorgenant Fritze von Grumbach vertzigen fûr mich vnd alle min erben vnd verzihe mich an disem brief aller der klage vorderunge vnd ansprache die ich hette oder gehabn môchte biz vf disen hûtigen tag gegn minem vorgenanten herren bischof Wolfram oder sinem goteshus, vnd bekenne daz ich aller gelubde die mir geschehen sin von minem vorgenanten

herren oder von sinen wegn vnd aller schult der er mir schuldik waz gar vnd gentzlich gerichtet vnd gewert bin mit disen vorgeschriben dingen.

Vnd ze einem vrkunde gezugnisse vnd sicherheit aller dirr vorgeschriben dinge gebe ich minem vorgenanten herren bischof Wolfram disen brief, versigelt mit minem jnsigel. Der wart gebn do man zalt von Cristes geburthe drûzehenhundert jar vnd dar nach in dem eim vnd drizzigstem jar, an dem mentag nach vnser frauwen tag zu der kertzwihe aller nehst.

Sigillum Friderici DE GRUNBACH fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

2.

Jch Heinrich von Saltza knehte vergiche offenlich vnd tûn kunt allen den disen brief sehen lesen oder hôrn lesen, als der erwirdige vater in got vnd herre her Wolfram bischof ze Wirtzeburg fûr die aht hvndert pfunt haller die er dem vesten ritter hern Fritzen von Grumbach minem sweher schuldig was, ime vnd sinen erben daz halbeteil siner vnd sines gotshuses vesten zu Waldemburg mit allem dem daz zu dem selben halbeteil gehôret vmb vierhundert pfund haller, vnd mir vnd minen erben fûr den selben minen sweher vnd an siner stat daz ander halbeteil der selben vesten vnd swaz dar zu gehôrt auch fûr vierhundert pfunt haller versetzet hat, als an sinen briefen die er vns beiden vnd vnser ieglichem dar vber gegebn hat gentzlich geschriben stet, also bekenne ich der vorgenant Heinrich von Saltza, daz ich in dirr jars frist an der selben vesten verbuwen sol hundert pfunt haller an nûtzelichen vnd nôtlichem buwe der die veste wol bedarf.

Auch bekenne ich, daz ich minem vorgenanten herren bischof Wolfram gelobet han bi minen trûwen an sin hant vnd dar nach

zu den heiligen gesworn vnd verbinde mich vnd alle min erben vnd nachkumen an der vorgenanten vesten, daz wir vnserm vorgenanten herren allen sinen nachkumen vnd dem gotshuse ze Wirtzeburg mit der ietzgenanten vesten die wil wir sie inne haben sullen gewarten wider aller menlichem, vnd in die offenen zu allen iren kriegen vnd nôten.

Auch han ich gelobt vnd gesworn vnd verbinde mich min erben vnd min nachkumen an disem brief, daz wir vnserm vorgenanten herren sinen nachkumen dem capitel ob niht bischoues were oder des gotshuses pfleger die daz capitel gesetzet hete daz vorgenant halbeteil der vesten ze Waldenburg mit allem dem daz dar zu gehôret vnd vns damit versetzet worden ist sullen widergeben ze lôsen vmbe fûmf hvndert pfunt haller an alle widerrede vnd fûrgezog, ob ich Heinrich der vorgenant die hvndert pfunt haller verbuwe als vorgesprochen ist, swelhes jars vnd zu welher zit in dem jare sie daz lôsen wollen. Doch sullen si mir minen erben oder dem der die vesten von vnsern wegen danne inne hette vor verkûnden einen manoden wenne sie die vesten lôsen wollen.

Vnd der selbe amptman dem min vorgenanter sweher von Grûmbach vnd ich die vorgenanten vesten enpfelhen sol vns vor versweren zu den heiligen, daz er von vnser beider wegn mit der vorgenanten vesten vnserm .. vorgenanten herren .. sinen nachkumen vnd dem gotshuse gewarte als wir beide gesworn haben vnd vorgeschriben ist. Er sol auch vf den selben eyde die losunge von vnser beider oder vnser erben wegn nemen vnd enpfahen, swenne sie ime geboten wirt, vnd sol vnserm vorgenanten herren bischof Wolfram .. sinen nachkumen oder dem capitel oder des gotshuses pflegern die vesten widerentwûrten vnd widergeben an allerley fûrgezog vnd widerrede.

Ez sûllen auch min vorgenanter sweher, ich, vnd vnser beider erben die vorgenanten vesten halten vnd bewarn ân des vorgenanten gotshuse von Wirtzeburg koste vnd schaden.

Vnd zu einem vrkûnde gezûgnisse vnd sicherheit aller dirr vorgeschriben dinge gibe ich minem vorgenanten herren bischof Wolfram disen brief, versigelt mit minem jnsigel. Der wart gebn do man zalt von Cristes gebûrthe drûzehenhvndert jar vnd dar nach in dem eim vnd drizzigstem jar, an dem mentag nach vnser frauwen tag zu der kertzwihe aller nehst.

Sigillum HEinRJCJ DE SALTZA fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CCI.

1331, die 4. februarii.

Constituti coram officiali curiae herbipolensis in figura judicii Andreas et Johannes, nati quondam strennui viri Friderici dicti Zobel de Gŷbelstat militis, minores annis legitimis, confessi sunt in jure, contractum venditionis infrascriptorum bonorum quem strennui viri Dyetricus miles et Bertholdus armiger fratres dicti Zobel ipsorum minorum fratres fecerunt cum domino Ulrico de Kirchperg canonico et archidiacono herbipolensis ecclesiae ipsorum et dictorum minorum nomine et in eorundem utilitatem fore factum, et cum ipsius venditionis pretio pro rata ipsos contingente in utilitatem evidentem eorundem procuratum, promittentes ipsam venditionem sub omnibus pactis et modis quibus celebrata est et in instrumento desuper confecto continetur et confessionem praesentem ratam tenere inviolabiliter, nec unquam aliquo tempore etiam postquam ad aetatem legitimam pervenerint in toto vel in aliqua sui parte contravenire aliquo ingenio studio vel cautela per se vel alium aut alios in judicio vel extrà judicium, nec contravenienti consentire verbo facto consilio vel favore omni sine fraude, fide manuali

ipsi nomine praelibati domini Ulrici ipsam fidem recipienti praestita nomine vice et loco juramenti.

Bona vero de quibus praedicitur sunt haec: redditus perpetui novem librarum et octo solidorum hallensium, novem maldrorum siliginis, duorum maldrorum avenae mensurae oppidi Arnstein, sexaginta quinque pullorum carnisprivialium, triginta pullorum aestivalium, ducentorum et quinquaginta ovorum, necnon unius maldri caseorum, quos habuerunt in marchiis et villis Gundersleiben Kramsneit et Erpfeshusen, necnon omnia et singula alia bona sua quaesita et inquirenda quocumque nomine censeantur quae habuerunt communiter vel divisim in villis et marchiis supradictis, cum omnibus et singulis agris pratis pascuis nemoribus aliisque suis juribus pertinentiis et requisitionibus quibuscumque.

Datum feria secunda post purificationem beatae virginis, anno domini M°·CCC°·tricesimo primo.

Sigillum officialis curiae herbipolensis fascia membranacea ex his litteris suspensum magnam partem periit.

Documentum cujus sub num. CXC pag. 383—385 mentionem fecimus, die 1 mensis februarii anni 1330 exhibitum, huc spectat.

CCII.

1331. die 7. februarii.

Bertoldus de Grumbach praepositus, Eberhardus de Ridern decanus, totumque capitulum ecclesiae herbipolensis publice recognoscunt, quod annos sive terminum reemtionis reddituum duarum librarum denariorum herbipolensium quae ipsis et ecclesiae

herbipolensi singulis annis debentur de curia dicta zu Hern-Helnbrich sita intra muros herbipolenses, cui ab una parte Eckonis de Ariete et ab alia parte . . heredum quondam Syfridi vom Rebestoke civium herbipolensium curiae similiter dictae zu Hern-Helnbrich conterminant et confinant, ad preces Conradi dicti de Brozoltsheim et Mehthildis uxoris usque ad octo annos computandos a festo cathedrae sancti Petri venturo proxime prorogant, salvis aliis pactis et conditionibus quae in instrumento confecto super venditione et emtione antedictorum reddituum continentur.

Datum anno domini M°CCC°XXXI°, feria quinta proxima post festum purificationis virginis gloriosae.

Capituli ecclesiae herbipolensis sigillum quod dicunt „ad causas" fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

CCIII.

1331, die 7. martii.

Ecclesia herbipolensis de reemtione decimae in Beynssang et allodii in Egenhusen siti pignori obligatorum disponit.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus et tenore presencium profitemur publice vniuersis presentibus et futuris, quod — cum decima in Beynssang et allodium situm in Egenhusen ante longe iam retroacta tempora per felicis recordacionis quondam dominum Jringum herbipolensem episcopum predecessorem nostrum olim Gotfrido vomme Rode militi pro quadraginta marcis argenti et pro triginta VIII libris hallensium forent pignori obligata, prout in literis dicti predecessoris nostri exinde

confectis plenius continetur nos pro eo ne dictorum bonorum obligacio vlterioris successu temporis ab hominum memoria totaliter laberetur honorabili viro Ottoni dicto Wolueskele canonico et archidiacono ecclesie nostre predicte propter grata et fructuosa obsequia per ipsum multipliciter nobis exhibita reemendi decimam et allodium predicta cum suis pertinencijs vniuersis (que nos propter eris defectum in presenciarum reemere nequiuimus) apud strennuum militem Gotzonem de Rode, natum dicti Gotfridi, pro centum quinquaginta octo libris hallensium de honorabilium virorum . . prepositi . . decani et capituli dicte ecclesie nostre beneplacito et consensu expresso plenam et liberam dedimus tradidimus ac in hijs scriptis damus et tradimus facultatem, sibi nichilominus ex speciali gracia de dicti capituli nostri consensu presentibus concedentes quod decimam et allodium predicta cum suis pertinencijs vniuersis que apud predictum Gotzonem de Rode reemit pro centum quinquaginta octo librarum hallensium quantitate pretacta tenere pacifice et frui debeat ad tempora sue vite. Post mortem vero ipsius Ottonis eadem bona apud quamcumque personam seu quascumque personas ecclesiasticas vel mundanas cui vel quibus idem Otto in vita vel in morte bona ipsa tradiderit legauerit deputauerit sev donauerit quocumque tytulo gratuito vel non gratuito nos . . successores nostri seu capitulum ecclesie nostre sede episcopali vacante seu . . procuratores ecclesie a capitulo deputati reemere poterimus pro predicta centum quinquaginta octo librarum hallensium summa jn festo kathedre beati Petri vel ante idem festum quocumque annorum nobis facultas affuerit bona hujusmodi reemendj.

Ex singularj quoque dono gracie liberaliter condonamus exnunc eidem Ottoni, quod quidquid ipse seu persona illa seu persone ille cui vel quibus ipse bona sepedicta donauerit deputauerit seu legauerit vt prefertur ante huiusmodi reempcionem faciendam perceperint de eisdem jpsis non debebit in sortem dictarum centum quinquaginta octo librarum hallensium quomodolibet computarj.

Et in euidens testimonium robur et certitudinem omnium pre-

missorum has sepedicto Ottoni dedimus literas, nostri ac dicti capituli nostri sigillorum appensionibus diligencius communitas. Nos quoque Berhtoldus de Grumbach prepositus, Eberhardus de Ryedern decanus, et capitulum ecclesie herbipolensis predicte recognoscimus, premissa omnia de nostris consensu beneplacito et verbo processisse, jn eiusdem consensus nostri adhibiti sigillum capituli nostri ex certa nostra sciencia presentibus appendentes.

Datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXX°· primo, nonis marcij.

Duo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCIV.

1331, die 20. martii.

Wolframus episcopus plebanum ecclesiae herbipolensis — postquam ad ipsius audientiam fidedignis relatibus noviter est perlatum, quod nonnulli canonici ecclesiae sancti Johannis in Hauge, attendentes minime quod ordo seu gradus ecclesiasticus confunditur quando unicuique sua reverentia non servatur, et secundum traditiones canonicas canonici ecclesiarum cathedralium non sunt immerito canonicis aliarum ecclesiarum titulis et honorum insigniis praeferendi, quasdam superstitiosas innovationes in quandam irreverentiam dictae herbipolensis ecclesiae singulorumque fratrum capituli ejusdem inducere improvide molientes, almuciis id est pilleis chorhuben vulgariter nuncupatis de variis pellibus subtus et supra confectis in divinis officiis temere utuntur et uti amplius non verentur, quibus pilleis canonici de capitulo ecclesiarum cathedralium et non collegiatarum et specialiter in ecclesia moguntina metropolitana, sed

non canonici secundariarum ecclesiarum ibidem, praelatis ipsarum exceptis, et cui ecclesiae moguntinae ecclesia herbipolensis et aliae ecclesiae huic subjectae se conformare in hoc casu tenentur, de jure specialiter uti in ipsorum ecclesiis consueverunt: quae quidem innovatio discordiarum et discidiorum inter easdem ecclesias et personas ipsius est ut plurimum inductiva et divini officii prout timet verisimiliter saepius turbativa in divinae majestatis offensam et scandalum plurimorum — volens hujusmodi discordiis discidiis scandalis et diuini officii perturbationibus ex officii debito quantum potest obviare, sub debito obedientiae districte praecipiendo requirit, quatenus accedens dictam ecclesiam in Hauge indilate ipsiusque ecclesiae fratres capituli auctoritate praesentium caritative moneat ipsius nomine et inducat, quos et ipse sic monet, ut a publicatione praesentium infra tres dies immediate sequentes, quorum unum pro primo, reliquum pro secundo, tertium pro tertio ac peremtorio monitionis termino assignat, dicta pillea omnino deponant, eisdem pilleis (praelatis dictae ecclesiae in Hauge dumtaxat exceptis) de cetero quomodolibet non usuri: alioquin ipsos qui ejus immo verius ipsius monitioni in hoc negotio contraire praesumserint, quos extunc prout exnunc ab ingressu ecclesiae suspendit, in eadem ecclesia et alibi ubi opportunum fuerit hujusmodi suspensionem publice nuntiet incurrisse, ipso in eventum inobedientiae eorum contra ipsos per poenas graviores in quantum de jure poterit processuro.

Datum anno domini M°·CCC°·XXX°·primo, feria quarta proxima ante diem palmarum.

Wolframi episcopi sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta quondam suspensum periit. Plebani ecclesiae herbipolensis sigillum ibidem fascia de ipsarum litterarum in fidem exsecutionis earum fideliter per ipsum factae suspensum magnam partem periit.

Quas infra sub num. CCVII pag. 421 et 422 edemus litteras, die 5 mensis aprilis exhibitas, huc conferre poteris.

[illegible]

[illegible], de [illegible] [illegible]

Ecclesiae herbipolensis capitulum ad decus et decorem ecclesiae suae consuetudines quaedam incertas et dubias declarat, quaedam mutat, quaedam noviter statuit.

In nomine domini nostri Jesu Christi amen.

Licet consuetudo rationabilis et prescripta vim legis quodammodo optinere noscatur, eiusque sicut legis transgressores sint sine dubio puniendi, quia tamen ab omnibus per eque sciri non possunt consuetudines, non nunquam ab earum obseruancia quosdam ex contempta alice vero ex oblivione seu ignorancia multociens comperimus diuertere, contemptus vicium ignorancie nubilo palliantes.

Nos igitur Beriboldus *prepositus,* Eberhardus *decanus, totumque capitulum* herbipolense, *in nostro generali feria sexta ante diem palmarum capitulo congregati, quedam de huiusmodi consuetudinibus incerta et dubia declarare, aliqua eciam de nouo statuere, nonnulla quoque ex causis rationabilibus matura et prouida deliberacione mutare ad decus et decorem ecclesie nostre cupientes, infrascripta declaranda statuenda duximus, quibusdam in melius commutatis.*

In primis itaque ordinando statuimus, quod actor contra reum conuentum coram domino decano qui est vel erit pro tempore pro sua intencione fundanda probacionibus si voluerit vti possit, salua tamen conuento defensione iuxta consuetudinem hactenus obseruatam. Probacionibus autem deficientibus, vel non deficientibus eis tamen vti actore nolente, in opcione rei vt premittitur conuenti esse de-

bebit, vel juramentum decisorium actori deferre, vel in se idem iuramentum recipere ac prestare: et secundum quod tunc iuratum fuerit, reus vel absolui vel condempnari debebit.

Jtem quia hij qui emolimentum participant onus eciam refutare non debent, et altero alterius onera subportante conueniencius iuxta apostolum adimplebimus legem Christi, huic statuto duximus annectendum, ordinantes quod non solum canonici ecclesie nostre fratres capitulares et emancipati*) verum eciam domini vicarij in tropis videlicet si necesse fuerit et alleluya necnon aliis quibuscumque secundum ordinem regant chorum, volentes quod domini canonici fratres capitulares dumtaxat — cum illis maior cura et solicitudo assidua de vniuersis ecclesie negociis spiritualibus et temporalibus inminere noscatur — possint et valeant tempore vicis sue chorum regere per vicarios quandocumque, festis de curia et nonnullis aliis infra designatis exceptis, in quibus propter eorundem festorum prerogatiuam et quandam excellenciam solempnitatem antiquam seu consuetudinem volumus obseruari. Festa autem de quibus premittitur decreuimus esse ista, videlicet circumcisionis domini nostri Jesu Christi, annunciacionis dominice, palmarum in processione dumtaxat, jn vesperis processionalibus pasche et penthecostes, sanctorum Johannis baptiste, Petri et Pauli apostolorum, Laurencij martiris, natiuitatis virginis gloriose, Michahelis archangeli, Burchardi et Martini confessorum, necnon beati Andree apostoli gloriosi.

Et ut propiciator clementissimus nobis et ecclesie nostre ineffabilis sue misericordie graciam multiplicatis semper intercessionibus vberius largiatur quanto propensius assistimus sue laudi, prouide duximus statuendum, quod dominus decanus qui est vel in futuro erit nulli prebendario seu vicario in ecclesia nostra abessendi vltra quindecim dies in anno licenciam dare possit, nisi ad hoc capituli voluntas accesserit et consensus.

*) In documento ipso scriptum est: *amancipati*.

Verum quia ecclesiasticus ordo plerumque confunditur si vnicuique sua iusticia non seruatur, presenti statuto adicimus, quod dominus decanus ad requisicionem cuiuslibet canonici fratris capitularis sine protractione conuocare capitulum teneatur, auditurus cum effectu quicquid jdem canonicus vel alij duxerint proponendum, et facturus quod super propositis huiusmodi fieri est consuetum. Quod si aliquis canonicorum, reputans per ipsum dominum decanum indebite se grauatum, super hoc capitulum si sibi conuocari requirat, ipse dominus decanus capitulum indici faciendo fratres capitulares conuocare sine dilacione qualibet similiter teneatur. Extunc conuocato capitulo more solito, negociis seu causis hinc inde propositis, dominus decanus et ipse conquerens sentencie capituli seu maioris partis tunc in capitulo presencium super hiis contentari debebunt, ad aliud examen minime remittendo: nec per huiusmodi sentenciam debet intelligi, quod canonico vt premittitur conquerenti per sentenciam capituli pena inposita censeatur. Penam quoqe domino decano cuicumque canonico infligente, requisitus ipse dominus decanus eidem causam pro qua ipsum taliter punire decreuit dicere seu exprimere teneatur, ad penam aliam propter requisicionem huiusmodi cause sicut aliquando fieri conperimus nullatenus processurus.

Pro eo eciam quod forte aliquis canonicorum sine ipsius decani licencia equitabit, non liceat ipsi domino decano canonico sic reuerso penam infligere quam in nostra ecclesia nominare consueuimus grauiorem, sed aliam infligere possit prout qualitas contemptus exegerit vel delicti, prouiso ne ipse dominus decanus ante lapsum trium dierum prebendas suspensas ad hospitale faciat deportari.

Sane quia qui nimis emungit sanguinem elicit iuxta sentenciam sapientis, asperitatem pene quam vocare consueuimus grauiorem in nostra ecclesia de consuetudine de facto seruatam lima iusticie et juris scripti regula quodammodo lenientes, deinceps inuiolabiliter volumus obseruare, quod in nullo casu quispiam canonicorum possit vel debeat poni ad penam grauiorem in pane et aqua. Sed si et quando quempiam ex canonicis suis demeritis exigentibus contingat pena grauiori percelli, tunc quatuor diebus in ebdomada (si dicta

pena tanto tempore durare debebit) contentus stabit cibis quadragesimalibus, vna vice tantum de die sumendis aliis, tribus residuis carnes vel alia cibaria prout et quociens voluerit conmedendo. Vinum quoque omnj tempore quo dicte pene subiectus existit ipsum ad sobrietatem tantum posse bibere non negamus. Prostratum eciam iacere, prout minus prouide seruatum esse hactenus arbitramur, ac habitum seu vestem superiorem videlicet religionis, ac locum suum in choro vel processione sepedicte grauiori pene subiectum mutare penitus prohibemus, volentes quod tunc ipsa eciam pena durante in habitu religionis quem illo tempore alij canonici conmuniter gestauerint eisdem se debeat tam in choro quam in processionibus conformare, ne in status ac dignitatis clericalis obprobrium publicam videatur agere penitenciam et sollempnem, reliquis rigoribus secundum antiquam consuetudinem in suo robore duraturis. Non tamen per premissa domino . . decano mitigandi pro suo arbitrio penam predictam adimimus potestatem.

Vt autem omnes et singule consuetudines prenominate a nobis omnibus et quolibet nostrum firmiter et inuiolabiliter obseruentur, munimine sigilli capituli nostri eas duximus roborari.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Quod infra sub num. CCXIII edemus documentum, die 31 mensis maji anni 1331, huc conferri potest.

CCVI.

1331, die 30. martii.

Ulricus et Agnes de Hanauwe conjuges partem suam oppidi Ippfehoven nec non villarum Tetelbach et Reperdorf una cum bonis et juribus in oppido Ippfehoven a comitibus de Kastele emtis — salva his eorum reemtione — ecclesiae herbipolensi vendunt.

Jn nomine domini amen.

Nos Vlricus dominus de Hanauwe et domina Agnes con-

[illegible] publice in hijs scriptis et ad vniuersorum tam [illegible] quam futurorum quorum interest aut interesse [illegible] volumus peruenire, quod nos propter quasdam necessitates nostras et causas legitimas nos [illegible] partem nostram apud Ippfelhouen [illegible] villarum Tetelbach et Reperdorf vna cum predijs curijs mansis domibus areis ortis terris agris pratis pascuis nemoribus seu virgultis piscationibus riuis riualis aquis aquarumque decursibus vijs inijs, redditibus obuenciombus precarijs et vtilitatibus quibuscumque, hominibus quoque vtriusque sexus, aduocacijs judicijs jurisdictione patter et honore, ac vniuersis alijs suis juribus pertinencijs et requisicionibus, quibuscumque nominibus censeantur, cultis et incultis, quesitis et inquirendis, ad nos hactenus titulo seu jure proprietatis spectantibus, jtem vniuersos et singulos redditus et bona illa et jura in eodem opido Ippfelhouen sita que nos apud nobiles viros dominum Fridericum comitem de Kastele et quondam dominum Hermannum de Kastele pro certo precio comparauimus cum suis juribus pertinencijs et requisicionibus vniuersis, pari voto et vnanimi consensu, matura penes nos pluries deliberacione prehabita, ac coadunatis nostris manibus vendidimus dedimus tradidimus ac in hijs scriptis rite et racionabiliter vendimus iustoque vendicionis titulo damus et tradimus reuerendo in Christo patri ac domino nostro domino Wolframo ecclesie herbipolensis episcopo ementi et recipienti pro se et episcopatu suo seu ecclesia sua iamdicta pro precio duorum milium librarum hallensium. Quod quidem precium profitemur nos ab eodem emptore in parata et numerata pecunia habuisse recepisse integraliter, et in vsus nostros necessarios et vtiles conuertisse. Abdicantes quoque ore manu et iactu calami vt moris est a nobis et heredibus nostris dictam partem opidi et villarum et pertinencias suas vniuersas de quibus premittitur omneque jus in eisdem nobis competens et nostris heredibus, jlla pleno proprietatis jure ac directo et vtili rerum dominio, bona vero et redditus apud predictos comites de Kastele vt premittitur comparatos similiter a nobis et nostris heredibus abdicantes, illos eo dumtaxat jure quod ex empcione nostra pretacta nobis competit in eisdem in prefatum dominum Wolframum et ecclesiam suam transferimus per pre-

sentes, dantes nichilominus eidem domino Wolframo adeundi et apprehen[den]di per se vel alium seu alios suo et dicte ecclesie sue nomine possessionem eorundem bonorum omnium quando voluerit plenam et liberam presentibus facultatem, salua tamen dicto comiti Friderico de Kastele et eius heredibus necnon heredibus quondam comitis Hermanni predicti reempcionis gracia eis per nos concessa de nonnullis predictorum reddituum et bonorum emptorum per nos apud eosdem comites vt prefertur in terminis et pro precio ac sub pactis modis et condicionibus qui et que in confectis super eo alijs patentibus litteris plenius exprimuntur.

Vt autem sepedicto domino Wolframo herbipolensi episcopo et ecclesie sue in premisso vendicionis nostre contractu plenius caueatur, promittimus pro nobis et nostris heredibus eis de sepedictis bonis omnibus et singulis et eorum pertinencijs per vnius anni et vnius diei spacium plenam facere gwarandiam werschaft wlgariter dictam de bonis proprietarijs fieri debitam et consuetam, ac de euictione eorundem per idem spacium in omnem litis euentum prorsus cauere prout jus exigit et requirit. Pro qua quidem gwarandia facienda et euictione tollenda per anni et vnius diei spacium damus et constituimus prelibato domino nostro episcopo suo et ecclesie sue nomine in fideiussores nostros insolidum videlicet nobiles viros dominos Heinricum de Rienecke et Rudolfum de Wertheim comites, Kraftonem et Gotfridum de Hohenloch fratres sororios nostri Vlrici de Hanauwe predicti, et Ludewicum de Hohenloch, necnon strennuos milites Hartmodum de Cronemberg, Kvnonem de Rebstocke, Cunradum de Wolmarshusen, Dietricum de Zimmern, Cunradum de Boltshusen, Dyemarum de Ryenecke, Reynhardum de Hartheim, et .. dictum Slemper natum eius, Arnoldum de Sauwensheim armigerum, et Gernodum dictum Jrremût scultetum in Wertheim. Qui quidem fideiussores, si nos in exequendis premissis fuerimus negligentes, dum per dictum dominum nostrum eiusve successorem aut capitulum ecclesie herbipolensis si sedes vacaret durante predicto anni et diei vnius spacio aut per

suos certos nuncios aut litteras moniti fuerint, quinis dictorum dominorum qui per se obstagiare nolnerit per vnum militem cum famulo et duobus equis loco suo, reliqui vero fideiussores per se ipsos aut quinis eorum per famulum et equum loco sui, vno ipsorum fideiussorum se non excusante per alterum, in ciuitate herbipolensi apud publicos hospites sine vara subintrabunt obstagium, in dampnum nostrum et heredum nostrorum expensas fideiussorio more facturi, ac inde non exituri donec per nos impedimentum pro quo tunc moniti fuissent amotum fuerit penitus et sublatum. Quociens eciam vnus de dictis fideiussoribus interim cesserit vel decesserit, tociens alium fideiussorem eque certum sine vara in locum cedentis vel decedentis infra mensem dum moniti fuerimus substituere promittimus. Alioquin superstites fideiussores obstagiabunt modo premisso donec huiusmodi fideiussoris subrogacio per nos fuerit adimpleta. Vno quoque dictorum equorum in obstagio per expensas consumpto alter in locum illius consumpti per eum cuius de dictis fideiussoribus is extitit erit continuo subrogandus.

Sane si in predicto spacio vnius anni et diei certitudinaliter compertum fuerit quod supradicta bona in toto vel in aliqua sui parte forent feodalia, quod tamen non credimus, nos et nostros heredes exnunc ad faciendam sepedicto domino nostro episcopo et ecclesie sue de jllis que sic inuenta fuerint in feodo procedere gwarandiam de bonis feodalibus fieri debitam et consuetam et euictionem tollendam datis super eo dictis fideiussoribus nostris firmiter astringimus per presentes.

Promittimus insuper bona fide presentem contractum omniaque et singula in eo contenta fideliter attendere et seruare, et non contra ea venire aliquo ingenio studio vel cautela, seu contrauenienti vel contrauenire volenti quomodolibet consentire verbo vel opere publice vel occulte, capcione dolo et fraude penitus circumscriptis, renunciantes nichilominus pro nobis et nostris heredibus in premisso contractu excepcioni non numerati non soluti non habiti precij, seu in vsus nostros non conuersi, excepcioni dicenti aliter esse scriptum et aliter esse actum, ac omnium priuilegiorum seu litterarum im-

petratarum seu impetrandarum sub quacumque forma vel expressione verborum commodo, omnibusque et singulis excepcionibus et cautelis in jure expressis, omnique tam canonici quam ciuilis juris suffragio per quod contra premissa iuuari possemus, seu per quod presens contractus in toto vel in parte viciari posset in posterum aut aliqualiter impugnari.

Preterea nos domina Agnes predicta, cum prelibata pars opidi Jppfehouen et villarum Tetelbach et Reperdorf et eius pertinencie vniuerse nobis per felicis memorie quondam dominum Kraftonem de Hohenloch progenitorem nostrum in dotem fuerint assignate, recognoscimus quod nos (non) coacta seu circumuenta sed sponte et voluntarie in presentem contractum consensimus et consentimus, fide data promittentes quod contra ipsum in toto vel in parte racione dicte donacionis in dotem seu cuiuscumque alterius juris nobis in eisdem competentis in judicio vel extra nullo prorsus tempore veniemus.

Et in euidens omnium et singulorum premissorum testimonium robur et certitudinem has sepedicto domino Wolframo episcopo herbipolensi dedimus litteras, nostris et prenominatorum fideiussorum sigillis de certa sciencia diligencius consignatas. Nos quoque fideiussores prenominati recognoscimus per hoc scriptum nos sub modo premisso fideiussorie obligatos, et ad exoluendum vt premittitur fideiussionis debitum nos presentibus firmiter obligamus, jn eorum euidenciam sigilla nostra presentibus de nostra certa sciencia appendentes.

Jnsuper nos Krafto et Gotfridus de Hohenloch, fratres domine Agnetis pretacte, publice profitemur presentem contractum de nostra voluntate et certa sciencia processisse, ac nobis in pretactis bonis omnibus et eorum pertinencijs nil prorsus actionis competere siue juris. Et si quid in illis nobis juris aut actionis competeret, quod tamen non dicimus, jlli exnunc non per facti errorem sed de certa sciencia renunciamus ad cautelam, et id a nobis et nostris heredibus abdicamus precise simpliciter et expresse.

Actum et datum anno dominj millesimo trecentesimo XXX° primo, sabbato proximo ante festum beati Ambrosij confessoris.

Sigillorum septendecim fasciis membranaceis ex hoc documento suspensorum illa Kraftonis et Gotfridi dominorum de Hohenloch, illud Eb8TMVTI De CRONENBERCH, illud Kunonis de Rebstocke integra sunt; illa Heinrici comitis de Rienecke, Ludewici de Hohenloch, Dyemari de Rienecke, Arnoldi de Sauwensheim perierunt; reliqua plus minus laesa sunt.

Quod infra sub num. CCXI pag. 431 et 432 edemus diploma, die 25 mensis maji anni 1331 exhibitum, hac conferri potest.

CCVII.

1331, die 5 aprilis.

Anno a nativitate domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, indictione quarta decima, pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini domini Johannis divina providentia papae vigesimi secundi anno quinto decimo, quinta die mensis aprilis, quae fuit feria quarta post dominicam judica proxima, in ambitu ecclesiae sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses, in praesentia publici notarii et testium subscriptorum, discretus vir dominus Heinricus dictus de Fulda, rector seu plebanus majoris ecclesiae herbipolensis, quoddam mandatum sigillo oblongo majore de cera glauca seu gilva pendente a reverendo in Christo patre ac domino domino Wolframo episcopo ecclesiae herbipolensis praedictae super depositione almuciarum variarum quae in vulgari vehe chorhuben nuncupantur per honorandos viros dominos ecclesiae praescriptae in Hauge canonicos — trium dierum monitione praemissa — facienda sibi directum hora dum completorium in ipsa ecclesia sancti Johannis cantatum fuerat in praesentia et audientia dominorum . . decani scolastici et aliorum canonicorum meliorum et

potiorum de capitulo publicavit legit ac exsequebatur ea qua decuit reverentia, cujus tenor dinoscitur esse talis:

> Wolframus dei gracia episcopus ecclesie herbipolensis dilecto nobis in Christo . . plebano ecclesie nostre predicte salutem in domino sempiternam.
>
> Inter cunctas sollicitudines nostris humeris inpositas hoc potissimum insidet cordi nostro

et cetera. Hoc de ipsius mandati principio. Et sic finit:

> et nos in euentum inobediencie eorum contra ipsos per penas grauiores in quantum de jure poterimus processuros.
> Datum anno domini etc.

Exsecutione quoque reverenter peracta hujuscemodi praescripti . . decanus et canonici copiam mandati praeexpressi sibi dari sub manu publica cum instantia postularunt, quam ipsis idem dominus . . plebanus, habita licentia per honorandum virum dominum Eberhardum de Ryedern decanum majoris ecclesiae saepefatae, qui sibi ipsum mandatum ex parte domini episcopi praesentaverat, dare promiserat cum effectu.

Acta sunt haec anno, indictione, pontificatu, die, hora, mense, et loco suprascriptis, praesentibus viris providis et discretis dominis: Friderico de Windesheim, domino Hartungo, sacerdotibus, sociis domini plebani antedicti, Eymeramo consobrino clerico, magistro Heinrico dicto de Hundesvelt publico imperiali auctoritate notario, et aliis quam pluribus fidedignis, ad praemissa vocatis pro testibus et rogatis.

> Theodericus de Wizzense dictus Hake clericus moguntinensis dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius, exhibitioni et exsecutioni mandati prius tacti praesens interfuit, ipsaque modo praemisso una cum testibus antescriptis fieri vidit et audivit, praesensque instrumentum publicum propria manu de ipsis conscripsit, et suo signo consueto signavit, per dominum decanum et per plebanum majoris ecclesiae praedictos requisitus.

Litteras quarum mentio facta est, die 20 mensis martii exhibitas, supra sub num. CCIV pag. 410 et 411 memoravimus.

CCVIII.

1331, die 13. aprilis.

Ludovicus imperator Wolframo episcopo privilegia et feoda ecclesiae herbipolensi collata confirmat.

Lvdowicus quartus dei gracia Romanorum jmperator semper augustus venerabili Wolframo episcopo herbipolensi principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Firmauit dominus regnum nostrum, ponendo nos in summum gradum jmperatorie dingnitatis, vt subjectis nobis regibus principibus comitibus dominis et aliis vniuersis jura ipsorum et priuilegia confirmemus, et ipsos manuteneamus et foueamus in sua iusticia nostra potencia et virtute.

Sane cum tu in regimine episcopatus ecclesie herbipolensis ad honorem tuum et nostrum ac sacri jmperii fidelium et subditorum tuorum profectum talem te exhibueris et habueris quod priuilegia*) tibi et ecclesie tue tradita et collata vberioris gracie nostre dono ad ampliorem roboris firmitatem tibi ac ipsi ecclesie tue debeant merito confirmari, non indignum credimus quin tibi tueque ecclesie iamdicte de nostre potestatis plenitudine in quam vocati sumus de premissis et aliis predecessorem nostrorum Romanorum jmperatorum et regum graciis concessionibus priuilegiis olim . . episcopis herbipolensibus tuis predecessoribus et ecclesie herbipolensi collatis prouideamus de oportune confirmacionis presidio ad vberiorem illorum omnium firmitatem tui . . successorum tuorum ac predicte ecclesie herbipolensis securitatem cercius obtinendam.

*) In diplomate ipso scriptum est: *pridem*.

Ad tuam igitur votiuam peticionem omnia et singula priuilegia concessiones gracias emunitates libertates et jura quecumque per nostras regales litteras vel per quemcumque predecessorum nostrorum Romanorum jmperatorum et regum priuilegia et indulta concessas et concessa tibi tuis successoribus tueque ecclesie prenotate ex certa nostra sciencia confirmamus approbamus et iterum de nouo concedimus de plenitudine jmperatorie potestatis.

Preterea collacionem feodorum, que iamdudum a nobis ante quam fuissemus ad apicem dignitatis jmperatorie sublimati recepisse dinosceris, tibi per nos factam presentis scripti patrocinio habere decreuimus roboris firmitatem. Et exnunc de nouo tibi et ecclesie tue sepedicte omnia et singula feoda a nobis et jmperio procedencia in quibus tibi et ecclesie tue jus competit conferimus in hiis scriptis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis graciam in aliquo violare, vel ei ausu temerario quomodolibet contraire. Si quis vero contrarium attemptare presumpserit, indignacionem nostram et grauem jmperatorie maiestatis offensam se nouerit incursurum.

Jn quorum premissorum testimonium has tibi mandauimus dari litteras, nostre maiestatis sigillo insignitas.

Datum Nurnberch, die sabbati ante dominicam misericordia domini, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, regni nostri anno decimoseptimo, jmperii vero quarto.

Ludovici imperatoris sigillum quod dicunt majestatis, cujus tergo secretum impressum est, filis sericis rubri et viridis colorum ex hoc diplomate suspensum est.

CCIX.

1331, die 6 maji.

Ecclesiae herbipolensis capitulum formam de praebendis per canonicos (nisi studiorum vel peregrinationis gratia) absentes percipiendis statuit.

Jn nomine domini nostri Jesu Christi amen.

Hactenus canonici ecclesie herbipolensis ex quacumque causa necessitate vel vtilitate (nisi gracia studiorum seu peregrinacionis) absentes nichil prorsus de prebendis suis quas in dicta herbipolensi ecclesia obtinebant tempore sue absencie percipere consueuerunt, eciam si propter capitales notorias jnimicicias sine culpa eorundem absencium prouenientes et metum qui cadere potuit jn constantem cogebantur abesse. Ex quo quidem abusu et corumptela eidem ecclesie multa jncomoda et detrimenta, sicut ipsa magistra rerum efficax experiencia nos docuit, prouenerunt.

Nos igitur . . decanus totumque capitulum ecclesie herbipolensis sepedicte, huiusmodi abusum resecare et ecclesie nostre jndempnitatibus occurere feruenti desiderio cupientes, pluries propter hoc jn nostro capitulo congregati, vnanimiter prouide duximus statuendum, vt si et quando quempiam ex concanonicis nostris qui pro presente tunc habetur propter notorias seu manifestas jnimicicias vel metum qui cadere potest in constantem, dum tamen huiusmodi jnimicicie vel metus sine culpa sua proueniunt, seu eciam propter jniuriam eidem vel suis familiaribus domesticis jrrogatam quam forte non potest seu non wlt dissimulando transire, ab ecclesia nostra sepedicta et ciuitate herbipolensi abesse contingat, jdem absens fructus prebende sue integraliter percipere debeat, et omni ac si presens esset comoditate et vtilitate gaudere, denariis illis dumtaxat

exceptis qui diuinorum officiis interessentibus ad manus tribui consueuerunt, hoc tamen adiecto moderamine quod taliter absens jn sedandis huiusmodi jnimiciciis et metu tollendo seu super hiis conposicionibus amicabilibus ordinandis et satisfactione ac emenda de jniuria trium seu quinque capituli nostri personarum ex ipso capitulo per nos vel maiorem partem de capitulo tunc presencium deputandarum arbitrio, seu maioris partis earundem si forte omnes concordare nequirent, jn omnibus et per omnia que pacem et conposicionem ac satisfactionem pretactas respiciunt stare et parere debebit, alioquin eidem absenti fructus prebende sue vsque ad ipsius reditum ad ecclesiam ac personalem residenciam subtrahentur.

Jdem per omnia de eo qui culpa sua vel occasione jn metum huiusmodi vel jnimicicias vel jniurias incidit, parato tamen satisfacere de conmisso et emendare quibus emendandum fuerit conpetenter ad arbitrium capituli vel trium aut quinque deputandorum a capitulo quemadmodum proxime premittitur statuendo decernimus obseruandum.

Et ne circa huiusmodi metus jnimicicias seu jniurie declaracionem mora valeat dispendium generare, voluimus et ordinauimus presenti statuto, vt denunciacione facta domino . . decano qui est seu qui erit pro tempore, vel eciam eo absente seniori de capitulo tunc presenti, jdem dominus . . decanus seu senior vt premittitur statim die sequenti ad requisicionem passi huiusmodi jnimicicias jniuriam siue metum seu alterius eius nomine si forsitan ipse passus pretextu jnimiciarum seu metus personaliter adesse nequiret conuocare capitulum teneatur. Et tunc presentes ibidem seu maior pars presencium de capitulo tres vel quinque personas de ipso capitulo deputare debebunt, que tres vel quinque persone jnfra octo dies ad longius jnmediate sequentes dicent et estimabunt, vtrum tales sint jnimicicie metus vel jniuria ex quibus passum non congruat esse presentem, vt sic liqueat si fructus prebende sue jn eius absencia sibi merito debeant ministrari. Dicto eciam passo fructus prebende sue dictis diebus deliberacionis jntegre ministrentur.

Sane si forsan taliter absentem jn iuris sui prosecucione contra jniuriantem sibi vel jniuriantes de negligencia sua culpari contingit,

quid tunc fieri debeat, tres vel quinque persone assumende super hoc de capitulo vt premittitur modo simili judicabunt.

Predicte quoque tres vel quinque persone ad premissa vel premissorum aliquod prout premittitur deputande promittere debent sub debito obediencie et per fidem vice juramenti, quod inspectis et diligenter pensatis per eos qualitate personarum et negocij ceterisque circumstanciis, omni odio fauore timore prece seu precio postpositis, circa premissa ac eorum quodlibet arbitrabuntur et estimacionem faciant congruentem, prout equius viderint expedire, sex septimanarum alias absentibus jndultarum comodo tamen saluo, forma eciam conmuni et antiqua jurata super contribucione facienda jn suo robore per omnia duratura.

Quam quidem formam omnes et singuli de capitulo jurauimus, et jnposterum recipiendi ad capitulum, et specialiter . . prepositi qui pro tempore fuerint, prius quam ad ipsam preposituram vel administracionem ipsius prepositure recipiantur seu admittantur, jurabunt similiter ad sancta dei ewangelia fideliter et jnuiolabiliter perpetuo obseruare.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium atque robur presenti carte sigillum nostri capituli duximus appendendum.

Datum et actum jn Herbipoli, sub anno domini currente millesimo trecentesimo tricesimoprimo, secunda nonas mensis maij, videlicet feria secunda post jnvencionem sancte crucis.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea quondam ex his litteris suspensum abscissum est.

CCX.

1331, die 7. maji.

Ecclesiae herbipolensis capitulum ordinationem de praepositurae amministratione die 18 mensis martii anni 1309 statutam innovat nec non ampliat.

Jn nomine domini amen.

Si illos felices describit antiquitas quibus ex alieno prestatur cautela periculo, illi reuera infelices estimandi sunt et vesani quos non iam aliena sed nec propria cauciores dispendia reddiderunt.

Hinc est quod nos Eberhardus de Tûnneuelt, Albertus de Talheim, Cunradus Flosculus, et Rudolfus de Rotenstein, arbitri ordinatores seu dispositores a capitulo herbipolénsi ad infrascripta ordinanda disponenda seu eciam statuenda in potestatis plenitudine constituti, prouide attendentes jncomoditates dampna et dispendia que hactenus ecclesia nostra sustinuit jn aministracione prepositorum qui pro tempore exstiterunt, qui nobis fructus obuenciones vel prouentus a prepositura ipsa solitos deriuari vel non plene, vel si — non suis temporibus ministrarunt, et infuturum quantum possibile fuerit precauere volentes, statuimus volumus et ordinamus.

Jn primis vt . . prepositus qui pro tempore fuerit officia prepositure non conferat nisi presente cellerario et duobus de capitulo quos sibi capitulum singulis annis ad hoc deputauerit, jta quod de ipsorum consilio officia ipsa locare debeat et taxare secundum temporis qualitatem.

Volumus eciam statuimus et ordinamus, vt in autumpno septuaginta duas karratas vini iuxta morem antiquum jn cellario dominorum

nostrorum vel alibi prout [cum] capitulo vel cum hiis quos sibi capitulum deputabit deliberauerit sine diminucione qualibet reponi faciat et recondi. Quod quidem vinum non vndecumque colligatur, sed de monte dicto Stein, Schalperg, Lindech, Munchberg, Kirchpühel, Crambuhel, obersten Sant, et partem de vineto quod per ciues colitur dominos contingentem, et vinum de Yselstat et de Sauwensheim quod vron dicitur, et Gras, et alias vbi melius creuerit, juxta consuetudinem capituli hactenus obseruatam. Que summa vini si ante festum beati Martini nobis tradita non fuerit et in potestate nostra reposita, prepositus qui pro tempore fuerit subeat penam infrascriptam, videlicet quod — in crastino beati Martini monitus per decanum, vel decano absente per seniorem de capitulo qui presens fuerit; qui si negligentes per vnum diem in monicione huiusmodi fuerint, extunc per duos fratres capituli quoscumque monitus — in locum suum duos fratres capituli suo nomine jn claustro nostro cum suspensione prebendarum suarum se recipi eadem die monicionis absque qualibet difficultate ordinet et procuret. Qui si in recepcione quatuordecim dierum spacio steterint, extunc . . prepositus ipse a voce capituli exclusus cum suspensa prebenda jn ipso claustro se recipiet cum eisdem, inde non exituri donec defectus vini vt predicitur per omnia suppleatur. Si vero . . prepositum qui pro tempore fuerit tempore monicionis huius et recepcionis sue ad claustrum contingat esse absentem, extunc idem . . prepositus a voce capituli sic exclusus duos alios canonicos fratres capituli quos capitulum duxerit acceptandos in locum suum a principio cuiuslibet anni ponere debet et ordinare, jta videlicet quod prefati duo canonici a voce capituli sic exclusi cum suspensa prebenda jn ipso claustro se recipient cum prioribus duobns canqnicis predictis, inde non exituri donec defectus vini vt predicitur per omnia suppleatur. Si vero predictos quatuor canonicos jn claustro prout premittitur per quartam partem anni continue morari contigerit, extunc idem . . prepositus vbicumque locorum fuerit constitutus — monitus per litteras . . decani, vel decano absente senioris de capitulo vel duorum fratrum capituli, per omnia vt premittitur — a tempore notificacionis earundem sibi facte infra duos menses ad

ecclesiam nostram sub juramenti prestiti debito personaliter reuertatur. Et postquam ad ecclesiam nostram sic venerit, infra dies octo, si defectus predictus expeditus non fuerit, a voce capituli exclusus cum suspensa prebenda cum primis duobus canonicis jn ipso claustro se recipiet, inde non exiturus donec defectus vini vt predicitur per omnia suppleatur, jta videlicet quod duo canonici absenciam . . prepositi supplentes ipso . . preposito personaliter claustrum intrante ijdem claustrum exibunt.

Jtem arbitramur et statuimus, vt — si . . prepositus qui pro tempore fuerit panem ab ipso ministrari consuetum per dies octo continue vel successiue numerandos non ministrauerit — extunc . . prepositus, nona die monitus vt premittitur, penam subeat suprascriptam.

Jnsuper statuimus et ordinamus, vt denarios septimanales, losungas, et officiorum nobis suis temporibus ministrari procuret. Si autem [in] hoc negligens fuerit, et in eo per quatuordecim dies persteterit a die qua ipsos denarios dare debuerat, monitus vt prius, penam subeat preexpressam.

Jtem statuimus et ordinamus, vt denarij maiores, videlicet quindecim solidi jn festo penthecostes dandi qui dicuntur haberpfenninge et watschar, et quindecim solidi in epiphania, suis diuidantur temporibus. Quod si . . prepositus post quodlibet festum per mensem vnum negliens fuerit, monitus vt supra, penam subeat suprascriptam.

Jtem statuimus arbitramur et ordinamus, vt tres solidi denariorum qui carnales dicuntur ante festum natiuitatis domini diuidantur. Alioquin, jn crastino circumcisionis monitus vt supra, penam subeat preexpressam.

Jtem statuimus et ordinamus, vt de quinque maldris jn messibus dari consuetis ante festum Michahelis, et de septem malderis auene ante festum Martini, et quatuor malderis in die palmarum dandis ante quasimodo geniti singulis canonicis satisfaciat. Alioquin, post quemlibet terminorum premissorum monitus vt premissum est, penam subeat prius memoratam.

Jtem statuimus volumus et ordinamus, vt . . prepositus qui pro tempore fuerit feoda que probestlehen dicuntur si vacare contingerint non aliis quam canonicis nostris conferat, et si qua extra ecclesiam nostram collata sunt reformet.

Jtem statuimus et ordinamus, vt . . prepositus maiora officia, videlicet magistri moncium cellerarij et magistri coquine, si ea vel eorum aliquod vacare contingerit, sine voluntate capituli tocius conferat vllo modo.

Jtem statuimus, vt . . prepositus qui pro tempore fuerit omnes consuetudines hactenus circa canonicos et vicarios nostros ac familiares eorundem obseruatas sub eodem juramento teneat et obseruet, bona eciam et jura prepositure omnia et singula manuteneat et conseruet, et si qua distracta vel dissipata existunt pro viribus suis recuperet et reformet.

Jtem statuimus et ordinamus, quod illos denarios qui annuatim pro losunga dari per . . prepositum consueuerunt, videlicet in festo purificacionis beate virginis septem solidos denariorum, et jn vigilia pasche septem solidos denariorum, eisdem terminis et non in diebus seruiciorum prout antiquitus consueuerat fieri secundum formam super hoc editam debebunt per . . prepositum ministrari.

Adicimus eciam, vt omnes et singuli de capitulo sub fidei dacione et obediencie debite firmiter repromittant, vt si quis eorum jn . . prepositum electus fuerit vniuersa predicta et singula sub fidei puritate attendere debeat et seruare, et specialiter qui jn prepositum eligendus fuerit non ante eligatur vel recipiatur quam sollempne juramentum prestiterit vt vniuersa premissa attendere debeat et seruare, nec contra venire vllo vmquam studio jngenio vel cautela, ewangeliis vel sacrosanctis corporaliter eciam a se tactis.

Hanc tamen graciam . . preposito qui pro tempore fuerit dignum duximus faciendam, vt si forte tempus sterilitatis hostilitatis vel grandinis magne ingrueret, jta vt notorie et euidenter appareat . . prepositum nostrum de rebus prepositure sine suo dispendio grauissimo et iactura obuenciones omnes a prepositura solitas deriuari omnino ministrare non posse, ipso petente duo sibi de capitulo

deputentur, qui coram capitulo juramentum sollempne prestare debeant vt defectus huiusmodi sollerter indagando sollicite inquirant et discuciant diligenter. et postpositis omnino gracia odio vel fauore si sic esse repererint graciam sibi vice capituli facere possint per quam . . prepositus ipse releuetur, et confratres eorum jn assecucione obuencionum prebendarum suarum grauiter non ledantur.

Vt autem hec omnia et singula permaneant illibata, presentem paginam nostri sigillo capituli fecimus roborari.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, feria tercia ante ascensionem domini.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

CCXI.

1331, die 25. maji.

Kaiser Ludwig bestätigt den von Bischof Wolfram mit Ulrich von Hanowe für das Hochstift Wirzburg abgeschlossenen Kauf der Dörfer Ypphofen Tetelbach und Raperdorf.

Wir Lvdowig von gots genaden rômischer cheyser ze allen ziten merer des richs tun chunt allen den die disen brief sehent oder horent lesen, daz mit vnserm willen vnd gunst vnser lieber fürste Wolframe der ersame byschof ze Wirtzburch von dem edlen mann Vlrich von Hanowe die gûte gnant Ypphofen Tetelbach vnd Raperdorf vnd swaz dar zv̊ gehoret dem stift vnd dem gotshaus ze Wirtzburch gechaufet hat.

Vnd die selben dorffer verlihen wir vnd haben auch verlihen dem vorgenanten byschof vnd dem stift mit allen rechten eren vnd nutzen die dar zv̊ gehorent vnd da von geuallen mûgent vnd als si der vorgenant Vlrich von Hanowe vor inn gehabt hat vnd genozzen. Vnd bestaetigen auch den chauff mit disem brief.

Vnd dar v̊ber ze vrchunde geben wir disen brief mit vnserm cheyserlichen jnsigel versigelten.

Der geben ist ze Nurnberch, an dem samptztag in der pfingstwochen, da man zalt von Christus geburt driutzehnhundert iar dar nach in dem ein vnd dreizzigsten iar, jn dem sibentzehenden iar vnsers richs, vnd in dem vierden des cheysertums.

Sigilli quod dicunt maiestatis filis sericis rubri et viridis colorum ex hoc diplomate suspensi vix in ulla sui parte laesi legenda haec est: LVDOVICVS. QVARTVS. DEI. GRACIA ROMANORVM. IMPERATOR. SEMPER. AVGVSTVS. Nec minus secretum ejus tergo impressum in nulla sui parte laesum, cujus legenda est: JVSTE. JVDICATE. FILII. HOMINVM.

Quod sub num. CCVI. pag. 415—420 edidimus documentum, die 30 mensis martii anni 1331 exhibitum, huc conferre poteris.

CCXII.

1331, die 27. maji.

Ludovicus imperator Wolframum episcopum et ecclesiam wirziburgensem in suam et sacri romani imperii protectionem specialem recipit.

Ludowicus dei gracia Romanorum jmperator semper augustus constare volumus presencium inspectoribus vniuersis, quod nos ob

fidem constantem et conpertam in venerabili Wolframo episcopo herbipolensi principe nostro dilecto jpsi et ecclesie sue herbipolensi prefate affectum gracie gerimus, quod meritum et condignum estimamus, per omnia fauorabilem et benignum.

Ea propter eundem Wolframum episcopum et principem nostrum jpsamque ecclesiam herbipolensem cum bonis hominibus rebus et possessionibus eorum vniuersis et singulis in nostram et sacri romani jmperij tuicionem defensionem atque protectionem tenore presencium recepimus et recipimus specialem, mandantes vniuersis nostris et sacri romani jmperij fidelibus cuiuscumque preeminencie condicionis aut status existant, quatenus prefatum principem nostrum ipsius ecclesiam herbipolensem in bonis hominibus rebus et juribus suis contra hanc nostram presentem graciam vllo vnquam tempore audeant aliqualiter molestare, sicut indignacionem nostram voluerint euitare.

Jn cujus rei testimonium presentes conscribi, et sigillo maiestatis nostre jussimus conmuniri.

Datum in Nůrmberg, feria secunda post octauam penthecosten, anno domini millesimo tricentesimo tricesimoprimo, regni nostri anno septimodecimo, jmperij vero quarto.

Quae de sigillo quod ex diplomate die 25 mensis maij anni 1331 exhibito suspensum est supra ad num CCXI pag. 432 memoravimus huc conferri possunt, nisi quod ex hoc diplomate filis sericis rubri et violacei colorum suspensum est.

CCXIII.

1331, die 31. maji.

Ecclesiae herbipolensis statutum de rebus quibusdam cultum divinum et honorem ecclesiae spectantibus per domicellos canonicos cum non emancipatos tum emancipatos sed nondum ordinatos observandis factum.

Jn nomine dominj amen.

Ne dudum obseruate et a sapientibus approbate consuetudines temporis vetustate consumantur, nec earum invalescant corruptele que ab impijs in jus priuilegiorum assumuntur, dicto sacrorum canonum attestante, jpsa canonum adinuenit auctoritas generosa, vt sic approbate et diucius obseruate consuetudines antiquitate detersa a peritis innouentur, innouate conscribantur, et conscripte sigillorum appensionibus perhennentur.

Quod nos Eberhardus de Ryedern decanus totumque capitulum ecclesie herbipolensis — honorando viro domino Bertoldo de Grunbach eiusdem ecclesie preposito tunc viuente et consenciente — attendentes, infinitos errores et vt melius exprimatur confusiones in diuino officio exercendo detestabiles cottidie oriri et ingruere circa lectiones responsoria et antiphonas in choro eiusdem ecclesie herbipolensis cantandas vel cantanda per domicellos canonicos non emancipatos sed in scolis existentes ac eciam per emancipatos sed nondum ordinatos indicendas seu indicenda videntes, nec non circa libros vel cappas ad chorum deferendos vel deferendas et eosdem seu easdem ad sacristiam debitis et consuetis temporibus reportandos vel reportandas ac circa alia cultum diuinum respiciencia et honorem ipsius ecclesie innumera fieri detrimenta, huiusmodi quoque erroribus et detrimentis velud intollerabilibus et

abhominabilibus congrvis remedijs obuiare, cultumque diuini numinis pocius augere quam diminuere cupientes, vt edocet ordo iuris, sub annis natiuitatis dominj millesimo trecentesimo tricesimo primo feria sexta ante palmas proxima tunc presentes et capitulariter congregati seu capitulum peremptorium facientes et ipso die habentes, quatuor ex nobis et nostri capituli confratribus viros honorandos et industres, dominos Heinricum de Reynstein seniorem, Heinricum de Wechmar, Albertum de Ebersberg, nec non Rudolfum de Rotenstein scolasticum eiusdem ecclesie herbipolensis, ad innouandas et emendandas consuetudines diutine obseruatas et approbatas et errores predictos extirpandos et radicitus euellendos ac honori ecclesie et in hac parte necessitati prouidendum velud in talibus eruditos et expertos concorditer elegimus, ipsisque [ad] huiusmodi errores extirpandos et in melius conmutandos cum plena atque libera potestate et auctoritate conmisimus vnanimi de consensu vices nostras.

Qui onus ad premissos errores emendandos ob diuini cultus augmentum necnon ob rogatum dominorum . . decani et capituli predictorum et ecclesie nostre predicte honorem cum plena potestate in se voluntarie susceperunt.

Habita quoque deliberacione penes se diligenti et matura, multis super huiusmodi errorum reformacione et ipsorum correctione habitis capitulis, et de vno in aliud vt moris et continuatis, feria sexta post diem festum corporis Christi proxima sub annis natiuitatis Christi prenotatis de indicendis lectionibus et alijs cantandis et legendis, nec non de indicendis capitulis generalibus et specialibus seu capitulis dominorum, ac de deportandis ad chorum et reportandis ad sacristiam libris et cappis, ac de quibuslibet alijs per domicellos canonicos in scolis existentes et emancipatos nondum autem ordinatos faciendis, nomine et vice dominorum . . decani et capituli predictorum — prefato domino . . preposito pie recordacionis tunc defuncto — omnium nostrum consensu accedente, diffiniuerunt et statuentes contra predictos errores pronunciauerunt.



cipatis absentibus in studio vel alibi existentibus taliter statuerunt, quod — quandocumque vnum eorum septimana tetigerit — sui procuratores quos pro suis disponendis negocijs deputarit vnum de domicellis canonicis presentibus, vel (si nullus domicellorum, requisiti et rogati tamen singulariter absque vara, haberi poterit) succentorem pro indicendo et alijs omnibus et singulis que ipse facere deberet vel posset si personaliter presens esset rogare debent, sallario decem et octo denariorum domicello vel succentori facienti pro absente domicello vt predicitur septimanam tamen saluo. Et si per procuratorem neglectum fuerit, prebenda ipsius absentis in penam transibit secundum modum et formam superius et inferius satistacta.

Jnsuper de domicellis emancipatis non ordinatis taliter est statutum per quatuor dominos antedictos, quod ijdem domicelli — licet secundum antiquam et approbatam consuetudinem actus premissos, scilicet indicendi, libros et cappas debitis temporibus deportandi et reportandi, per se teneantur exercere — tamen ipsi dominj huius constitucionis conditores de consensu et voluntate nostrum omnium ipsis in hoc obtemperantes, graciose statuerunt, et quod domicellos non emancipatos suos concanonicos rogare possint et debeant, vel (si domicellus exclusa tamen omni vara haberi nequiret vllus) succentorem qui premissa et premissorum quodlibet pro eis faciat oportunis temporibus, saluo tamen sallario decem et octo denariorum domicello vel succentori facienti pro ipso septimanam, admiserunt. Jpsum quoque sallarium, scilicet XVIII denarios, dominus . . decanus qui pro tempore fuerit, vel senior de capitulo absente vel non existente decano, cum ab obediencia cantoris sint exempti, vel eciam is cui dominus . . decanus aut senior de capitulo absente vel non essente decano conmiserit, de denariis pixidalibus illius domicelli emancipati non ordinati cujus fuerit septimana recipiet et dabit seu recipi et dari faciet domicello vel succentori septimanam facienti. Negliens quoque domicellus emancipatus non ordinatus quicumque fuerit penam suspensionis sue prebende in pane et in vino sicut de non emancipatis, cum de similibus idem sit habendum iudicium, per dominum . . decanum qui fuerit, vel seniorem de capitulo ab-

sente vel non existente decano, sustinebit. Cedet quoque ipsa prebenda succentori et consorcialibus sicut est pretactum.

Jpsi quoque dominj huius constitucionis editores — hoc inter cetera attendentes quod jura clamant manifeste, scilicet quod necesse est vt ferro volnera abscidantur que fomentorum non senciunt medicinam, et iustum fore decernentes — statuerunt, vt si quis domicellorum emancipatorum nondum ordinatorum, vel domicellorum in scolis adhuc existencium, ad quos premissa et superius specificata spectant facienda, premissa vel premissorum aliquod temere seu friuole neglexerit, prebenda illius domicelli sic friuole seu temere neglientis in penam transibit absque omni gracia per integram septimanam, et ipsa prebenda sic suspensa cedet succentori per illud tempus et consorcialibus pari modo. Hanc si quidem penam volunt et statuerunt obseruari maxime si negliencia in indicendo generalia capitula et specialia seu capitula dominorum, et de indicendis legendis et cantandis quibuscumque, libris et cappis ad chorum deportandis et ad sacristiam reportandis, vel quibuslibet alijs que ad ipsos tam ad non emancipatos quam ad emancipatos non ordinatos facienda respiciunt solos, et non ad succentorem, hijs diebus quibus de curia per dominos de capitulo regitur, et hijs festis quibus per dominos conmuniter tam per eos de capitulo quam illos in forma scilicet emancipatos ordinatos regi debet. Si vero ita euenerit quod septimana sit vel tangat succentorem in quam tales dies siue talia festa quibus regitur de curia per dominos de capitulo vel quibus domini regunt conmuniter secundum quod euenerit in ordine occurrunt, extunc ipsi dominj statuerunt, quod ipse succentor premissa vel premissorum aliquod facere non debet hijs in festis, sed vnum de domicellis non emancipatis cum instancia rogare debebit. Nec ipse domicellus sibi denegare debet quin omnia paulo ante specificata faciat cum diligencia hijs diebus, proniso tamen quod ipse succentor vnum non magis grauet quam alterum in tali peticione circa domicellos facienda vt predicitur, cum sibi denegari non debeat, vt est visum.

Ceterum ordinarunt, quod dominus .. prepositus qui pro tempore

fuerit, vel ejus procuratores, qui absencium prebendas tollit siue tollunt, simili modo vnum de domicellis non emancipatis vel emancipatis non ordinatis, vel succentores (si domicellus absque vara et omnibus singulariter requisitis et rogatis haberi nequit) rogare poterit et debebit, sallario preexpresso — scilicet decem et octo denariorum — soluto per ipsum dominum prepositum vel eius procuratorem domicello vel succentori septimanam facienti. Et si septimana vnius absentis fuerit, et festa de curia vel alia predicta festa in tali septimana occurrerint, ipse dominus prepositus vel sui procuratores domicellum petere debet siue debent, et non succentorem, secundum modum et formam satistactam de domicellis siquidem emancipatis nondum ordinatis absentibus et in studio vel alibi existentibus, vt premissi actus per eorum procuratores apud presentes ordinentur. Et de pena procuratorum negliencium sicut de non emancipatis statuerunt.

Volunt eciam quatuor dominj huius constitucionis ordinatores, quod et nos . . decanus ei capitulum predicti vna cum ipsis volumus et ratum habemus pari modo sicut omnia suprascripta per ipsos quatuor dominos ordinata et statuta, vt talia festa dum de curia regitur per dominos de capitulo vel quando per dominos canonicos conmuniter secundum quod ordo tetigerit regi debet per dominum cantorem vel suum succentorem adeo mature domino . . preposito vel suis procuratoribus ac eciam domicellis vel eorum procuratoribus quo ad absentes quibuslibet intimentur, vt non per eos stet si negliencia in premissis vel eorum aliquo facta fuerit aliqualis.

Hanc itaque constitucionem suprascriptam vt suprascribitur cum omnibus clausulis et sequelis anno et die prenotatis per prefatos dominos nostri capituli confratres pronunciatam ordinatam et statutam nos . . decanus totumque capitulum sepedicti ratificamus, ratam et firmam habemus, et perpetuis inposterum temporibus habituri confirmamus. Et in huius ratihabicionis seu ratificacionis et confirmacionis testimonium atque robur sigillum nostri capituli ex certa sciencia omnium nostrum et iussu presentibus est appensum.

Actum et datum anno et die superius annotatis.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

Quod sub num. CCV pag. 412—415 edidimus documentum, die 22 mensis martii anni 1331 exhibitum, huc conferri potest.

CCXIV.

1331, die 5. junii.

Wolframus episcopus — cum Lutzoni dicto Schotte armigero, castrensi in Gyirsperg, dudum triginta libras hallensium in subsidium seu stûram pro factis per eum in ipso castro aedificiis donatas certo termino nuper elapso promiserit se soluturum, ac in praesentiarum aeris copia desit — eidem Lutzoni decimam quae de illis bonis desertis ubi olim villa Eckehartsdorf constructa erat solvitur cum suis juribus et pertinentiis universis pro dictis triginta libris hallensium pignori obligat, tenendam ab ecclesia herbipolensi jure feodi et percipiendam tamdiu quousque ipsa decima apud dictum Lutzonem ejusve heredes per ipsum aut successorem suum aut ecclesiam herbipolensem pro dicto pretio redimatur, quam etiam redemtionem facere poterit quandocumque et annorum quocumque facultas affuerit memoratam decimam redimendi.

Datum Herbipoli, anno domini M°. CCC°. XXX°. primo, nonis junii, pontificatus anno septimo.

Wolframi episcopi sigillum fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspensum plus minus laesum est.

CCXV.

1331, dic 12. julii.

Sententia de monasterii sancti Stephani jurisdictione temporali ejusdemque terminis lata.

Jn nomine domini amen.

Nos Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis vniuersis et singulis ad quos presentes peruenerint constare volumus, publice recognoscentes per hoc scriptum, quod religiosi viri Fridericus abbas et conuentus monasterij sancti Stephani ciuitatis nostre herbipolensis, volentes de potestate jurisdictionis temporalis et eiusdem terminis aut finibus localibus certitudinem facere indubitatam et habere quam in bonis suis circa ipsum monasterium sitis et in homines in eisdem bonis residentes habent et habuerunt ab antiquo, coram honorabili viro Heinrico de Wechmar canonico ecclesie nostre, necnon strennuis viris Rudegero dicto Juncherre de Lynach, et Engelhardo dicto Vende, militibus, ecclesie nostre ministerialibus, per nos ad hoc specialiter deputatis, certo termino ipsis a nobis assignato, discretos viros infrascriptos ciues nostros annosos et fidedignos in testes produxerunt.

Per quos juratos et singulariter examinatos legitime probauerunt, quod ipsi . . abbas et conuentus ab antiquo et de antiqua consuetudine consueuerunt habere et exercere ac habuerunt et exercuerunt in bonis infra descriptis seu infra limites subnotatos sitis et contentis ac in homines in eisdem bonis residentes tam hospites quam jnquilinos domus vel cameras conductas seu locatas habentes plenam et liberam jurisdictionem in omnibus causis ciuilibus, homicidiorum furti et volnerum fluencium ac sangwinis causis dumtaxat exceptis.

Vnde, quia per testimonium testium predictorum nobis facta est plena fides ac plene constitit de premissis, declarauimus et in hijs scriptis declaramus . . abbatem et conuentum monasterij predicti pro tempore existentes habere ac posse et debere ex antiqua consuetudine exercere jurisdictionem in bonis et in homines in causis ciuilibus de quibus superius est expressum, jpsosque homines debere conuenirj coram . . abbate et conuentu monasterij prenotati, et quod possint et debeant in eosdem promulgare in eisdem causis sentencias et easdem exequi, prout ibidem ab antiquo extitit obseruatum, sicut et predicti testes suis juramentis corporaliter super eo a se prestitis legitime probauerunt.

Volumus eciam et in hijs scriptis sub diuini judicij obtestacione precipimus, vt nullus hominum . . abbatem et conuentum prelibatos pro tempore existentes ac eorum in hac parte substitutum vel substitutos aut nuncios in exercicio jurisdictionis pretacte decetero impediat inquietet molestet quomodolibet aut perturbet, sicut diuinam effugere voluerint vlcionem.

Bona vero de quibus predicitur sunt hec jn locis vicis et terminis contenta, prout ea testes supradicti circueuntes ad oculum demonstrarunt: primo a turri seu porta ciuitatis nostre herbipolensis dicta wlgariter zu sent Steffans thor per directum descendendo per antiquum fossatum prope monasterium sancte Agnetis vsque ad stupam balnearem dictam wlgariter zum Guldin, et de inde per vicum contiguum ad sinistrum latus ascendendo vsque ad curiam habitacionis . . plebani ecclesie sancti Petri in Sandis, et de hinc in eodem latere descendendo vsque ad fontem situm in fossato prope murum ciuitatis herbipolensis dictum sent Peters brunne, et ab hinc vsque ad turrim prelibatam.

Testes vero iurati de quibus suprascribitur sunt hij: Hiltbrandus dictus Grube magister moncium, Heinricus et Volko dicti Luberich fratres, Sifridus dictus Hubscheman, Cunradus dictus Franke, et Herdeynus cultellifaber, Heinricus dictus vomme Gabeler, Otto doleator, . . dictus Leymer pellifex, Hiltbrandus dictus Bůtener,

Heinricus dictus Kircher vinitor, Heinricus dictus Fuchs, et Hermannus cocus, ciues nostri herbipolenses. Jtem clerici et religiosi qui juramento sibi remisso sub officio suo predicta deposuerunt sunt hij: Fridericus prior, Ludowicus de Tungden, et Heinricus de Waltrathusen, monachi monasterij prenotati, et Heinricus plebanus in Hocheim sancti Viti.

Jn premissorum testimonium et robur presens scriptum . . abbati et conuentuj sepetactis damus, nostri maioris sigilli appensione diligencius conmunitum.

Datum et actum Herbipoli, anno domini millesimo CCC°·XXX°· primo, feria sexta post Kyliani, pontificatus nostri anno septimo.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de litterarum ipsarum membrana confecta quondam suspensum abscissum est.

CCXVI.

1331, die 21. julii.

Ecclesiae herbipolensis statutum de vicariis tam residentibus chorum non frequentantibus quam sine decani licentia ab ecclesia absentibus.

Jn nomine domini amen.

Nos . . prepositus . . decanus et capitulum ecclesie herbipolensis ad perpetuam rei memoriam.

Sunt nonnulli de vicarijs dicte ecclesie nostre, quorum aliqui licet sint residentes chorum tamen suum sine causa racionabili negligunt frequentare, aliqui sine licencia nostri . . decani iamdicti recedentes longo tempore a suâ ecclesia se absentant, aliqui eciam

a nobis decano licenciam ad tempus impetrantes ad terminum non redeunt eisdem prefixum, eciam per capitulum reuocati, sicque vicarie eorundem diuinis obsequijs per eorum continuam absenciam defraudantur.

Et quia is ferendus non est qui lucrum amplectitur onus autem subire recusat, nos huiusmodi fraudibus et temeritatibus occurrere salubriter decernentes, jn loco solito celebracionis capituli nostri insimul congregati, communi deliberacione prehabita, statuimus quod quicumque vicariorum deinceps supradictis modo vel aliquo eorundem choro suo se subtrahere presumpserit per juratum nuncium decani sui pro tempore existensis auctoritate tam . . decani quam dicti capituli tribus ad locum inhabitacionis sue vicibus est vocandus. Qui si sic citatus sev vocatus non venerit, decani judicio pariturus, extunc (salua pena sibi a dicto decano suo infligenda) simul tam per . . scriptorem porte quam . . nuncium decani sui juratum predicto modo vocabitur seu citabitur tribus vicibus iterato. Cui citacioni seu vocacionj si non paruerit, extunc pro contumacia seu negligencia nomine pene ad requisicionem dumtaxat . . decani, qui in hac parte fruetur auctoritate capituli, quamdiv absens fuerit vnum solidum denariorum singulis diebus soluet sustentacioni scolarium choralium irremissibiliter applicandum. Si autem sic per annum se a choro sev ecclesia sua negligenter sev contumaciter absentaret, nullam sue absencie causam racionabilem ostendendo, extunc eodem anno elapso eo ipso est sua vicaria priuatus, nulla alia sentencia expectata. Si vero nescitur vbi sit, nec personaliter possit citarj, apud ecclesiam suam trine citacionis edictum vt reuertatur publice proponatur. Et si vltra annum venire distulerit, eo modo quo predicitur auctoritate huius statuti similiter sit priuatus.

Jn cujus statuti sic editi testimonium hoc scriptum sigillo nostrj capituli duximus muniendum.

Nos itaque Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jpsum statutum prout superius ponitur de verbo ad verbum de

nostro consensu recognoscimus esse factum. sigillum nostrum in eiusdem consensus adhibiti testimonium hijs litteris appendendo.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC°. XXX°. primo, XII kalendas augusti, pontificatus nostri anno septimo.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCXVII.

1331, die 30. augusti.

Kaiser Ludwig spricht das Hochstift Wirzburg mit Ausnahme der Stadt Wirzburg von seinen Forderungen hauptsächlich wegen der Juden zu Wirzburg und im hochstiftischen Gebiete ledig, und verspricht dem Bischofe Wolfram für den Dienst inner oder ausser Landes Geld und Kost gleich den anderen Reichsfürsten.

Wir Ludowig von gottes genaden romischer cheiser ze allen ziten merer dez richs veriehen offenlichen an disem brief, daz wir von verdachtem mûte gantzelich vnd willeclich verzigen vnd verchoren haben, verzihen verkiesen och an disem brief aller der sache schulde vorderunge oder ansprache die wir von vnsern vorfaren wegen den got genade vnd och von vnser selbers vnd dez riches wegen gehabt haben oder gehaben mochten biz vff disen hivtigen tag zv̊ dem ersamen Wolfram bischoff ze Wirtzburg vnserm lieben fursten vnd zv̊ sinem gotzhuse vnd zv̊ allem sinem gedigen beidiv vmbe vnser kamerknecht die juden ze Wirtzburg vnd in andern sinen stetten vnd gebiete, vnd vmb alle ander sache vnd vorderunge, ob er sin vorfarn sin stette oder sin lute wider vns oder daz riche icht getan hetten biz vff dise zit, also daz er sich

von sinen vnd sines Stiftes wegen also gûtlich vnd vôlleclich mit vns vereinet vnd verrichtet hat, daz wir vnser nachchomen oder iemman von vnsern vnd dez richs wegen weder in noch sine nachchomen noch sinen stifte vnd allez sin gedigen vmb alle die sache schulde vorderunge vnd ansprache nimmer nichtes anreichen vordern mûwen oder angesprechen sollen.

Doch nemen wir vz an dirre vorgeschribener richtunge die stat vnd die burger ze Wirtzeburg, vff die wir nicht verzihen noch ledig sagen dekein vnsers rechten vorderunge oder ansprache die wir von vnsern vorfarn wegen oder von vnser selbers wegen oder dez riches gegen in haben.

Ouch geheiszen wir unserm vorgenanten fursten bischoff Wolfram ze Wirtzburg, swenne er vns dienet, ez si jn dem lande oder vszwendig dez landes, daz wir in danne begaben sullen mit gelt vnd mit koste, ob wir dekeinen andern vnsern fursten also begaben der vns dienet.

Vnd dar vber ze vrchiunde geben wir disen brief versigelten mit vnserm cheiserlichem jnsigel.

Der geben ist ze Nurenberg, an dem fritag nach Bartholomei, do man zalt von Christes geburt drivzehenhundert jar dar nach jn dem einem vnd drizzigistem jar, jn dem sibenzehenden jar vnsers richs, vnd jn dem vierden dez cheisertûms.

Ludovici imperatoris sigillum quod dicunt majestatis, cujus tergo secretum impressum erat, filis sericis rubri coloris ex hoc diplomate suspensum magnam partem periit.

CCXVIII.

1331, die 1. septembris.

Ecclesia herbipolensis decimam vini et bladi de bonis prope grangiam Dûrrenhof in marchia herbipolensi sitis solvendam monasterio eberacensi tradit, vineas in territorio villae Heytingsfelt sitas ab Heroldo de Mûtensheim recipiens eique titulo feodali possidendas — jure emphyteotico Petro et Luciae dictis Gernot conjugibus de Heytingsfelt salvo — conferens.

Jn nomine domini amen.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus et tenore presencium profitemur publice vniuersis presentibus et futuris, quod veniens ad nostram presenciam Petrus dictus Gernot hofschultheizze de Heytingsfelt armiger, fidelis noster dilectus, nobis humiliter supplicauit, vt — cum ipse decimam vini et bladi que de vineis et agris campestribus sitis prope grangiam Dûrrenhof in marchia herbipolensi soluitur, quam idem Petrus a nobis et ecclesia nostra tenuit hactenus infeodum et possedit, viris religiosis . . abbati et conuentui monasterij eberacensis ac ipsi monasterio libere et voluntarie libera et perfecta donacione inter viuos tradere assignare et donare intenderet, jnmo assignauerit tradiderit et donarit — nos huiusmodi donacionem ratam et gratam habentes, dictam decimam prelibatis . . abbati et conuentui suoque monasterio prenotato jncorporare appropriare seu in proprium donare fauorabiliter dignaremur, presertim cum strennuus miles Heroldus de Mûtensheim ad ipsius Petri requisicionem et instanciam vineas infrascriptas in territorio ville Heytingsfelt sitas, quarum proprietas et dominium ad ipsum

spectare dinoscitur, et in quibus ipsi Petro et Lucie coniugi sue jus emphiteoticum seu hereditarium pertinet, in nostris manibus resignare intenderet, jllas recipiendo a nobis et dicta ecclesia in feodum et tenendas deinceps jure feodi in recompensam decime memorate.

Verum quia prenotatus Petrus ex parte nostri seriosius requisitus ad restituendam nobis et predicte ecclesie nostre dictam decimam induci nequiuit, nos — considerantes nonmodicum fauorem juris existere decimas et alias res ecclesiasticas a laycis male detentas ab eorum manibus eripere, et eas prouide ecclesijs monasterijs et ecclesiasticarum personarum vsibus applicare, dictique Petri hofschultheizze supplicacionibus fauorabiliter inclinati, donacionem prelibate decime per ipsum sepedictis .. abbati et conuentui et eorum monasterio vt premittitur factam ratam et gratam habentes — jpsam decimam cum suis pertinencijs juribus et requisicionibus vniuersis quesitis et inquirendis cultis et incultis eisdem .. abbati et conuentuj dictoque monasterio suo de consensu et beneplacito honorabilium virorum .. prepositi .. decani et capituli ecclesie nostre jncorporauimus annexímus appropriauimus, ac in hijs scriptis jncorporamus annectimus appropriamus et in proprium tradimus et donamus.

Preterea vineas infrascriptas necnon jus dominium et proprietatem earum per prefatum militem in nostris manibus libere resignatas recepimus, jpsasque vineas dicto militi et suis heredibus contulimus et conferimus per presentes, a nobis et dicta ecclesia nostra jure feodi perpetim possidendas, jure tamen emphiteotico seu hereditario de quo premittitur prenotatis coniugibus — Petro videlicet et Lucie — in eisdem vineis saluo per omnia permanente. Vinee quoque de quibus premittitur sunt hee: quinque et dimidium jugera vinearum jn vna pecia sita in marchia ville Heitingsfelt in monte dicto an dem Gern, cui ab vna strata ducens versus Rotembûr ab alia vero parte Berhtoldi dicti Hetzel pistoris vineta conterminant et confinant; jtem alterum dimidium jugera vinearum ibidem in vna pecia sita an dem Katzenberge, quibus ab

vtraque parte vineta Lutzonis dicti Miltemberg conterminant et confinant; jtem in marchia dicte ville Heitingsfelt quatuor jugera vinearum in vna pecia sita in monte dicto Blosemberge, quibus ab vna parte Aplonis dicti Gyr ab alia vero parte Thome dicti Brotsme vineta conterminant et confinant.

Et vt premissa omnia et singula inconuulsa permaneant, et perpetuam obtineant roboris firmitatem, presentes litteras exinde conscribi iussimus, easque nostri ac capituli nostri sigillorum appensionibus ex certa nostra sciencia fecimus conmunirj. Nos quoque . . prepositus . . decanus et capitulum ecclesie herbipolensis predicte recognoscimus, premissa omnia et singula de nostris beneplacito et consensu expresso processisse, jn eorundem euidenciam sigillum capituli nostri de nostra certa sciencia presentibus appendentes.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC°. tricesimo primo, kalendis septembris.

Duo quorum mentio facta est sigilla ex altero hujus documenti exemplari filis sericis viridis et flavi colorum suspensa sunt. Ex altero non nisi illud capituli majoris ecclesiae herbipolensis filis sericis rubri et flavi colorum suspensum restat.

CCXIX.

1331, die 21. octobris.

Conradus dictus Gluckener de superiori Breuth et Luckardis conjuges propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu manibus coadunatis justo venditionis titulo vendunt et tradunt Heydwigi, Sophiae, Elizabeth, et Agneti sororibus, filiabus quon-

dam Syfridi de Brackenlor, ementibus et recipientibus pro se et heredibus suis unum juger vineti siti in marchia villae Breuthe superioris in loco dicto zů Winterliten, cui ab una parte Heinrici dicti Sundernhoven ab alia vero Conradi dicti Reynhart vineta confinant; item unum juger vineti siti in dicta marchia in loco dicto uf den Hengen, cui ab una parte . . abbatis et conventus monasterii ebracensis ab alia vero Conradi dicti Swiger vineta confinant; item dimidium juger vineti siti in praedicta marchia in loco dicto zů Nyderntal, cui ab una parte Conradi dicti Reynhart ab alia vero Juthae dictae Waltmannin vineta confinant; item quinque quartalia vineti siti in ipsa marchia in loco dicto zů Byburge, cui ab una parte venditorum ab alia vero Gotzonis dicti Edelman vineta confinant; item tria jugera agri campestris siti in loco dicto Rudoltstal, cui ab una parte Heinrici dicti Jtoltsheim ab alia vero venditorum agri confinant; item duo jugera agri campestris siti in loco dicto zů Wazzerstal, cui ab una parte Conradi dicti Bischof ab alia vero . . dictae Bertoldin agri confinant; item tria jugera agri campestris siti in loco dicto zu Byburge, cui ab una parte venditorum ab alia vero . . dicti Unrůwe agri confinant; item duo jugera agri campestris siti in loco dicto ze Rische, cui ab una parte Gotholdi dicti Gluckener ab alia vero Heinrici dicti Jtoltsheim agri confinant; item unum horreum situm in superiori Breuthe, pro pretio quinquaginta librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et proprietatem ipsorum resignantes ore manu et calamo ut moris est emtricibus praefatis, ac recipientes ab ipsis tenenda et possidenda jure emphyteotico pro annuis redditibus unius karratae vini franckonici in ipsis vinetis crescentis solvendae sibi et praesentandae annis singulis tempore autumnali in torculari, et unius pulli carnisprivialis, promittentes nihilominus fide data dictis emtricibus et earum heredibus de evictione dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam

et consuetam, pro qua warandia facienda et evictione cavenda necnon pro solutione dictorum reddituum annis singulis ut praemittitur facienda damnis et impedimentis quibuscumque tollendis et amovendis dant et constituunt ipsis in fidejussores in solidum Heinricum dictum Gyselheim, Conradum dictum Smutzerer, Waltherum dictum Tyling, et Gotzonem dictum Schůler, qui quotienscumque ex parte dictarum emtricum vel heredum earum moniti fuerint in obstagium se recipere tenebuntur, apud publicum hospitem expensas more fidejussorio in damnum eorum vel eorum heredum facturi, et deinde non exituri tamdiu sine vara donec damnum seu impedimentum pro quo moniti fuerint plenissime sit praecautum.

Licitum tamen est ipsis et ipsorum heredibus ex speciali gratia a dictis emtricibus facta, dicta bona et redditus reemere pro antedicto pretio quinquaginta librarum hallensium dativorum a festo kathedrae beati Petri apostoli proxime venturo ad quinque annos continue et immediate subsequentes quocumque anno voluerint, ita tamen quod hujusmodi reemtio fiat in eodem festo vel ante, et quod nihilominus redditus praedicti prius sint assignati sine diminutione qualibet et soluti.

Testes hujus rei sunt: Eberhardus de Zymmern tabellio curiae herbipolensis, Salomon de Hallis, Conradus dictus Schalhase de Augusta, Waltherus de Rotemburg, clerici, Gotzo dictus Edelman et Eufemia de Morlbach, necnon quamplures alii fide digni, vocati ad praemissa pro testibus et rogati.

Datum anno domini M°. CCC°. XXX°. primo, feria secunda post diem beati Galli confessoris.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CCXX.

1331, die 9. novembris.

Heinricus senior et Heinricus junior domini de Reinstein vicariam perpetuam in capella curiae Marmelstein in civitate herbipolensi sitae instituunt.

Jn nomine domini amen.

Contencionis prestat materiam obliuio rei geste. Vnde multis incomodis et periculis occurritur vtiliter et prudenter, quociens presentis etatis actus et negocia scripturarum testimonio perhennantur.

Nouerint igitur presencium jnspectores vniuersi presentes pariter et futuri, quod ego Heinricus de Reinstein senior archidiaconus ecclesie herbipolensis, considerans non modicam vtilitatem existere pro obsequiis diuinis res temporales distribui, ad diuini cultum nominis laudabiliter ampliandum concepi ex cordis intimo et decreui ob anime mee et animarum parentum meorum et omnium a quibus vmquam vllo tempore bona seu beneficia percepi perpetuum remedium vnam vicariam perpetuam in ecclesia herbipolensi predicta jnstituere et dotare, eamque quantum in me consistit sub forma et modis inferius adiectis et expressis — et non aliter — jnstitui et dotaui, jnstituo atque doto cum bonis subscriptis, videlicet octo jugeribus vel circa vinearum sitarum in marchia ville Erlebrun, que hactenus tenui et possedi, quorum jugerum quatuor sita sunt in loco dicto an dem Rode in duabus peciis, et duo jugera vel circa in monte dicto Falkenberg, et duo jugera vel circa in loco dicto an der Rôthe; jtem cum duobus pullis qui soluuntur anuuatim de quodam vineto in dicta marchia sito; jtem

cum annua pensione triginta librarum hallensium qui soluuntur annuatim per religiosas dominas . . abbatissam et conuentum monasterij jn Kitzingen ordinis sancti Benedicti herbipolensis diocesis jn die natiuitatis sancti Johannis baptiste, quam pensionem comparaui apud easdem dominas pro precio seu estimacione precij trecentarum librarum hallensium, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur.

Et vt vicarius dicte vicarie conuenientem sustentacionem tam in victu habere valeat quam vestitu, honorabilis vir dominus Heinricus de Reinstein junior archidiaconus herbipolensis, frater meus michi predilectus, pio ductus et motus affectu, ad augmentum dotacionis pretacte bona infrascripta sibi a deo collata cum pertinenciis suis quibuscumque deputauit assignauit tradidit et donauit proprietatis titulo donacione libera et perfecta, scilicet redditus duodecim maldrorum siliginis et duorum maldorum auene qui soluuntur annuatim in messibus cum metreta herbipolensi dicta wlgariter metze de quodam predio sito in villa Kvrnach dicto Fronhŏf, cuius cultor est Apelo dictus Schelle, et duos pullos carnispriuiales, et vnum ventrem agninum tempore paschali qui soluuntur de eodem predio annuatim; jtem quatuor maldrorum siliginis redditus annuos qui soluuntur de quibusdam bonis dictis lehen ibidem in marchia et villa Kvrnach predictis, que quidem bona colit Bertoldus dictus Buhs, et vnum pullum carnispriuialem et dimidium ventrem agninum paschalem de eisdem bonis; jtem pensionem vnius maldri siliginis que soluitur perpetuo quolibet anno tercio in numero veniente de quibusdam bonis ibidem; jtem pensionem sexaginta denariorum herbipolensium et duos pullos carnispriuiales, que pensio denariorum soluitur annuatim in die Martini per heredes . . dicti Breithvt de quibusdam bonis dictis lehen ibidem; jtem pensionem decem solidorum denariorum predictorum et vnum pullum carnispriuialem qui soluuntur annuatim de quibusdam bonis similiter dictis lehen ibidem, et nunc soluitur per . . dictum Kvrnach; jtem pensionem trium solidorum denariorum eorundem, quorum dominus Otto dictus Wolueskel canonicus

herbipolensis soluit sedecim denarios, et quedam femina de Oppherbein viginti denarios loco et nomine decime vini de quibusdam vineis ibidem; jtem censum annuum emptum apud . . dictum de Wysentheyde, videlicet decem et octo denariorum herbipolensium qui soluuntur per . . plebanum in Kvrnach de quodam area ibidem; jtem tres solidos denariorum quos soluit . . dictus Beliter; jtem viginti et vnum denarios quos soluit . . dictus Beszerer; jtem quindecim denarios quos soluit Heinricus dictus Schilling; et soluitur dicta pensio et census huiusmodi in denariis Martini; jtem pensionem annuam duodecim maldrorum siliginis que soluitur annuatim ante festum beati Martini cum metreta herbipolensi pretacta de curia dicta Feczershôf sita in villa Grumbach, et specialiter eandem pensionem in recompensam quorundam agrorum campestrium sitorum in marchia ville Bergranuelt, qui agri olim fuerunt cuiusdam . . dicti Elegast, et dicebantur pertinere ad capellam in curia dicta Marmelstein sita in ciuitate herbipolensi; jtem duo jugera vineti sita in marchia ville Randisacker, que bona melius et clarius specificabuntur cum fuerit hoc necesse.

Est autem adiecta premisse jnstitucioni hec forma, quod vicarius predicte vicarie officiare tenebitur per se vel per alium cottidie seu singulis diebus cum vna missa predictam capellam in ipsa curia Marmelstein. Jn qua officiacione si ipse vicarius negligens jnueniretur, extunc patronus seu collator dicte vicarie, vel ipso patrono huiusmodi negligenciam dissimulante . . decanus ecclesie herbipolensis predicte potestatem habebit, vicario sic negligenti in penam sue negligencie de premissis bonis seu redditibus tantos fructus seu prouentus ipsius . . patroni, vel eo vt prefertur pretactam negligenciam dissimulante ipsius . . decani arbitrio moderandos subtrahendi et alteri sacerdoti porrigendi atque dandi, vt per talem sacerdotem defectus huiusmodi negligencie suppleatur. Jtem . . dictus vicarius tenebitur procurare de prouentibus dicte vicarie luminaria cerea ad pretactam officiacionem necessaria, et vnum lumen quod ardebit perpetuo in prefata capella tempore nocturnali.

Porro post prouisionem de dicta vicaria discreto viro magistro Theoderico dicto de Hauge prima vice faciendam, quando et quociens eadem vicaria vacauerit jn futurum, prefatus dominus Heinricus archidiaconus, frater meus, vel eius jn predicta curia dicta Marmelstein successor seu successores tamquam verus patronus seu veri patroni ipsam vicariam conferre habebit vel habebunt . . sacerdoti vel alteri non sacerdoti clerico tamen existenti cui eam duxerit vel duxerint conferendam.

Sane modi de quibus superius dicitur sunt hij: videlicet vt vicarius dicte vicarie et sui in eadem vicaria successores vniuersi percipiant sine qualibet contradictione presencias et obuenciones quascumque que solent et consueuerunt presentibus vicariis in choro sepedicte ecclesie ministrari. Jpse eciam vicarius existens pro tempore et ipsa vicaria necnon bona et redditus ipsius vicarie gaudeant de cetero tuicione defensione graciis et libertatibus quomodolibet iuxta modum et consuetudinem in consimilibus beneficiis seu vicariis in prefata herbipolensi ecclesia hactenus obseruatos. Jtem vt eo comodosius et maturius pro voluntate dicti . . patroni ipse vicarius predictam possit officiare capellam, vt ad manendum in choro dicte ecclesie tempore laudum matutinarum liber sit penitus et exemptus, jta quod ipse vicarius inpune ipsum chorum exeat cum versiculus jncipitur ante laudes.

Verum si capellanus ecclesie herbipolensis antedicte jnstitucionem supratactam in ipsa ecclesia herbipolensi et quo ad eandem ecclesiam sub forma et modis preexpressis non curauerit admittere cum effectu, extunc nos Heinricus et Heinricus archidiaconi supradicti quo ad premissa vel aliquid premissorum ecclesie vel capitulo prelibatis nullatenus obligari volumus vel astringi, jnmo pretacta jnstitucio cum omnibus suis accessoriis et sequelis in quantum posset contingere sepedictam ecclesiam haberi debet penitus pro non facta, nec . . decanus ipsius ecclesie potestatem habebit disponendi quidquam de officiacionis negligencia supratacta.

Jn quorum omnium et singulorum premissorum testimonium mei Heinrici senioris ac fratris mei antedicti sigilla presentibus sunt

appensa. Et ego Heinricus de Reinstein junior archidiaconus supradictus, recognoscens omnia et singula prout superius narrantur esse vera, in eorundem veritatem et testimonium duxi sigillum meum ex certa mea sciencia hiis litteris appendendum.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo primo, sabbato ante diem beati Martini episcopi.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCXXI.

1331, die 14. novembris.

Ad ecclesiae herbipolensis capitulum concanonici infra nominati recipiuntur.

Jn nomine dominj amen.

Nos Eber[hardus] decanus et totum capitulum ecclesie herbipolensis notum esse volumus vniuersis presencium inspectoribus et auditoribus quorum interest vel qui sua crediderint interesse, quod nos anno domini milesimo tricentesimo tricesimo primo conmuniter congregati in loco solito celebracionis peremptorij capituli nostri in feriam terciam proximam ante diem sancti Galli continuati honorabiles viros Emechonem de Brunek archidiaconum, Heinricum de Wechmar, Heinricum juniorem de Reinstein archidiaconum, Rudolfum de Rotenstein scolasticum, Fridricum de Lirheim, Wol[framum] pincernam de Roszberg custodem, Kraftonem de Spechvelt, et Thi[dericum] de Maspach cantorem, nostros concanonicos, in arbitros eligimus concorditer in eodem capitulo ad ordinandum arbitrandum seu disponendum de recepcione

quorundam nostrorum concanonicorum infra nominatorum ad idem capitulum nostrum, prout eisdem ecclesie nostre melius videtur expedire, ratum et gratum habituri quidquid super eadem ordinacione per memoratos arbitros a pretacto capitulo vsque ad sabbatum festum beati Martini proxime precedens fuerit arbitratum, quem terminum dehinc circa ipsos arbitros in eodem statu continuauimus in feriam sextam proxime subsequentem, sane quod ipsi recipiendi ad capitulum litteris suis si quas habent graciam ad introitum capituli continentibus a sede apostolica obtentis juramentis suis publice renuncient, nec de cetero contra capitulum aliquas impetrare attemptent, nec aliis qui impetrauerunt vel impetrare volentibus subsidium consilium auxilium vel fauorem aliquatinus adhibeant, si ordinacioni predictorum arbitrorum vti voluerint: qui autem jurare de predictis noluerint seu diffinicionibus arbitrorum consentire, mox ab ipsorum ordinacione sint exclusi.

Nomina autem ipsorum recipiendorum sunt: Albertus de Trinperg, Jringus de Brende, Albertus de Hesseburg, Albertus de Rumenrode, Got[fridus] de Nidek, Heinricus de Stahelberg prepositus mosebacensis, Johannes pincerna de Ertbach, Eber[hardus] de Hirzhorn, Petrus de Hohenberg, An[dreas] de Brunek, et Eber[hardus] de Otingen. Eciam conmissimus pretactis arbitris, Eber[hardo] de Hirzhorn specialem graciam faciendi.

Nos vero arbitri predicti, ipso arbitrio in nos in antedictis capitulis suscepto, tractatibus pluribus de ipsa recepcione habitis, deliberacione prouida prehabita, vigore auctoritatis nobis tradite a decano et capitulo memoratis concorditer et irreuocabiliter ordinamus ac eciam statuimus per presentes, quod primi quatuor, videlicet Albertus, Jringus, Albertus, Albertus, et ex speciali gracia de Hirzhorn, predicti, a vigilia natiuitatis dominj ventura proxime ad duos annos continue se sequentes ad dictum recipiantur capitulum, ita tamen quod prememoratus Eber[hardus] de Hirzhorn cum tribus subsequentibus, scilicet Got[fridо] de Nidek, Hein-

CCXXII.

1332, die 18. februarii.

Conradus de Witoltshusin miles et Kunegundis conjuges propter quasdam causas necessarias ad hoc moventes et urgentes pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu coadunatis manibus justo venditionis titulo vendunt et tradunt honorabili viro domino Eberhardo de Ryedern decano ecclesiae herbipolensis ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus suis quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum curiam suam sitam in villa dicta Ryeden cum omnibus et singulis pertinentiis juribus et requisitionibus sitis in marchia villae praedictae in quibuscumque rebus consistant ad se jure directi dominii vel quasi communiter spectantibus, quam curiam Conradus dictus Hoveman colit et inhabitat, cui ab una parte Bertholdi dicti Mulner ab alia vero Heinrici dicti Hug domus confinant, solventem annis singulis octo maldra siliginis, quatuor maldra avenae mensurae oppidi Arnstein tempore messium, quatuor pullos carnispriviales, et unum ventrem agninum vel unum solidum denariorum in festo paschae, nullo pensionis alterius seu servitutis aut angariae cujuslibet onere praegravatam, pro pretio sexaginta quatuor librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in usus utiles et necessarios converso, dicta bona et jus ipsis et heredibus ipsorum in illis competens resignantes ore manu et calamo ut moris est . . emtori praefato, ipsum in possessionem vel quasi eorundem bonorum inducentes corporalem, promittentes nihilominus dicto emtori heredibus vel successoribus ejus de evictione dicta vulgariter ansprache dictorum bonorum et proprietatis ipsorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis se-



CCXXIII.

1332, die 5. aprilis.

Fridericus de Hohenloch gratiae reemtionis bonorum in Volkach sitorum et reddituum quorundam ecclesiae herbipolensi ab Heinrico quondum de Hohenloch venditorum renuntiat.

Nos Fridericus de Hohenloch decanus ecclesie babenbergensis et canonicus ecclesie herbipolensis recognoscimus et tenore presencium profitemur publice vniuersis presentibus et futuris, quod — quia reuerendus in Christo pater et dominus noster dominus Wolframus iamdicte ecclesie herbipolensis episcopus nobis ad presens in parata pecunia centum libras hallensium persoluit, ac in festo beati Jacobi apostoli proxime venturo nobis similiter centum libras hallensium soluere promisit suis patentibus litteris desuper nobis datis — nos proinde pro nobis nostrisque heredibus legatarijs seu donatarijs consangwineis quoque nostris et .. successoribus quibuscumque gracie reempcionis partis illius opidi Volkach et quarumlibet pertinenciarum eius, duorum jugerum vineti siti in marchia eiusdem opidi in monte dicto der Huswerde, necnon reddituum quinque karratarum vini in Sumerach dictorum wlgariter vogtwin, decem quoque librarum hallensium reddituum super altera parte dicti opidi ad nobilem virum Fridericum de Kastele comitem awnculum nostrum pertinente, pridem per felicis memorie Heinricum de Hohenloch germanum nostrum et dominam Elizabeth conthoralem suam dicto domino nostro et ecclesie herbipolensi pro certo precio rite et racionabiliter venditorum, que quidem gracia reempcionis nobis ad certos annos reseruata fuerat, prout hec omnia in litteris super eodem contractu confectis lucide continetur, libere et voluntarie (non circumuenti, non seducti,

nec vi vel metu compulsi) diligenti et matura desuper penes nos deliberacione prehabita, non per facti errorem sed ex certa nostra sciencia renunciauimus et in hijs scriptis renunciamus pure simpliciter et expresse, omneque jus quod in bonis premissis omnem quoque actionem impeticionem seu requisicionem quam ad ipsa bona seu aduersus dictum dominum nostrum et ecclesiam suam super eisdem bonis et eorum pertinencijs vniuersis quesitis et inquirendis cultis et incultis quibuscumque nominibus censeantur ac super quibuslibet vtilitatibus et prouentibus de eisdem bonis vsque ad hec tempora per dictum dominum nostrum perceptis competebant seu competere poterant quoquomodo a nobis nostrisque heredibus de quibus predicitur consangwineis et successoribus quibuscumque abdicauimus et presentibus abdicamus expresse, bona ipsa et eorum pertinencias vniuersas necnon jus actionem impeticionem seu requisicionem huiusmodi in prelibatum dominum nostrum et ecclesiam suam pleno jure ac directo et vtili retum dominio transferentes, promittentesque nichilominus bona fide vice et nomine juramenti, quod sepedicto domino nostro eius successoribus et ecclesie sue prelibate nullo prorsus tempore per nos alium seu alios aliquam vmquam mouebimus actionem questionem seu litem in judicio vel extra directe vel indirecte, seu mouenti vel mouentibus seu mouere volenti vel volentibus quomodolibet consenciemus: sed premissa omnia et singula fideliter promittimus attendere et seruare, capcione dolo et fraude penitus circumscriptis.

Et in euidens testimonium robur et certitudinem omnium premissorum has prenotato domino nostro dedimus litteras, appensione nostri sigilli de nostra certa sciencia consignatas.

Actum et datum Herbipoli, anno domini M°. CCC°. XXX°. secundo, nonis aprilis.

Sigillum cujus mentio facta est fascia dè ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CCXXIV.

1332, die 8. aprilis.

Heinricus dictus de Retzstat armiger propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis justo venditionis titulo vendit et tradit decano et capitulo ecclesiae herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et iamdicta eorum ecclesia redditus quatuor librarum hallensium legalium et dativorum, solvendos ipsis et praesentandos annis singulis in festo vel ante festum beati Martini episcopi sine quolibet eorum damno super quinque jugeribus vineti siti in una pecia in marchia villae Marpach, cui ab una parte Volkeri de Tungersheim ab alia vero Dyetrici de Ertal vineta confinant, item super curia sua sita in oppido Arnstein quam inhabitat, solventem annis singulis oppidanis dicti oppidi unum solidum denariorum, pro pretio quadraginta quatuor librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et proprietatem ipsorum resignans ore manu et calamo ut moris est emtoribus praefatis, ac recipiens ab ipsis pro se et heredibus pro dictis annuis redditibus in antea tenenda ac jure emphyteotico possidenda, promittens nihilominus dictis emtoribus et ecclesiae eorum de evictione dictorum bonorum in omnem litis eventum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua warandia facienda et evictione cavenda dat et constituit ipsis in fidejussores insolidum Volkerum et Johannem dictos de Tungersheim, Conradum de Mûtensheim, et Johannem de Lynach generum . . dicte Kelnerin, qui fidejussores moniti — si antedictos emtores et eorum ecclesiam aliquod



CCXXV.

1332, die 9. aprilis.

Heinricus de Retztat curiam suam in Arnstein sitam vicariae in civitate wirziburgensi in curia Ussenkeim sitae capitulum ecclesiae herbipolensis spectanti — pacto reemtionis adjecto — vendit.

Jn nomine domini amen.

Ego Henricus dictus de Retztat armiger ob perpetuam rei geste memoriam recognosco vniuersis presentibus et futuris quibus nosce[re] fuerit oportunum, quod propter quasdam causas necessarias me ad hoc mouentes et vrgentes pro me et heredibus meis seu successoribus quibuscumque vendidi tradidi ac per presentes iusto vendicionis tytulo do et trado jure meri proprij inperpetuum honorabilibus viris . . decano et capitulo ecclesie herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et ecclesia sua necnon specialiter nomine vicarie in ciuitate herbipolensi in curia dicta Vssenkeim site ad ipsam ecclesiam spectantis, quam curiam dominus Eberhardus de Ryedern decanus ecclesie herbipolensis predicte pro nunc inhabitat, curiam meam seu predium situm in opido Arnstein cum omnibus suis pertinencijs juribus vtilitatibus et requisicionibus sitis in marchia opidi predicti ad dictam curiam seu predium exnunc et ab antiquo pertinentibus scilicet in pratis et in agris campestribus in quibuscumque eciam rebus consistant. jure directi dominij ad me uel quasi spectantibus, cui ab vna parte mee habitacionis et ab alia Bertholdi dicti Centgreue ciuis herbipolensis domus conterminant et confinant. nullo pensionis seruitutis aut angarie alicuius onere quomodolibet hactenus pregrauatum. pro precio sexaginta et sex librarum hallensium, ac eciam sana deliberacione penes me diu prehabita vendo et trado libere per presentes.

Quod quidem precium profiteor me recepisse et habuisse a dictis emptoribus in parata et numerata pecunia, et ipsum in debi-

torum meorum solucionem apud judeum dictum V
der witen thore Herbipoli grauiter ad presens
pro parte et in alios vsus meos necessarios et vtiles

Dicta eciam bona huius contractus tempore om
ad manus dictorum emptorum e! specialiter vicarij vi
libere resignaui, jpsa ore et iactu calami vt moris
successoribus meis in eis cum omnibus suis pertinen
nibus et vtilitatibus necnon juris sollempnitate expres
jpsosque emptores et specialiter . . vicarium dicte v
poralem eorundem bonorum induco presentibus potest
ea bona indilate tunc ab ipsis emptoribus et specialit
notato in emphiteosim seu jure hereditario pro me
dibus pro pensione vndecim maldrorum siliginis mens
stein predicti annis singulis de dictis bonis soluenda
in ciuitate herbipolensi ad granarium quod michi
seu vicarius prelibatus tunc duxerint assignandum sub
et expensis ante festum sancti Michahelis archangel
turum et deinceps per me et meos successores in dicti
litatis grandinis et cuiuslibet alterius periculi excepc
cusacionibus omnibus posttergatis penitus et exclusis.

Licitum tamen est michi et meis heredibus pre
ciali gracia michi per ipsos emptores facta, prelibata
singula cum suis pertinencijs reemere apud emptores
infra decem annorum spacium in die sancti Petri ka
nunc proxime currere incipiencium in ipsa die sancti
et non post, pensione tamen prius ipsis emptoribus et
cario prenotato soluta, quocumque anno voluero pro
sium antedicta. Jn cuius quidem pensionis solucio
termino uel ante facienda si ego vel mei heredes
causa uel euentu primo anno (hoc est anno present
ligens, extunc ipsa gracia reemendi ut predicitur vig
tractus michi et meis heredibus penitus sit sublata. Si
anno inmediate sequenti in dicte pensionis solucion
mino uel ante facienda fuero negligens eciam ex qu

uel euentu, extunc eo ipso dicta bona omnia et singula cadent omnimode in conmissum, et cedere debeo ac eciam cedo vna cum predictis meis heredibus dicte curie seu predio et omnibus alijs suis pertinencijs de quibus predicitur, ipsas dimittendo vacuas liberas et solutas emptoribus prenotatis, jta videlicet quod ipsi in eorundem bonorum possessionem corporalem absque omni judiciorum strepitu siue cum judicis uel sine judicis auctoritate prout magis eis placuerit valeant subintrare, ipsa quoque bona quo ad directum et vtile dominium suis vsibus et vtilitatibus libere applicare.

Pro maiori quoque caucione dictis emptoribus de euictione wlgariter dicta ansprache et omni inpedimento ac eciam impeticione si que sibi moueri contigerit inposterum a quibuscumque eciam personis super ipsis bonis uel aliqua eius parte prorsus caueo, ac eciam cauere et omnia inpedimenta et dampna de quibus predicitur deponere (dolo et fraude abiectis penitus et exclusis) promitto presentibus bona fide prout de bonis proprietarijs secundum ciuitatis herbipolensis et terre Frankonie consuetudinem fieri est consuetum. Jn qua deposicione si negligens fuero, extunc strennuj viri Cůnradus de Witoltshusin miles, Swikerus dictus de Vůchstad armiger, Ecko dictus Schrutenbuch scultetus in opido Arnstein, necnon Bertholdus dictus Centgreue ciuis herbipolensis — fideiussores in hoc negocio insolidum, hoc est vnvorscheidenlichen, per me dati — obstagiabunt in ciuitate herbipolensi personaliter aut quiuis eorum prepeditus equo vno aut famulo apud publicos hospites, vno se per alterius sui confideiussoris inpotenciam negligenciam inpedimentum seu noluntatem non excusaturo, tam diu qualibet sine vara donec impeticiones inpedimentum dampnum de quibus predicitur sine dampno emptorum prefatorum per me vel per meos heredes amota fuerint totaliter et sublata. Vno eciam fideiussorum durante hoc contractu cedente uel recedente a seculo uel a terra, alium eque ydoneum promitto substituere infra mensem tunc proximum loco sui. Vno etiam equo in obstagio mortuo uel consumpto, fideiussor qui eum presentauerat alium protinus subrogabit. Alioquin superstites fideiussores obstagiabunt

[illegible] [illegible] [illegible] [

CCXXVI.

1332, die 11. aprilis.

Beneficium ecclesiasticum simplex non curatum in ecclesiae herbipolensis altari beatae Mariae Magdalenae inter duas columnas pfiler vulgariter dictas construendo instituitur.

Jn nomine domini amen.

Nos . . decanus et capitulum ecclesie herbipolensis ob perpetuam rei geste memoriam recognoscimus et ad vniuersorum quorum scire interest vel interierit noticiam deducimus per presentes, quod (in loco solito celebracionis capituli nostri et capitulum facientes necnon ad infrascripta nuper capitulariter congregati) honorabilis vir dominus Vlricus de Kyrchperg canonicus dicte ecclesie, tunc in dicto loco presencialiter constitutus, desiderio desiderans vt asseruit et quod potissimum insideret cordi suo inter alias suas sollicitudines qualiter per infrascriptum negocium sibi temporalia in perpetua terrena in celestia felici conmercio conmutaret, nobis humiliter supplicauit, vt ad jnstitucionem vnius beneficij ecclesiastici simplicis non curati per eum in loco destinato — scilicet in dicta ecclesia herbipolensi inter duas columpnas pfiler vulgariter dictas viciniores altari nouo sancti Johannis ad parrochiam spectanti — altare construendi dedicandum in honore beate Marie Magdalene quando ipsi domino Vlrico videbitur expedire et dotandi per eum de bonis sibi datis a deo super terram conpetencius juxta subscriptam moderacionem consensum et beneplacitum nostrum concedere et impertiri fauorabiliter curaremus.

Nos vero, super hijs sana deliberacione inter nos pluries prehabita in dicto loco et aliâs, dicti domini Vlrici in hoc negocio

pium propositum specialiter in domino conmendantes, eius deuotis precibus annuimus conmuniter in hoc negocio. Jn dei matrisque eius virginis gloriose necnon preciosorum Kyliani sociorumque eius martyrum patronorum dicte ecclesie laudem, et cultum diuinum quem in ipsa ecclesia augeri appetimus ante omnia nostris oculis preponentes, damus eidem domino Vlrico conmuniter facultatem plenariam de dicto beneficio disponendi ordinandi ac ipsum dotandi, sicut eciam coram nobis presencialiter per infrascripta bona tunc dotauit, pro sue libyto voluntatis, sic videlicet quod ipsi prouidere ad presens liceat discreto viro Conrado suo clerico nato quondam Wernheri dicti von dem Berge opidani hersfeldensis de ipso beneficio, et quod idem Conradus quamdiu vixerit ab obediencia subiectione et correctione . . decani dicte ecclesie nostre qui est vel qui pro tempore fuerit necnon chori frequentacione et seruicio ipsius omnino exemptus esse debebit, a quibus omnibus et singulis eundem Conradum conmuniter et prorsus eximimus presencium per tenorem. Dicto eciam beneficio per mortem tantum dicti Conradi vacaturo, jdem dominus Vlricus (si supervixerit) sev possessor curie dicte Trimperg*) quam dominus Vlricus nunc personaliter inhabitat (vel si plures possessores dicte curie fuerint, senior eorundem possessorum eiusdem curie) quo ad dictum beneficium tenebitur personam ydoneam actu in sacerdocio existentem pro vicario dicte ecclesie . . decano qui est vel pro tempore fuerit ad jnuestiendum eum more solito de amministracione dicti beneficij tamquam vicarium intra mensem computandum a vacacionis tempore quociens ipsum vacare contigerit de quo predicitur presentare: alioquin . . decanus et capitulum dicte ecclesie pro illa vice vacacionis in euentum negliencie dicti possessoris tenebuntur dicto beneficio, quod extunc in perpetuum vicaria esse debebit sine medio temporis, et absque vlla prorsus innouacione vicarijs aggregari secundum onus et emolimentum debitum alijs vicarijs dicti chori, juxta decretum dicti domini Vlrici de persona ydonea actu in sacerdocio existente et nulli alteri prouidere libere tenebuntur.

*) Manus recentior superscripsit: alias Heideck.

Nos eciam . . decanus et capitulum pretacti ipsius Conradi et successorum suorum in eodem beneficio personas necnon bona cum quibus dictum beneficium dotatum est exnunc in antea fuerit et dotandum promittimus bona fide manutenere defendere defensare pro viribus spiritualiter et temporaliter prout tunc faciendum occurrerit eo modo et jure prout alijs personis dicte ecclesie nostre sumus de jure et alias quomodolibet obligati.

Bona vero necnon nomina et situs eorum quibus dictum beneficium dotatum existit exnunc suo ordine sunt subscripta. Primo igitur dictus dominus Vlricus dedit donauit tradidit et assignauit ad dictum beneficium pro sustentacione rectoris eius bona et redditus per eum apud Volkwinum de Brozoltsheim et Agnetem coniuges in villa Brozoltsheim et eius marchia sitos iusto empcionis tytulo pro trecentis et triginta libris hallensium comparatos; jtem bona et redditus per eum apud Eberhardum de Grumbach militem et Margaretam coniuges, Theodericum de Zymmern militem et Elizabeth coniuges empcionis tytulo in villis scilicet superiori et inferiori Altertheim et Nydernhouen ac earum marchiis sitos producentis libris minus qualuor libris hallensium comparatos; jtem bona et redditus per eum apud Theodericum dictum Zobel militem de Gybelstat et Annam coniuges, Bertoldum fratrem dicti Theoderici necnon Husam coniuges pro ducentis et octoginta libris hallensium emptos in villis scilicet Gundersleyben, Cramsneyt, Erpfshusen ac earum marchiis sitos; jtem bona et redditus per eum apud Conradum de Brozoltsheim et Mechtildim coniuges ciues herbipolenses pro quinquaginta libris hallensium comparatos in villa Hocheym sancte Margarete et eius marchia cum omnibus juribus pertinenciis et vtilitatibus suis quesitis et inquirendis quibuscumque nominibus censeantur, prout de eisdem bonis omnibus et singulis in jnstrumentis super empcionibus eorundem bonorum per eum factis conscriptis plenius continetur.

Dictus eciam dominus Vlricus in mynisterium cultus diuini nominis in altari huiusmodi construendi dedit et tradidit duos libros,

videlicet vnum missalem et vnum matutinalem in duobus voluminibus, cum precio citra centum librarum hallensium comparatos, qui libri apud dictum beneficium perpetuis temporibus remanebunt.

Dictus etiam Conradus ad comparacionem vnius hospicij pro inhabitacione vicarij dicti beneficij in huiusmodi comparacionis subsidium quinquaginta libras hallensium de bonis suis proprijs assignauit libere et donauit.

In premissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur presens instrumentum de premissis confectum ad preces dicti domini Vlrici sigillo nostri capituli jussimus communiri.

Nos vero Vlricus de Kirchperg canonicus dicte ecclesie ac eciam Conradus noster clericus, prefati, omnia et singula supra de nobis dicta recognoscimus certitudinaliter fore vera. Et in ipsius recognicionis euidenciam et certitudinem ampliorem sigillum nostrum scilicet dicti Vlrici nostro et ipsius Conradi nomine nobis mandantibus presentibus est appensum.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo, in vigilia palmarum.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCXXVII.

1332, die 12. julii.

Sententia de pecorum locis vel personis religiosis vel saecularibus census annui nomine praestandorum aestimatione in praesentationis loco facienda lata.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis recognoscimus et tenore presencium profitemur, quod religiosus vir frater

Berhtoldus conuersus et procurator monasterij sanctimonialium in Frawenrode ordinis cysterciensis nostre dyocesis — coram nobis Herbipoli in curia nostra Osternnach, vbi judicio seculari presedimus, presencialiter constitutus — nobis ex parte . . abbatisse et conuentus eiusdem monasterij humiliter supplicauit, vt super infrascripto casu, videlicet quando coloni seu jnquilini monasteriorum ecclesiarum vel aliorum locorum seu quarumcumque personarum religiosarum vel secularium cuiuscumque status aut condicionis existant porcos aut alia quecumque pecora certi valoris huiusmodi monasterijs ecclesijs locis et personis nomine census annui soluere et ad eorum loca suis expensis et laboribus deputatis ad hoc certis diebus presentare tenentur, an in villis illis in quibus huiusmodi coloni seu jnquilini resident vel in monasterijs seu locis illis ad que huiusmodi porci vel pecora vt premittitur presentarj tenentur eorundem porcorum vel pecorum estimacio seu taxacio fieri debeat, per milites ecclesie nostre ministeriales tunc coram nobis in judicio presencialiter constitutos conmunem dictarj et ferri sentenciam mandaremus.

Nos itaque, sue peticioni fauorabiliter inclinati, ab ipsis militibus an huiusmodi porcorum seu pecorum taxacio in villis in quibus coloni seu jnquilini morantur vel in locis illis ad que illa presentari tenentur fieri debeat sub debito fidelitatis per nos requisitis jnquisicionem fecimus diligentem.

Qui quidem ministeriales — videlicet Küno de Rebstok, Andreas de Tůngden, Fridericus de Grumbach, et Engelhardus dictus Vende — diligenti et matura inter se super eo deliberacione prehabita, vnanimiter et concorditer pronunciauerunt et sentencialiter dictauerunt, quod huiusmodi porcorum seu aliorum pecorum taxacio non in villis seu habitacionibus colonorum et jnquilinorum sed in monasterijs aut locis alijs ad que ipsi porcos aut pecora huiusmodi nomine census annui tenentur vt premittitur presentare taxacio fieri debeat per duas tres vel quatuor personas ydoneas ac conmunes et ad nullam partem fauore seu gracia declinantes.

Jn cuius pronunciacionis sic coram nobis facte testimonium has dedimus litteras. sigilli nostri munimine de nostra certa sciencia consignatas.

Actum et datum Herbipoli, anno domini M°·CCC°·XXX°· secundo, feria quarta infra octauas penthecostes.

Wolframi episcopi sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum fere omnino illaesum est.

In exteriore earum parte manus posterior annotavit: Von werderunge des vyhes wo das gesche solle.

CCXXVIII.

1332, die 11. junii.

Thomas decanus et capitulum ecclesiae onolspacensis, volentes periculis ecclesiae in quantum in ipsis est obviare, recepto ad hoc capitulo speciali in loco solito capituli et consueto, unanimiter et concorditer tractantes utilitatem ecclesiae, tractatu maturo ac diligenti deliberatione praehabita, communi et concordi consensu statutum faciunt et statuunt inviolabiliter observandum, prout alia statuta ecclesiae de jure vel consuetudine observantur, suadente utilitate ecclesiae praedictae, quod duo viri canonici idonei ex parte capituli eligantur, qui vnä cum custode ecclesiae qui pro tempore fuerit ornatum meliorem seu thesaurum et res pretiosas ecclesiae bona fide et concorditer custodiant et conservent, sic quod praefatae res per custodem et praedictos viros per tres claves diversas sub tribus clausuris includantur.

Cum autem per hujusmodi statutum pure aliud non intendant quam quod thesaurus et ornatus ecclesiae cautius ac tutius conserventur, nolunt custodi ecclesiae qui pro tempore fuerit in suis red-

ditibus proventibus aut aliis juribus quibuscumque praejudicium aliquod generari.

Actum et datum anno domini M°. CCC°. XXX°. secundo. feria quinta ante diem beati Viti martyris.

Sigilla Thomae decani necnon capituli ecclesiae onolspacensis fasciis membranaceis ex hoc statuto suspensa sunt.

Quae sub num. CCCXXX pag. 476 et 477 sequentur litterae, die 13. mensis junii exhibitae, huc conferri poterunt.

CCXXIX.

1332, die 12. junii.

Bischof Wolfram verhört die Kundschaft über die Leistungspflicht von Gütern zu Jtoltsheim.

Wir Wolfram von gots gnaden byschof ze Wirceburg bekennen offenliche an disem briefe, daz vur vns kam der edele man Gotfrid von Brunecke der eltere an dem fritage in der pfingestwochen da wir sazen an gerihte gein . . Baldoltsheim gnant von Jtoltsheim als wir in beiden tag vnt vns hatten bescheiden ze verhorne die kuntschaft vmbe des itzgnanten Baldoltsheims gut ze Jtoltsheim die der veste ritter Kune vom Rebestocke hatte erfaren von vnserm gebote vnd auch von vnsers gerichts wegen daz wir selber da besitzen.

Die selben kuntschaft sagete vor vns der itzgnante Kune bie vnsern hulden also, daz er verhoret hette vnd erfaren, daz des egnanten Baldoltsheims gut ze Jtoltsheim vnd auch alle

andere gut da selbest betehaft weren vnd auch alle atzunge herberge vnd vasnahthunre dem vorgnanten herren von Brunecke solten gelten vnd auch geben.

Der selben kuntschefte gestunden vnd vrteilten vnsers gotshus dienstman rittere vor vns also, daz sie reht duchte vnd auch reht were, daz der vorgnante herre von Brunecke zu den megnanten guten ze Jtoltsheim hette vnd solte haben die reht als vor gesprochen ist.

Dar vber zeim gezugnisse ist versigelt mit vnsers werltlichen gerihtes jnsigele dirre brief, der ist geben ze Wirceburg, da man zalte von Cristes geburthe drucehen hundert jar vnd darnach in zwei vnd drizzigesten jare, an dem fritage als vor geschriben stet.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum plus minus laesum est.

CCXXX.

1332, die 13. junii.

Wolframus episcopus ecclesiae onolspacensis statutum de ornatu et thesauro per custodem necnon duos canonicos tribus clavibus diversis fideliter conservandis factum confirmat.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis honestis viris in Christo sibi sincere dilectis . . decano et capitulo ecclesie onoltspacensis salutem et sinceram in domino caritatem.

Ex parte vestri nobis fuit nuper deuote et humiliter supplicatum, vt — cum vos iampridem in capitulo specialiter ad infra-

scripta assumpto in loco solito celebracionis eiusdem insimul congregati pro vtilitate ecclesie vestre iamdicte inter cetera concordi et vnanimi consensu et matura inter vos deliberacione prehabita statutum quoddam in eadem ecclesia vestra irrefragabiliter obseruandum edideritis de conseruandis fideliter inantea ornatu meliorj seu thesauro et rebus preciosis ipsius ecclesie per custodem qui in dicta ecclesia pro tempore fuerit et per duos ex concanonicis vestris ydoneos et ad hoc per capitulum communiter assumendos sub tribus clausuris et tribus clauibus a se diuersis, sic quod quiuis eorum retineat vnam clauem, prout in litteris sub sigillis vestri decani et capituli exinde confectis ac nobis exhibitis plenius continetur — nos huiusmodi statutum vestrum per nostri consensus adhibicionem ratificare approbare ac eciam auctoritate nostra ordinaria confirmare fauorabiliter dignaremur.

Nos itaque, diligencius aduertentes quod dictum statutum vestrum, prehabita per vos vt premittitur deliberacione matura et diligenti editum, nonmodicum dicte ecclesie vestre afferre poterit conmodum et profectum, predictum satutum vestrum plurimum commendantes, ac illud ratum habentes et gratum, approbamus ac eciam auctoritate nostra ordinaria presentibus confirmamus, decernentes in hijs scriptis, ac in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis ab officijs vestris firmiter et districte precipiendo mandantes, jdem statutum in ecclesia vestra predicta perpetuis deinceps temporibus per vos vestrosque in eadem successores inuiolabiliter obseruarj, nisi totum capitulum ecclesie vestre pretacte id temporis successu pro euidenti vtilitate conmodo et profectu ipsius ecclesie duxerit inmutandum: extunc enim dictum statutum vestrum vnâ cum confirmacione nostra predicta carere debebit de cetero viribus et effectu.

Jn cuius confirmacionis nostre testimonium presentes litteras nostri sigilli appensione fecimus diligencius roborarj.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo CCC°. tricesimo secundo, sabbato infra octauas penthecostes, pontificatus nostri anno octauo.



dicationibus matutinis vesperis aut aliis diurnis officiis exsequiis aut mortuorum sepulturis ibidem interfuerint, aut qui dictum [hospitale] vel eius cimeterium pro animis corporum inibi jacentium exorando, aut qui corpus Christi et oleum sacrum cum infirmis portentur secuti fuerint, vel qui in serotina pulsatione campanae genibus flexis secundum modum romanae curiae ter „ave Maria“ dicerent, necnon qui ad fabricam luminaria ornamenta seu quaevis alia dicto hospitali necessaria manus porrexerint adjutrices, aut qui in eorum testamentis vel extra aurum argentum vestimenta aut aliqua alia dicto hospitali necessaria donaverint legaverint seu procuraverint, seu qui pauperes in dicto hospitali existentes pie visitaverint aut eis pias eleemosynas dederint, et qui pro istius litterae impetratore et pro omnibus dictorum hospitalis et capellae benefactoribus pie deum oraverint, quotienscumque et ubicumque praemissa vel aliquid praemissorum devote fecerint, de omnipotentis dei aut beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, singuli XL dies indulgenciarum de injunctis eis poenitentiis misericorditer in domino relaxant, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus.

Datum Avinione, IV kalendas augusti, anno domini M°. CCC°. XXXII°, et pontificatus domini Johannis papae XXII anno XVI°.

Sigillorum filis linteis partim fusci partim glauci colorum ex his litteris suspensorum pars omnino periit pars magnam partem laesa est.

In cedula membranacea sinistrae hujus documenti parti affixa, eodem tempore scripta, quae sequuntur legimus:

Hec sunt reliquie ad sanctum Theodericum in Herbipoli.

Primo reliquie sancti Jacobi minoris, sancti Eucharii, sancti Egidij, sanctarum vndecim milium uerginum, de costa sancti Colonati, sancti Brictij confessoris, sancti Dyonisij martyris, Alexandri episcopi, sancti Oddonis, de lacte beate Marie verginis, de caluarie loco, sancti Francissi confessoris.

E dextero litterarum nostrarum latere Gotfridi episcopi quae sequuntur litterae fascia sigilli membranacea conjunctae sunt.

Gotfridus dei gracia episcopus herbipolensis ad perpetuam rei memoriam.

Olim reuerendi patres et domini domini Bernardus sozzensis archiepiscopus, Raphael nebiensis, Petrus montis marani, Bonifacius corbauiensis, Philippus salonensis, Johannes terrealbensis, Franciscus Castellani, Johannes serbiensis, Paulus albensis, Bonifacius Suscitani, Vincencius maranensis, et Johannes verdensis episcopi certas indulgencias et peccatorum remissiones omnibus Christifidelibus confessis et contritis hospitale sancti Theoderici et eius capellam ciuitatis nostre herbipolensis visitantibus aut alia facientibus in eisdem litteris expressata (quibus hec nostre littere sunt affixe) misericorditer donauerunt et indulserunt.

Quas quidem indulgencias approbamus, ac consensum nostrum auctoritate nostra ordinaria eisdem impartimur.

Eorundem quoque vestigijs nichilominus inherentes, omnibus Christifidelibus confessis contritis qui quociens ea aut aliquot eorum in eisdem litteris contenta fecerint, aut ab alijs fieri procurauerint, tociens de omnipotentis dei misericordia beatorum Petri et Pauli apostolorum eius necnon beatorum martirum Kyliani Colonati atque Totnani, ecclesie nostre herbipolensis patronorum, auctoritate et meritis confisi similiter quadraginta dies de iniunctis eis penitencijs misericorditer relaxamus presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis.

Datum in ciuitate nostra herbipolensi, die vicesima septima mensis augusti, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, nostri vicariatus sub sigillo presentibus appenso.

In inferiore harum litterarum margine manus posterior quae sequuntur annotavit:

Summa indulgenciarum predictarum omnium V^{c} vnd XXX dies, exceptis domini nostri graciosi predicti qui confirmauit has jndulgencias ut patet.

CCXXXII.

1332, die 25. septembris.

Wolframus episcopus ecclesiam in Schonungen a matrice in Swinfûrthe ecclesia separatam beneficium curatum constituit.

Jn nomine domini amen.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis vniuersis Christifidelibus salutem in domino cum noticia subscriptorum.

Cum bone rei dare consilium in remuneracionem eterni premij proficiat id agenti, plus vtique prodesse credimus consensum factis talibus auctorizabilem inpertire.

Hinc est quod nuper ad nostram presenciam . . discreti viri Cunradus dictus Kisling, rector parrochialis ecclesie in Swinfûrthe, et Johannes de Wegenkheim miles accedentes, a nobis humiliter postulando, quod — cum idem Johannes, diuina ad hoc gracia incitatus, desiderans desiderio temporalia in perpetua transitoria in eterna felici sibi conmercio conmutare, ad ampliandum cultum diuini nominis ad laudem et honorem gloriose virginis Marie necnon ob sue et suorum progenitorum animarum remedium et salutem et specialiter sancti Georij patroni filialis ecclesie ville Schonungen dicte parrochialis ecclesie in Swinfûrthe filialis nostre dyocesis de bonis sibi a deo collatis eandem filialem ecclesiam, de consensu et manu coadunata honeste matrone Margarete sue vxoris legitime dotatam, amplius cum redditibus sex maldrorum siliginis boni grani mensure prelibati opidi Swinfûrthe dandis per cictum Johannem vel heredes suos sub infrascripte pene apposidione messis tempore de duobus mansis ad eos iure proprietatis

pertinentibus, quorum vnus est situs in villa dicta Sendeluelt, et eum colit Wůluelinus dictus Hurdelin, alter vero mansus est situs in villa dicta Meidebach, et eum colit .. dictus Kule, necnon cum duobus iugeribus vineti sitis in vna pecia in marchia prelibate ville Schonungen dictis Turnhouer, similiter ad eos iure proprietatis pertinentibus, dotare intendant adeo quod sacerdos instituendus pro tempore pro eius rectore congruam sustentacionem de bonis eiusdem filialis ecclesie habere poterit, ac onera incumbencia subscripta supportare — eandem dotacionem admittere ac approbare, necnon ipsam filialem ecclesiam predictam cum plebe in dicta villa Schonungen existente in presenti vel in futuro ab ipsa matrice ecclesia quo ad omnia iura parrochialia separare, ac ipsam filialem ecclesiam sepefatam de nouo in beneficium ecclesiasticum curatum creare auctoritate ordinaria curaremus.

Nos vero, pium et laudabile presens negocium in domino commendantes, ac iustis et racionabilibus precibus dictarum parcium fauorabiliter inclinati, dotacionem huiusmodj ratam et gratam habentes, de consensu et voluntate honorabilium virorum .. decani et .. capituli sancti Johannis in Hauge extra muros herbipolenses .. patronorum ac .. rectoris dicte matricis ecclesie prelibati memoratam filialem ecclesiam Schonungen cum plebe vt predicitur ab ipsa matrice ecclesia in nomine dominj presentibus separamus, decernentes quod ipsa filialis ecclesia per nos sic separata de cetero sit beneficium curatum, habens curam animarum sibi annexam cum sepultura et baptisterio eidem datis per nos et incomparatis deinceps perpetuis temporibus duraturis.

Omnia quoque bona et singula per que eadem filialis ecclesia prius dotata fuerat, et exnunc dotata existit, vel dotabitur in antea, presentibus eximimus ab omni jugo seu onere cuiuslibet laice potestatis, volentes quod huiusmodi beneficium cum omnibus suis pertinencijs sic per nos quasi de nouo creatum ea libertate ac emunitate gaudeat qua cetera beneficia ecclesiastica ciuitatis et dyocesis nostre hactenus sunt gauisa, annuentes quoque de consensu .. de-

cani et . . capituli predictorum huic pio et laudabili operi in laudem dei inchoato, vt ipse Johannes de Wegenkheim quamprimum memoratam ecclesiam filialem vacare contigerit possit et valeat infra vnius mensis spacium a tempore vacacionis conputandum quemcumque voluerit secularem clericum ydoneum actu sacerdotem existentem archidiacono loci ad inuestiendum ipsum de cura animarum dicte filialis ecclesie presentare ista vice tantum, et non vltra: nisi dicti . . decanus et . . capitulum deinceps infra vnius mensis spacium negligerent conferre eandem filialem ecclesiam sacerdoti ydoneo, extunc prelibatus Johannes siue heredes ipsius legitimi possunt et debent (si supersunt) huiusmodj filialem ecclesiam conferre sacerdoti ydoneo sub vnius mensis curriculo successiue in antea conputando. Dictis itaque decano et . . capitulo et Johanne memorato necnon suis heredibus in iam sepedicta filialis ecclesie collacione existentibus negligentibus, modis et formis quibus supra . . rector matricis ecclesie pro tempore existens potest et debet sine eorum omnium predictorum contradictione preexpressam filialem ecclesiam sacerdoti ydoneo conferre et de ipsa prouidere sub tempore superius eciam annotato.

Prelibati eciam coniuges assignauerunt deputarunt et tradiderunt . . rectori matricis ecclesie pro tempore existenti redditus vnius libre hallensium in certis redditibus, ne prelibata separacio ipsius filialis ecclesie imposterum matrici ecclesie possit seu debeat dampnosa fore quoquomodo.

Est insuper adjectum presenti separacioni, quod quandocumque prefatus Johannes vel heredes sui in solucione sex maldrorum siliginis reddituum predictorum . . sacerdoti filialis ecclesie prefate fienda neglientes (quod absit) existerent per tres annos continuos, extunc bona ipsa omnia de quibus memorati redditus soluuntur ad prelibatam ecclesiam filialem cum omni eorum iure vtilis siue directi dominij libere deuoluentur et deuoluta esse debebunt, sic quod sacerdos inibi se de ipsis bonis nomine dicte filialis ecclesie pleno iure

intromittere poterit et debebit, prelibati Johannis siue heredum suorum contradictione qualibet non obstante.

Dictus quoque rector ipsius filialis ecclesie oblaciones et alias omnes obuenciones quibuscumque nominibus censeantur seu in quibuscumque rebus consistant et a sepetacta filiali ecclesia et a populo ibidem obuenientes vel obuenturas in omnem euentum percipere et applicare suis vsibus debet, nichil iuris in huiusmodj obuencionibus seu oblacionibus rectori matricis ecclesie remanentis.

Nichilominus eciam ad vniuersas collectas papales archiepiscopales episcopales et archydiaconales contingentes ipsam matricem ecclesiam pro locis et temporibus rector predicte filialis ecclesie decem solidos hallensium . . rectori matricis ecclesie in subsidium soluere tenebitur annis singulis pro sua parte incessanter.

Jn premissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur presens instrumentum de premissis confectum nostri sigilli caractere mandamus fideliter conmuniri.

Nos eciam . . decanus et . . capitulum sancti Johannis in Hauge prefati, patroni, necnon pretactus . . rector matricis ecclesie prelibate, pretactam separacionem et omnia et singula premissa rata et grata habentes, ea approbamus. Et in ipsius approbacionis et omnium supra et de nobis dictorum euidenciam sigilla nostra ex iussu et nostra certa sciencia presentibus sunt appensa.

Ego quoque Johannes de Wegenkheim miles prefatus recognosco, premissa omnia sic acta fore et vera esse, et contra ea non venire in antea de iure vel de facto, sed ad eorum omnium et singulorum que de me siue heredibus meis scripta hic reperiuntur obseruanciam me astringo fideliter et sine dolo, sigillumque meum in eorundem testimonium presentibus hic appendens.

Datum et actum anno domini M° CCC° XXX secundo, feria sexta ante diem beatj Michahelis archangeli.

Quatuor quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCXXXIII.

1332, die 31. decembris.

Konrad von Rosseryet erklärt sich für die ihm vom Johanniterordenshause Boxperg zugefügten Beschädigungen befriedigt, und tritt auf zwei Jahre in dessen Dienst.

Jch Conrat von Rosseryet ritter bekenne ôffenbar an disem brief allen den die in sehent oder horent lesen, daz der edel geystlicher herre bruder Berhtolt von Hennenberch conmentur zu Boxperch ordens sentte Johans des spitals von Jerusalem mir gegeben hat zwei hûntdert phûnt gûter vnd geber haller vnd zehen phunt haller fûr allen den schaden der mir geschach vnd gechehen ist von ime vnd von sime ôrden und von allen den die do bi sient gewesen vmme die totslege Conrats seligen von Klepfesheim des ritters vnd Schrôts seligen von Tôrzebach, den got gnedig sie, also daz ich dar vf verzihe vnd verzigen han redelich vnd rechtliche, dar zu mine erben vnd alle mine frûnt, mit handen vnd mit halmen, also daz ich myn erben vnd alle mine frûnt dar nach nynmer keyne ansprache oder forderûnge sullen gehaben mit worten oder mit wercken in keyner hande wyese an dem vorgenanten herren von Hennenberch oder an sime orden oder an allen den die do bi sient gewesen eweckliche. Vnd gelobe daz fûr mich fûr min erben vnd fûr alle mine frûnt stete vnd gantz zu halten mit guten truwen eweckliche an alles geuerde.

Auch ist gereht, vnd han gelobet vnd gelobe an disem briefe, daz ich des vorgenanten herren von Hennenberch dyener sol



Fridericus de Amorbach parte ex altera sacerdotes, vicarii dicte ecclesie herbipolensis dicti de sancta Katherina, de consensu et voluntate honorabilium virorum dominorum Eberhardi decani et Rŭdolfi scolastici dicte herbipolensis ecclesie (patronorum cappelle jnfrascripte) super quibusdam dissensionibus et discordijs subortis inter ipsos occasione quarundam limitacionum edificiorum structurarum et earum reparacionum vsus et habitacionis curie dicte ad sanctam Katherinam site in ciuitate herbipolensi annexe et spectantis ad dictorum Heinrici et Friderici sacerdotum vicarias et quibusdam aliis infratactis decidendis et diffiniendis jn nos quatuor, jpse quidem Fridericus pro se et sua parte in nos duos Symonem et Wolframum. jpse autem Heinricus pro se et sua parte in nos duos scilicet Johannem et Waltherum prefatos, tamquam in arbitros arbitratores seu amicabiles conpositores sponte et concorditer conpromiserint, promittentes ad manus nostras fide corporaliter prestita sic quod huiusmodi fidei prestacio sit juramentum, se ratum et firmum perpetuis temporibus habituros quidquid inter eos per nostram ordinacionem seu pronunciacionem seu per aliquem alium modum aliis verbis ut infratangitur designatum super premissis fuerit diffinitum — nos igitur, huiusmodi dissensiones et discordias decidere et submouere cupientes, pro bono pacis et concordie jndagacione et inquisicione diligenti ac matura deliberacione prehabitis super premissis, Christi nomine jnuocato, auctoritate arbitraria seu conpromissaria nobis per ipsos Heinricum et Fridericum conmissa in hac parte ordinauimus diffiniuimus et in hiis scriptis laudamus arbitramur dicimus decidimus determinamus pronunciamus precipimus diffinimus et ordinamus, jn primis videlicet quod omnis dissensionis discordie seu rancoris materia ex quibuscumque causis inter prefatos Heinricum et Fridericum exorta abolita sit penitus et extincta.

Et vt inter ipsos vtrimque pax tranquilla et pacifica tranquillitas quo ad premissa obseruetur, ordinamus et diffiniendo pronunciamus, vt cenaculum ante cappellam sancte Katherine virginis in dicta curia situatum conmunibus vsibus et vtilitatibus ipsorum duorum

moueat, et se de eiusdem stabuli fundo seu loco ad suum tantum vsum amplius minime intromittat.

Jtem ordinando diffinimus, vt uterque ipsorum in curia ipsa seu planicie vel in aliquo loco aut angulo ipsius curie non faciat seu reponat vel fieri seu reponi mandet fimum, nec eciam per jnhabitantes vel aliquem jnhabitancium in curia ipsa seu in domibus dicte curie fieri fimum permittat, sed (si ipsi vel alter eorum fimum habere voluerint seu voluerit) extra ipsam curiam in vicis seu plateis ipsi curie confinibus faciant seu fieri procurent, prout de consuetudine in ciuitate herbipolensi seruatur, jta tamen quod vni ipsorum in vno dictorum vicorum non plus juris competat quam alteri in ponendo seu faciendo fimum, sed in hac parte equali jure gaudeant ambo ipsi in dictis vicis seu plateis ab utraque parte ipsi curie confinatis.

Jtem arbitrando decidimus, ut pomeria siue viridaria prope dictam cappellam sita pariete intermedio seiuncta et diuisa sic remaneant, scilicet vt alter ipsorum in parte sibi deputata stabulum seu cloacam vel aliquid aliud per quod desineret esse pomerium seu viridarium nullatenus faciat seu fieri procuret; et quod structura dicta halle in wlgari cum tectis juxta ipsam cappellam et apud ipsa viridaria pateat ipsis ambobus conmuniter et equaliter ad eorum vsus, et reficiatur seu reparetur conmunibus ipsorum sumptibus cum fuerit hoc necesse; et quod eciam omnes parietes intermedij per quos domus edificia seu loca vnius ipsorum a domibus edificijs seu locis alterius eorum ab inuicem seiunguntur seu diuiduntur, et puteus ipsius curie et structura ipsius putei, necnon value et porte maiores et minores per quas ad ipsam curiam patet ingressus et egressus, ac valua seu porta magna interior cum minore porta per quas itur ad planiciem sitam inter cappellam et cellaria ipsius curie, et ipsarum portarum vectes et sere et alia in hac parte necessaria cum opus fuerit conmunibus et equalibus utriusque ipsorum reparentur sumptibus et expensis.

Jtem arbitramur et diffinimus, ut omnes obuenciones in dena-

riis hallensibus cera seu luminibus aut candelis siue quacumque alia re consistant que proueniunt de conpulsacionibus campanarum dicte cappelle non tantum illi cedant quem septimana huiusmodi conpulsacionis tempore in pulsando contingit, sed ipsis ambobus cedant inter eos equaliter diuidende. Jlle autem quem septimana taliter contingit procurare tenetur huiusmodi conpulsacionem fieri vel per suam familiam aut alias personas que apprecientur de iamdictis obuencionibus prout fuerit oportunum.

Preterea diffinimus et arbitratj sumus, vt uterque ipsorum alternatis septimanis et vicissim pretactas valuas et portas claudi et serari procurent hora congrua, scilicet inmediate post pulsum secunde campane vini. Quibus clausis, ille cuius septimana in sic claudendo fuerit nec per se nec per suam familiam tenetur intromittere alterum vel aliquam personam de alterius familia, sed uterque ipsorum suas claues habeat tunc postquam sic clause fuerint ad aperiendum et ad claudendum ipsas portas prout sibi et sue familie necessarium fuerit vel eciam oportunum. Jtem idem septimanarius, scilicet ille quem septimana in taliter claudendo contingit per huiusmodi septimanam, jam dictas portas similiter hora competenti (videlicet ad primum matutini pulsum in ecclesia herbipolensi) aperiat seu faciat aperiri. Caueat insuper uterque ipsorum, equali et eodem jure censendus in aperiendo scilicet et claudendo dictam cappellam, ut talem adhibeat diligenciam ne exinde dampnum aliquod eueniat, nam alter eorum per se vel alium pro se aut alio vel aliis ipsam cappellam negligenter aperiens vel claudens dampnum siquod occasione huiusmodi negligencie subortum fuerit resarcire et refundere plenarie tenebitur huiusmodi dampnum passo, ac ipsam cappellam indempnem conseruare si forsan dampnificata fuerit in hac parte.

Adicimus insuper supratactis, vt uterque vel alter ipsorum post pulsum secunde campane predicte non faciat seu fieri maliciose permittat aliquem insultum vel inportunum strepitum aut aliquid tale in ipso cenaculo quominus alter valeat quiescere vel dormire.

Jtem prouida consideracione ordinauimus et ordinamus ac diffinimus, ut uterque ipsorum domum mansionem siue habitacionem suam dicte cappelle viciniorem quam ad presens inhabitat et pro se et sua familia nunc tenet nulli persone extranee ecclesiastice vel seculari locet seu aliquo titulo gratuito vel non gratuito ad jnhabitandum temporis processu conferat, vt omnis inquietacio et perturbacio que occasione huiusmodi jnhabitacionis extranearum personarum si procederet posset exurgere inter eos altrinsecus penitus conquiescat.

Jtem ut inter prefatos Heinricum et Fridericum et utriusque ipsorum familiam omnis discordia euanescat, arbitrati sumus et diffinimus, ut uterque ipsorum familiares suos et jnquilinos cum omni studio retrahat a verbis et operibus indecentibus illicitis et inhonestis. Quod si aliqua persona de jnquilinis seu familiaribus alterius eorum probrosis verbis seu factis indecentibus primo incipiat offendere alterum eorum vel aliquam personam de alterius familia, et talis sic primo offendens de huiusmodi offensione possit conuinci, et conuincatur saltem per duos testes coram eo de cujus familia seu jnquilinatu est taliter offendens, qui testes huiusmodi absque omni strepitu et sine figura judicij de plano tenetur recipere audire et examinare juratos, ex parte alterius requisitus: qui quidem requisitus et iterum monitus per alterum ipsorum post huiusmodi monicionem jnfra tres dies inmediate subsequentes tenetur sic offendentem licenciare et de suo jnquilinatu seu familiatu amouere penitus cum effectu, nisi alter fortassis huiusmodi offensionem dissimulans secus vellet. Quod si taliter ut predicitur monitus pretactum offendenten et conuictum infra prefatos tres dies non licenciauerit et amouerit ut predicitur, extunc postea quot diebus in eius familiatu et jnquilinatu stabit seu permanebit tot et eisdem diebus monitus ipse ut premittitur absque aliqua alia monicione jn claustro herbipolensis ecclesie se recipere sub pretacta fide tenetur, ibidem permansurus et jnde non exiturus donec prefatum conuictum licenciauerit et amouerit ut est dictum, fraude et dolo et vara quacumque in premissis et infrascriptis et eorum quolibet proculmotis.

Et hec omnia et singula premissa laudamus arbitramur ordinamus

Nos vero Eberhardus decanus et Rûdolfus scolasticus, patroni predicti, recognoscimus publice per presentes, de nostro consensu et voluntate facta esse omnia et singula premissa prout de verbo ad verbum superius enarrantur, volentes nichilominus sic arbitrata ordinata et diffinita per omnia ut supra narrantur ad omnes successores ipsorum Heinrici et Friderici in dictis vicarijs quibus supra descripta curia ad sanctam Katherinam est annexa extendi pro bono pacis et concordie perpetuis temporibus duratura, et ipsos successores ad ea firmiter obseruandum sub pena decem librarum hallensium per omnia ut premittitur conmittenda forcius obligari. Et in eorundem omnium et singulorum premissorum testimonium et veritatem ac ad jnstanciam et peticionem ipsorum arbitrorum et parcium predictarum ex certa nostra sciencia presentes litteras sigillorum nostrorum appensione fecimus conmuniri.

Data anno domini millesimo trecentesimo trecesimo tertio, feria secunda post dominicam qua cantatur oculi mei semper.

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCXXXV.

1333, die 8. martii.

Gerhusa relicta quondam Conradi dicti Gyr civis herbipolensis propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis justo venditionis titulo vendit et tradit honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo ecclesiae herbipolensis ementibus et recipientibus pro se et jam dicta eorum ecclesia redditus quatuor librarum hallensium legalium et dativorum, solvendos ipsis et praesentandos annis singulis in festo vel ante festum epiphaniae domini sine quolibet eorum damno super tertia parte curiae dictae zv̊ hern

Tapprot (videlicet media) sita in Herbipoli, pro pretio quadraginta librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia, et in alios usus utiles et necessarios converso, dictam tertiam partem curiae et proprietatem ipsius resignans ore manu et calamo ut moris est emtoribus praefatis, ac recipiens ab ipsis pro se et heredibus suis pro dictis annuis redditibus inantea tenendam ac jure emphyteotico possidendam, promittens nihilominus dictis emtoribus et eorum ecclesiae de evictione dictae tertiae partis curiae et proprietatis ipsius in omnem litis eventum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam.

Licitum tamen est ipsi et heredibus ex speciali gratia a dictis emtoribus facta, dictam tertiam partem curiae et redditus reemere pro antedicto pretio quadraginta librarum hallensium dativorum a festo kathedrae beati Petri apostoli proxime transacto ad sex annos continue et immediate subsequentes quocumque anno voluerit, ita tamen quod hujusmodi reemtio fiat in eodem festo vel ante, et quod nihilominus redditus praedicti prius sint assignati sine diminutione qualibet et soluti, adjecto quod quandocumque ipsa vel heredes modis et termino praedictis in solutione dictorum reddituum fuerint negligentes, eo ipso privata erit reemtionis hujusmodi potestate, sic quod dicta tertia pars curiae erit et esse debebit redditibus hujusmodi perpetuo onerata.

Datum anno domini M° CCC° XXX° tertio, feria secunda post dominicam oculi; praesentibus Conrado dicto de Verspach, Conrado filio ejus, Eberhardo de Zymmern tabellione curiae herbipolensis, et Conrado de Augusta, necnon quampluribus aliis fidedignis, vocatis ad praemissa pro testibus et rogatis.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CCXXXVI.

1333, die 10. aprilis.

Wolframus episcopus Bertholdo comiti de Hennenberg pro mille libris hallensium eidem debitis judicium in Fritoldeshusen — pacto reemtionis adjecto — jure feodali concedit.

Wolframus dei gracia episcopus herbipolensis jnspectoribus presencium recognoscimus publice vniuersis presentibus et futuris, quod — licet super brigis et dissensionibus inter nos ac nostros seruitores et subditos, ac specialiter bone memorie Güntherum de Saltza tunc officiatum nostrum in Meiningen ex vna et nobiles viros comitem Bertholdum de Hennenberg et Heinricum natum suum ac eorum seruitores et subditos parte ex altera super castro Scharpfemberg per iamdictum Heinricum capto iamdudum emersis, necnon super dampnis quibuslibet tunc nobis et nostris vtrobique treugis inter nos pendentibus irrogatis, nos de honorabilium virorum . . prepositi . . decani et capituli ecclesie nostre beneplacito et consensu pro nobis ipsa ecclesia nostra, ac predictus comes Bertholdus pro se dicto nato suo et eorum seruitoribus ac subditis patentes litteras dederimus mutuo ac vicissim, nosque vtrobi libet in eisdem litteris firmiter astrinxerimus ad exhibendum et faciendum hincinde et alternatim super huiusmodi brigis dissensionibus atque dampnis ea que iuris ordo facienda dictaret, prout in eisdem litteris nostris plenius continetur; quia tamen pluribus postmodum cum familiaribus nostris tractatibus super eo prehabitis visum fuit nobis quod huiusmodi mutua iuris exhibicio et recepcio super premissis plus nocumenti quam profectus vtilitatis seu commodi afferre posset nobis nostreque ecclesie prenotate — nos cum familiaribus nostris, matura penes nos deliberacione prehabita, cum sepedicto comite Bertholdo super dampnis sibi et suis vt prefertur illatis, et specialiter vt ipsum comitem Ber(tholdum) reddamus ad impendendum nobis e, ipsi ecclesie nostre deinceps feruencius promociones et obsequia prompciorem amice in eum qui subscribitur modum duximus componendum.

Sibi enim in recompensam seu refusionem dampnorum huiusmodi mille libras hallensium promittimus nos daturos.

Sed quia prompti eris inpresenciarum copia nobis deest, easdem mille libras hallensium sibi super iudicio in Fritoldeshusen ac eius pertinenciis iuribus et requisicionibus vniuersis adicimus et presentibus deputamus, infeodantes eundem comitem Bertholdum super pretactis mille libris hallensium de judicio memorato, de quo quidem judicio comes sepedictus eciam per . . predecessores nostros dudum pro certa pecunie summa infeodatus existit, et super quo nos postmodum deputauimus eidem quingentas libras hallensium pro castrensi feodo persoluendas, ac per ipsum extunc suosve heredes in quinquaginta librarum hallensium redditus annuos tenendus deinceps a dicta herbipolensi ecclesia iure castrensis feodi convertendas, salua tamen ipsi ecclesie nostre deinceps perpetuo reempcione dicti iudicii pro eisdem pecuniarum summis, prout in litteris nostrorum predecessorum ac nostris desuper datis lucide continetur, ita sane videlicet quod quandocumque vel annorum quocumque nos . . successor noster pro tempore existens vel capitulum ecclesie nostre sede vacante seu . . procurator ecclesie a capitulo deputati dictum iudicium cum suis pertinenciis iuribus ac requisicionibus vniuersis apud sepedictum comitem Bertholdum suosve heredes pro antetactis pecuniarum summis decreuerimus seu decreuerint reemendum, illud eciam pro antefatis mille libris hallensium reemere et absoluere teneamur, successores nostros et ecclesiam nostram herbipolensem ad firmam et inuiolabilem omnium premissorum obseruanciam presentibus obligantes.

In eiusdem quoque testimonium robur et certitudinem omnium premissorum has nostras sepedicto comiti Bertholdo dari fecimus litteras, easque appensione sigilli nostri de nostra certa sciencia iussimus diligencius communiri.

Datum Herbipoli, anno domini millesimo trecentessimo XXX° tercio, sabbato infra octauas pasche, pontificatus nostri anno nono.

Has litteras Bechstein et Brückner ad fidem exemplaris originalis in scriniis quae dicunt „das gemeinschaftliche hennebergische Archiv“ in civitate meiningensi positi, e quo sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea suspensum est, in operis cui titulus est „Hennebergisches Urkundenbuch“ vol. II pag. 9 ediderunt.

CCXXXVII.

1333, die 28. aprilis.

Kaiser Ludwig weist den Bischof Wolfram bezüglich des Ersatzes des in seinem Dienste erlittenen Schadens von 5000 Pfund Häller auf den Zoll zu Oppenheim und die Juden zu Wirzburg an.

1.

Wir Lvdowig von gotes gnaden romischer keyser ze allen ziten merer dez richs veriehen offenlichen an disem brief vnd tun kunt allen den die in ansehent oder horent lesen, daz wir dem erwirdigem Wolframen byschof zv Wirtzburg vnserm lieben fursten fur den schaden den er vor Strŏwingen in vnserm dienste nam vnd genomen hat schuldig worden sin vnd gelten sullen funf tusent phunt haller.

Vnd die selben haller verschaffen wir ime vf vnserm zolle ze Oppenheim vnd vf den juden ze Wirtzburg mit disem brief, mit der beschaidenheit, swanne der edel man graf Berchtold von Hennenberg vnser lieber heimlicher vnd sin geselleschaft gewert werdent ires gutes daz si dar vf habent, zehant an fůrzog in die schilling da mit si gewert sind vnd in beschaiden werden sol der vorgenant byschof von Wirtzburg sin gotzhus oder sin nahkomen oder wer von ine dar zv geschaffet wirt sten vnd in nemen als lange biz er sin styft oder sin nahkomen dez vorgenanten gutes von dem zolle gewert werde gar vnd gentzlichen.

Wir verheizzen ŏch mit disem brief, daz wir dem vorgenanten von Hennenberg noh siner geselleschaft keinen vfslach an dem zolle mer tun wellen dann daz sie iezund dar vf habent. Vnd wann

si dez verriht werdent, so soll dann der byschof sin styft oder sin nahkome an sten als vor geschriben ist.

Wann öch die vorgenanten juden ze Wirtzburg von dem burgrafen von Nurenberg ledig vnd loz werdent vmbe daz gut vnd si ime iezund stend, so sullen sie haft vnd phand sin dem obgenanten byschof von Wirtzburg vnd sinem styft: vnd sol er si dann inne haben mit sampt dem zolle als lange biz er der funf tusent phunt haller da von gewert wirt gar vnd gentzlichen an irrunge vnd hindernuzze.

Wir wellen och dem vorgenanten burgrafn noh ensullen keinen vfslack vf die juden tun mer dann daz sie iezund dar vf habent biz daz der byschof oder sin styft sines gutes gewert wirt gar vnd gentzlichen an gebresten.

Vnd dez ze einem vrchunde geben wir disen brief, mit vnserm keyserlichem jnsigel versigelten, der geben ist ze Nurenberg, an mitwochen nach sant Georien tag, do man zalt von Kristes geburd drutzehenhundert iar dar nach in dem driu vnd dreizzigestim iar, jn dem niunzehendem iar vnsers richs, vnd in dem sehsten dez keysertumes.

Ludovici imperatoris sigillum quod dicunt majestatis filis sericis rubri coloris ex hoc diplomate suspensum magnam partem periit.

2.

Ludowicus Romanorum imperator semper augustus Baldewinum archiepiscopum treverensem necnon ecclesiae maguntinae provisorem, principem suum carissimum — quoniam Wolframo episcopo herbipolensi, principi suo dilecto, in recompensam damnorum nuper habitorum in expeditione prope Straubingen quinque milia librarum hallensium percipienda post nobilem virum Berchtoldum comitem de Henneberg et eius consortes in eadem

portione in theloneo suo in Oppenheim deputavit, prout in litteris super hoc datis plenius continetur — affectuose requirit et hortatur, quatenus eum ejusque successores vel ecclesiam si episcopo careat aut eorum procuratores in perceptione dictae pecuniae sicuti alios quos similiter ei commisit efficaciter ipsius intuitu tueatur.

Datum Nurnberg, feria quarta proxima post Georii, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tertio, regni anno decimo nono, imperii vero sexto.

Sigillum SECRetum LVDOWICI DEI GRaciA ROMANORVM IMPERATORIS Semper Augusti filis sericis rubri et viridis colorum suspensum est.

CCXXXVIII.

1333, die 11. maji.

Kaiser Ludwig verbietet dem Lutz von Hohenloch, die Bürger von Wirzburg gegen ihre althergebrachte Gewonheit auf sein Gericht zu laden.

Wir Ludowig von gotes genaden romischer keyser ze allen ziten merer des richs enbieten dem edeln manne Lutzen von Hohenloch vnserm lieben getruwen vnser hulde vnd alles gůt.

Vns hant geclagt vnser lieben burger ze Wirtzburg, wie du sie ladest vf din geriht vnd vf din lantschrannen, daz wider ir friheit ist die si von vnsern voruarn kunigen vnd keysern von alter her braht vnd gehebt hant vnd die wir jn bestetigt habent.



bey dem dorff Heldrich gelegen jm herzogthumb zu Francken burglichen bebauen mögen, vnd darauff bauen vnd vfrichten ain burg zu nennen den Reussenberg, haben wir demselben vnserm herrn mit vnser handgeben treuen die wir jme in sein hand geben haben verhaissen vnd gelobt, vnd haben auch darüber leibliche aide zu den heiligen geschworn, vnd haben jn crafft dits briefs besondere vns vnd alle vnser erben vnd nachkomen an demselben schlosz vestiklich verbunden bey solchen obgeschriben treuen vnd aiden vnd auch bey verlisung aller vnd iglicher vnser lehen von dem stifft zu Wirtzburg rurend mit disem brieff, das wir noch vnser erben oder nachkomen mit der yztgenanten burge dem vorgenanten vnsern herrrn Wolframen allen sinen nachkomen an dem bistumb vnd auch dem ytztgenanten stifft zu Wirtzburg zu künfftigen ewigen zeiten getreulichen gewartten sullen, vnd jne die offen jn allen iren notturfften vnd geschefften wider alle leute, wenn vnd wie offt sie vns vnser erben oder nachkomen dorumb vermanen oder jne nott geschicht, allein den achtberlichen herrn herrn Berthold grauen zu Henneberg vnd sein erben vszgenommen.

Wir sollen auch das vorgenant schlosz dieweiln der stifft krieg hette, wenn wir von einem bischoue doselbst der dann zu zeitten were oder ob nicht bischoue were von dem capittel oder verwesern des stiffts vom capittel gesetzt darumb gemant werden, ainem desselben stiffts getreüen lehenmanne beuehlen, also das vns derselbe zu widergeben des egenanten schloss nach verrichtung solchen kriegs oder wenn wir das darnach von jme wider bitten ain genuglich redlich gewishait thue.

Were auch ob der vorgnant vnser herre sein nachkomen oder der stifft mit dem vorgnanten graue Berthold oder seinen erben zu vrleuge oder zu kriege komen, so sollen wir dann demselben grauen noch seinen erben wider den stifft noch dem stifft wider sie mit dem oftgenanten schlosz nitt gewartten noch helfen jn kain weiss.

Were auch das vns oder vnser erben schwere schulde bewegte oder andere nöttliche sache das wir des schlosz bedorfften zu verkauffen oder von vns zu entpfrembden, so wollen wir das allain geben zu kauffen des vorgnanten stiffts getreüen lehenmannen, die gleicher weis als wir getan haben demselben stifft mit demselben schlosz gewartten vnd auch leibliche ayde schweren sollen, vnd des dorüber jn offen brieff geben.

Widerumb hat vns der vorgnant vnser herre mit guten treuen verhaissen für sich seine nachkomen vnd stifft zu Wirtzburg, das er vns vnser erben

vnd nachkomen an dem obgnanten schloss soll getreulichen zum rechten handhaben schutzen vnd schirmen.

Zu warem vrkund aller vorgeschriben sachen vnd vesten gezeûknus haben wir mit guter wissen dem obgenanten vnserm herrn Wolfframen geben disen brieff, mit vnsern jnsigeln beuestigt.

Datum anno domini M° CCC° XXXIII, XVI kalendas junij.

Has litteras A. S. Stumpf in operis cui titulus est „Historisches Archiv für Franken" fasc. 2 pag. 119—121 edidit.

CCXL.

1333, die 20. julii.

Ecclesiarum quarundam herbipolensium capitula se Ludovicum, quem pro Romanorum imperatore se gerentem dicunt, non sua sponte sed non nisi metu coacta processionaliter Herbipoli recepturos aut imperatorem vel regem habituros protestantur.

1.

Jn nomine domini amen.

Nos . . maioris, sancti Johannis in Hauge, sancti Johannis Nouimonasterij herbipolensium ecclesiarum . . decani et capitula ad omnium et singulorum noticiam quos presens contingit negocium vel contingere poterit in futurum deducimus per presentes, quod in ipsius ecclesie maioris capitulo nouiter et capitulariter congregati, tractaturi de indempni conseruacione dictarum ecclesiarum et specialiter episcopatus herbipolensis vacantis per mortem pie recordacionis quondam Wolframi episcopi herbi-

polensis, qui nuper prochdolor diem clausit extremum, qualiter dicte ecclesie et jdem episcopatus illesi et inconcussi tam in spiritualibus quam in temporalibus in bonis et possessionibus suis vsque ad futurum episcopum preficiendum dicte ecclesie conseruentur, potissime et principaliter tamen obuiare desiderabiliter affectantes quibusdam diris et grauibus conminacionibus factis per magnificum virum dominum Ludowicum pro Romanorum jmperatore se gerentem de destruendo et diruendo funditus in maxima parte possessiones res et jura ecclesiarum et episcopatus predictorum, et de inferendo vim et metum personis ecclesiasticis dictarum ecclesiarum et episcopatus supradicti qui metus merito in constantes viros cadere poterit, si in eius aduentu ad herbipolensem ciuitatem vt fertur breuiter fiendo per easdem personas cum reliquiis et processionaliter non occurritur, et si non recipitur more solito reuerenter, quibus quidem perturbacionibus et periculis in quantum nobis est possibile conpassiuis animis et non in contemptum clauium ecclesie sed ne bona et possessiones ecclesiarum et episcopatus predictorum tam dampnabiliter in hoc casu (cui resistere non possumus) reuera et periculose dissipentur aditum precludere intendentes, conmuni consensu decreuimus, quod si contingat eundem dominum Ludowicum per nos processionaliter recipi seu suscipi, hoc conmuniter omnes et singuli faciemus.

Vt autem in hac suscepcione omnes et singule persone, scilicet canonici dictarum ecclesiarum prebendati et non prebendati et vicarij, in vnam voluntatem vna nobiscum in presenti decreto seu casu conueniant irrefragabiliterque persistant, statuimus ordinauimus et concorditer presentibus ordinamus, quod quicumque canonicus prebendatus vel non prebendatus seu vicarius de istis tribus ecclesiis ab hac suscepcione se subtraxerit quocumque modo, nobiscum processionaliter non eundo, nisi ipsum euidens infirmitas corporalis excuset quominus nobiscum ire valeat in ipsa processione, vigore presentis ordinacionis seu decreti a percepcione fructuum prebende et vicarie sue vigore huius statuti seu decreti sit priuatus, donec processus domini pape facti contra prefatum dominum Ludowicum

fuerint amoti penitus et sublati; jtem quod canonici non prebendati modo predicto nobiscum non euntes vacantibus prebendis suis ad percepcionem fructuum earundem prebendarum et ad jntroitum et vocem capituli durantibus dictis processibus nullo modo admittantur.

Jtem statuimus et eciam ordinamus, quod si tempore huiusmodi processionis aliqui ex canonicis vel vicariis dictarum ecclesiarum pretextu infirmitatum per quas se forte assererent esse vel fuisse jmpeditos quominus potuissent vel possent huiusmodi processioni interesse, hij infirmi per . . decanum suum (presentibus duobus canonicis sue ecclesie) post processionem huiusmodi prehabitam requisiti in consciencias suas et sub debito obediencie sine more dispendio veritatem de huiusmodi infirmitate dicere tenebuntur. Quam veritatem si taliter requisiti dicere recusauerint, vel eius contrarium ex perspicuis indiciis claruerit, a percepcione fructuum prebendarum dignitatum personatuum canonicatuum et vicariarum ipso facto vsque ad relaxacionem dictorum processuum papalium vt in casu premisso sint suspensi.

Jtem de canonicis et vicariis tempore huiusmodi processionis absentibus de ciuitate et ecclesiis predictis statuimus et ordinamus, quod peracta huiusmodi processione canonicus vel vicarius cuiuslibet dictarum trium ecclesiarum, requisitus per . . decanum ecclesie sue (adiunctis sibi duobus de capitulo suo) quare huiusmodi processioni non interfuerit et se de ea subtraxerit, per corporale iuramentum antea per ipsum prestitum vel prestandum dicet omnimodam veritatem. Quam si dicere vel iuramentum prestare recusauerit, vel propter prefatos processus apostolicos se excusare conetur seu nitatur, extunc eo ipso jdem cadat in penas protinus antedictas.

Jtem statuimus et ordinamus, quod quicumque canonicus vel vicarius dictarum trium ecclesiarum super actu huiusmodi processionis vel super quocumque alio actu vel actibus quem vel quos imposterum per nos vel aliquem ex nobis circa eundem dominum Ludowicum quocumque modo exhiberi vel exerceri contingat,

per quem actum vel per quos actus status ipsius quo ad regni vel jmperij administracionem approbari aliqualiter videretur vel presumeretur, aliquem obiectum quocumque modo fecerit directe vel indirecte publice vel occulte per se vel per alium jn judicio vel extra judicium in capitulo vel extra capitulum canonico vel vicario dictarum ecclesiarum vel extraneis personis in dicta processione euntibus, ex quibus obiectibus canonicus vicarius seu persone de quibus predicitur poterunt sentire aliquod periculum jmpedimentum incomodum vel grauamen, eo ipso vigore huius statuti dignitatibus personatibus canonicatibus prebendis beneficiis que in dictis ecclesiis optinere dinoscuntur ipso facto sint priuati, nec ad restitucionem seu recuperacionem dignitatum personatuum canonicatuum prebendarum beneficiorum vicariarum quibus sic priuati fuerint quemquam eorum deinceps vllatenus admittemus, adicientes nichilominus ad iamdicta, si quempiam canonicum vicarium vel extraneum in judicio vel extra in capitulo vel extra vel litigiose canonico vel vicario dictarum trium ecclesiarum de actu huiusmodi processionis seu aliis quibuscumque actibus imposterum exercendis de quibus supra premittitur quidquam modo premisso obicere contingerit, et ab huiusmodi obiectu desistere noluerit, extunc quelibet dictarum trium ecclesiarum suum canonicum vel vicarium conmunibus sumptibus et expensis canonicorum et vicariorum dicte ecclesie in qua est canonicus vel vicarius in omnem litis euentum vsque ad finem litis defendere tenebitur incessanter.

Jtem statuimus et ordinamus, vt si quando aliquas personas in canonicos prebendatos aut non prebendatos seu vicarios quauis auctoritate post peractam huiusmodi processionem recipi contingat in ecclesiis antedictis, jdem recipiendi nullo modo ad predicta aut eorum aliqua admittantur, nisi prius iurent corporaliter in capitulo ecclesie ad quam assumendi fuerint, quod omnia et singula suprascripta nobiscum inuiolabiliter teneant et obseruent. Que quidem iuramenta si prestare recusauerint requisiti, a dignitatibus personatibus officiis beneficiis et vicariis assequendis penitus excludantur.

Jtem statuimus, quod omnes et singuli canonici et vicarij in

ipsis ecclesiis actu processionis presentes, seu alios actus quoscumque de quibus premittitur exercentes, iuramentis prestitis corporalibus per eos firment et se obligent firmiter, contra premissa vel eorum aliqua se non venturos alicuius ingenij studio vel cautela, sed magis ea attendere et seruare inconuulsa prout superius est expressum. Jtem statuimus et ordinamus, si quispiam canonicorum vel vicariorum de quibus predicitur intra octo dierum spacium a tempore requisicionis faciende per . . decanum suum prestare obmiserit de quo predicitur iuramentum, extunc eo ipso dignitatibus personatibus officiis beneficiis canoniis vicariis quas in dicta ecclesia dinoscitur obtinere ipso facto huius statuti vigore sit priuatus.

Jdem duximus ordinandum et statuendum circa absentes et infirmos quo ad requisicionem . . decanorum suorum, et vt intra premissum tempus prestent prehabitum iuramentum: alioquin vt premittitur dignitatibus personatibus officiis beneficiis canoniis et vicariis pretactis noscant virtute huius decreti se esse priuatos.

Jn premissorum quoque omnium et singulorum testimonium atque robur ea in presentem cartam redigi, et sigillorum capitulorum nostrorum appensione mandauimus conmuniri.

Actum Herbipoli, anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio, feria tercia ante diem beate Marie Magdalene.

Tria quorum mentio facta est sigilla quondam fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa abscissa sunt.

2.

Jn nomine domini amen.

Nos maioris, sancti Johannis in Hauge, sancti Johannis Nouimonasterij ecclesiarum herbipolensium . . decani et capitula ad vniuersorum quorum interest vel intererit noticiam

deducimus per presentes, quod sub anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio feria tercia ante diem beate Marie Magdalene in loco solito celebracionis capituli dicte maioris ecclesie herbipolensis capitulum facientes, et vt capitulum dictarum ecclesiarum super infrascriptis conmuniter et capitulariter congregati, discretum virum magistrum Cunradum de Hallis aduocatum curie herbipolensis, tunc presentem et mandatum procuracionis subscripte in se sponte a nobis omnibus suscipientem, nostrum procuratorem constituimus ad protestandum nomine et vice omnium nostrum necnon ecclesiarum predictarum et episcopatus herbipolensis exnunc vacantis, quod reuerenciam et honorem quos magnifico viro domino Ludowico pro Romanorum jmperatore se gerenti impendere et exhibere conmuniter decreuimus, scilicet in suscipiendo eum processionaliter cum reliquiis dictarum ecclesiarum in proximo eius aduentu ad ciuitatem herbipolensem qui diuis romanis jmperatoribus impendi a retro temporibus consueuerunt, seu in quocumque alio actu seu actibus siquem actum vel siquos actus nos vel ex nobis aliquem contingat circa eundem dominum Ludowicum inposterum exercere, per quem actum vel per quos actus status ipsius quo ad regni vel jmperij administracionem approbari aliqualiter videretur vel presumeretur, non intendimus facere impendere vel exercere liberaliter, sed conpulsi et inducti per talem metum qui merito potest cadere in constantes viros eo quod conminaciones graues et multiplices facit et fecit (vt fidedignis relacionibus accepimus) de subuersione omnimoda et destructione bonorum et possessionum dictarum trium ecclesiarum si per nos modo quo prescribitur non suscipitur reuerenter, ratum et gratum habituri quidquid per dictum procuratorem nostrum in huiusmodi protestacionibus et aliis circa eas oportunis seu necessariis procuratum fuerit siue factum.

Jn premissorum quoque euidens testimonium sigilla dictorum capitulorum nostrorum presentibus sunt appensa.

Datum et actum Herbipoli, anno domini et die supratactis.

[illegible]

I.

In nomine domini amen.

Per hoc presens publicum instrumentum pateat vniuersis, qui [illegible] a natiuitate domini millesimo trecentesimo [illegible] indictione prima, die vigesima mensis julij, circa horam eiusdem diei nonam, discretus vir, magister Cunradus de Hallis advocatus curie herbipolensis, procurator honorabilium virorum dominorum maioris, sancti Johannis in Hauge, sancti Johannis Nouimonasterij, ecclesiarum herbipolensium, decanorum et capitulorum nomine procuratorio et pro ipsis et earum ecclesiis iandictis ac episcopatu herbipolensi ex[illegible] vocante ad infrascripta specialiter constitutus, prout per quoddam instrumentum sigillis dictorum capitulorum sigillatum vt dicitur patere clare poterit et constare, in presencia mei notarij et testium infrascriptorum quasdam protestaciones fecit et in scriptis legit per omnia in hunc modum.

Ego magister Cunradus de Hallis, advocatus curie herbipolensis, procurator honorabilium virorum dominorum maioris, sancti Johannis in Hauge, et sancti Johannis Nouimonasterij decanorum et capitulorum ecclesiarum herbipolensium nomine procuratorio et pro ipsis ad vniuersorum quorum interest vel interesse deduco noticiam per presentes, quod magnificus vir dominus Ludowicus, pro Romanorum imperatore se gerens, multiplicibus et grauibus comminacionibus de subuersione municionum episcopatus herbipolensis in presenti pastore carentis necnon possessionum et aliorum bonorum dictarum ecclesiarum inuasione et occupacione violenta corda dictorum dominorum meorum concuciens et perturbans, intendit

omnimode dictos dominos meos conpellere ad occurrendum sibi processionaliter — eo ad ciuitatem herbipolensem in proximo venturo — sollempnitate qua jmperatores romani jmperij actenus recipi consueuerunt.

Dicti igitur domini mei in hac perplexitate tuciorem viam eligentes, maxime vt episcopatus et ecclesie pretacti dicti episcopatus vacacionis tempore illesi et incolumes conseruentur, decreuerunt vnanimiter dicto domino sic occurrere, et eum suscipere reuerenter.

Super cuius recepcionis vel suscepcionis actu et quibuscumque aliis actibus infratactis ego procurator predictus nomine procuratorio et pro ipsis protestor in hiis scriptis, quod dicti domini mei omnes et singuli huiusmodi suscepcionem et actum quemcumque seu actus quoscumque, siquem vel siquos circa eundem dominum Ludowicum inposterum facient, seu aliquis ipsorum faciet, per quem actum vel per quos actus statum ipsius quo ad regni vel jmperij administracionem aliqualiter viderentur vel presumerentur approbare, facient non liberaliter, sed conpulsi et extorti per vim et metum qui potest cadere in constantes viros, necnon propter timorem euidenter inminentem perdicionis corporum et rerum suarum ac destructionis episcopatus et omnium ecclesiarum ciuitatis et diocesis predictorum, et non in contemptum clauium ecclesie ac eciam processuum editorum et promulgatorum per sedem apostolicam contra ipsum, protestans insuper nomine quo supra quod propter predictam processionem aut alios actus quoscumque de quibus premittitur per dictos dominos meos aut quemlibet eorum in posterum vt premittitur exercendos dicti domini mei et quilibet ipsorum et ego procurator nomine procuratorio pro ipsis ipsum non magis pro rege aut inperatore habere intendunt et ego intendo quam vt antea quoquomodo.

Actum anno indictione mense die et hora premissis, in ciuitate Herbipoli, in loco solito celebracionis capituli prefate ecclesie herbipolensis; presentibus discretis viris Johanne de Meckemul et Heinrico dicto de Katzenwighus sacerdotibus, vicariis sepedicte ecclesie herbipolensis, vocatis ad hoc pro testibus specialiter et rogatis.

Et ego Theodericus Alberti de Erfordia clericus maguntinensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis protestacionibus et aliis dum vt predicitur agerentur et legerentur vna cum prenominatis testibus presens interfui, easque et ea fieri audiui, et de hiis presens instrumentum propria manu conscripsi, in hanc publicam formam redegi, meoque signo solito signaui, requisitus desuper et rogatus.

Alterum hujus documenti exemplar exstat, quod officialis curiae herbipolensis „anno domini millesimo CCC° XXX quinto, sabbato proximo post diem sancti Nycolay confessoris et episcopi" transscripsit et officialitatis sigillo fascia de litterarum ipsarum membrana confecta suspenso munivit, qui se nostrum „originale illius copiae sive instrumentum publicum per manus magistri Theoderici felicis recordationis notarii praenotati scriptum suo solito sub signo legisse et vidisse" recognoscit.

CCXLI.

1333, die 6. augusti.

Electionis Ottonis dicti Wolfeskel episcopi herbipolensis decretum.

In nomine domini amen.

Reuerendo in Christo patri ac domino domino Baldewino archiepiscopo treuerensi, prouisori ecclesie maguntine, aut

honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano et capitulo maguntino eorumve vices in spiritualibus et temporalibus gerentibus seu gerenti suis dominis graciosis Heinricus de Reinstein senior presbiter et archidyaconus, Heinricus de Wechmar subdyaconus, Otto de Wechmar subdyaconus, Heinricus de Reinstein junior dyaconus et archidyaconus, Wolframus pincerna de Rosseberg dyaconus et thesaurarius, et Theodericus de Maspach dyaconus et cantor, herbipolensis ecclesie canonici, reuerenciam tam debitam quam deuotam.

Cum propter vacacionem diutinam ecclesie pastorum solaciis destitute grauia in spiritualibus et temporalibus dispendia paciantur, sacrorum conditores canonum prouide censuerunt vt vltra tres menses vacare non debeant ecclesie kathedrales.

Defuncto igitur sub anno presenti, videlicet anno domini millesimo trecentesimo tricesimo tercio, pridie nonas mensis jvlij, bone memorie domino Wolframo quondam episcopo herbipolensi, jpsiusque corpore cum reuerencia tradito ecclesiastice sepulture, ne ipsa ecclesia viduitatis sue incomoda diucius deploraret, fuit a presentibus omnibus feria sexta post festum assumpcionis beate Marie virginis gloriose cum continuacione sequencium concorditer assignata pro termino ad electionem futuri pontificis celebrandam.

Nobis autem vna cum . . decano et aliis omnibus presentibus tercio kalendas augusti, hoc est tricesima die dicti mensis jvlij, in capitulo ecclesie herbipolensis conuenientibus qui debuerunt voluerunt et potuerunt comode interesse, predictus terminus — qui feria sexta post dictum assumpcionis festum fuisse debuerat — per nos et ipsos omnes presentes reuocatus fuerat et mutatus, necnon predicta tricesima dies mensis jvlij tunc presens cum continuacione sequencium statuta fuerat a nobis et aliis omnibus presentibus conmuniter pro termino ad electionem futuri episcopi celebrandam.

Tandem deliberacione prehabita super eo placuit nobis et ipsis omnibus et singulis presentibus per formam scrutinij ipsi ecclesie prouidere.

Vnde tres de ipso collegio fidedigni, videlicet domini Heinricus de Reinstein jvnior predictus, Lupoldus de Bebenburg, archidyaconi, et prefatus Theodericus cantor ecclesie herbipolensis, concorditer assumpti fuerunt, quibus data fuit potestas vt secreto ac sigillatim vota cunctorum (primo tamen sua, et postmodum aliorum de capitulo) exquirerent diligenter, et eis in scriptis redactis mox in conmuni eadem publicarent.

Scrutatores autem ipsi, potestatem sibi traditam acceptantes, et ad vnum angulum predicti capituli se trahentes, secrete et sigillatim inquisiuerunt diligenter, sicut nobis postmodum retulerunt, primo adinuicem vota sua, et postmodum nostra et aliorum omnium, prout a nobis et aliis omnibus presentibus habuerant in mandatis, jpsisque in scriptis redactis mox in conmuni eadem publicarunt.

Quibus publicatis, et collacione numeri ad numerum zeli ad zelum et meriti ad meritum subsecuta, repertum extitit, nos facientes reuera partem ipsius capituli saniorem et maiorem saltem iurisfictione vota nostra in scrutinio direxisse in dominum Ottonem dictum Wolfeskel, dyaconum canonicum et archidyaconum ecclesie herbipolensis, virum vtique natura prudentem et industrem veracem constantem prouidum et discretum, litterarum sciencia vita et moribus merito conmendandum, ymmo eciam iustum quia equum, decentem quia honestum, et expedientem quia vtilem, jn dyaconatus ordine et etate legitima constitutum, ac de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum.

Quem de mandato nostro Theodericus cantor predictus vice sua et nostra nobisque presentibus elegit sollempniter in hunc modum.

Jn nomine domini amen.

Ego Theodericus cantor ecclesie herbipolensis, sancti spiritus gracia inuocata, cum appareat ex publicacione scrutinij et collacione habita, me cantorem, Heinricum de Reinstein seniorem archidyaconum, Heinricum de Wechmar, Ottonem de Wechmar, subdyaconos

et canonicos, Heinricum de Reinstein juniorem archidyaconum, et Wolframum pincernam de Rosseberg thesaurarium, dicte ecclesie herbipolensis canonicos, in Ottonem dictum Wolfeskel, ipsius ecclesie herbipolensis canonicum dyaconum et archidyaconum, consensisse eligendum in episcopum et pastorem ecclesie herbipolensis, vice mea et predictorum concanonicorum meorum mandato michi per eosdem ad hoc tradito eligo in hiis scriptis predictum Ottonem archidyaconum in episcopum et pastorem ecclesie herbipolensis jn nomine patris et filij et spiritus sancti amen.

Dictam vero electionem sic sollempniter celebratam approbauimus, gratamque habuimus et acceptam, ac deinde „te deum laudamus“ sollempniter decantantes, dictum electum nostrum in dicta ecclesia herbipolensi intronizauimus iuxta morem, et confestim electionem ipsam clero et populo per discretum virum Hartungum presbiterum et viceplebanum parrochialis ecclesie herbipolensis fecimus publicari.

Postmodum vero electione huiusmodi dicto electo nostro per nos infra tempus debitum presentata, et petito ab eo vt suum preberet eidem assensum, jpse tandem — nolens diuine resistere voluntati — infra tempus a jure statutum annuit votis nostris, electioni consenciens de se facte.

Ea propter reuerende dominacioni vestre tam deuote quam humiliter supplicamus, quatenus electionem eandem sic sollempniter sic canonice celebratam dignemini confirmare, ac eidem electo munus consecracionis fauorabiliter inpartiri, vt deo auctore nobis ecclesie ciuitati et toti diocesi herbipolensi velud pastor ydoneus preesse vtiliter valeat et prodesse, nosque ac alij eius subditi sub ipsius regimine possimus coram deo salubriter militare.

Ceterum vt vestra dominacio reuerenda congnoscat euidencius, vota nostra in predictis omnibus et singulis concordasse, ac in peticione huiusmodi nos existere vnanimes et concordes, presens electionis nostre decretum dominacioni vestre transmittimus reuerende, iuxta statuta canonica roboratum nichilominus et subscriptum, quod eciam ad maiorem cautelam per infrascriptum tabellionem in formam publicam redigi fecimus et sigillis nostris propriis sigillari.

Ego Heinricus de Reinsteyn senior prespiter, canonicus et archidyaconus ecclesie herbipolensis, premissis omnibus consensi, et per magistrum Michahelem clericum herbipolensis curie aduocatum huic decreto subscribi feci, quia scribere propter trepidacionem manuum non valebam.

Ego Theodricus de Maspach dyaconus, canonicus et cantor ecclesie herbipolensis, vnus de scrutatoribus supradictis, predictis omnibus interfui, et in dictum dominum Ottonem archidyaconum consensi, ac ipsum vice mea et aliorum quinque predictorum (vt est dictum) elegi, et huic decreto subscripsi propria mea manu.

Ego Wolframus pincerna de Rosseberg dyaconus, canonicus et thesaurarius ecclesie herbipolensis, premissis omnibus consensi, et per magistrum Michahelem clericum herbipolensis curie aduocatum huic decreto subscribi feci, quia scribere nesciebam.

Ego Heinricus de Reinsteyn junior dyaconus, canonicus et archidyaconus ecclesie herbipolensis, vnus de scrutatoribus supradictis, predictis omnibus interfui, et in predictum dominum Ottonem archidyaconum consensi, ac per magistrum Michahelem clericum herbipolensis curie aduocatum huic decreto subscribi feci, quia scribere nesciebam.

Ego Heinricus de Wechmar, subdyaconus et canonicus ecclesie herbipolensis, premissis omnibus consensi, et per

magistrum Michahelem clericum herbipolensis curie aduocatum huic decreto subscribi feci, quia propter dolorem manuum scribere non valebam.

Ego Otto de Wechmar, subdyaconus et canonicus ecclesie herbipolensis, premissis omnibus consensi, et per magistrum Michahelem clericum herbipolensis curie aduocatum huic decreto subscribi feci, quia scribere nesciebam.

Actum et datum sub anno domini millesimo trecentesimo tricesimotercio, jndictione prima, octauo jdus mensis augusti, hoc est sexta eiusdem mensis die, jn ciuitate herbipolensi; presentibus discretis viris magistro Hartmudo de Jngelfingen aduocato curie herbipolensis, Johanne de Augusta, Ruckero de Jngelfingen, Heinrico de Gotha, clericis, ad premissa vocatis pro testibus specialiter et rogatis.

Theodericus Alberti de Erfordia clericus maguntinae dioecesis publicus imperiali auctoritate notarius de mandato dominorum Heinrici de Reinstein senioris archidiaconi, Heinrici de Wechmar, Ottonis de Wechmar, Heinrici de Reinstein junioris archidiaconi, Wolframi pincernae de Rosseberg thesaurarii, et Theoderici de Maspach cantoris, canonicorum herbipolensis ecclesiae, praedictorum, praesens electionis decretum manu sua conscripsit, praeter quam subscriptiones praecedentes, et in hanc publicam formam redegit, dictorumque dominorum subscriptionibus praemissis anno mense indictione die et loco praetactis una cum testibus praenominatis praesens interfuit, easque sic fieri vidit. Jdeo hoc instrumentum signavit solito suo signo, requisitus desuper et rogatus.

Sex quorum mentio facta est sigillorum fasciis membranaceis ex hoc documento, quod Stumpf in operis cui titulus est „Denkwürdigkeiten der teutschen besonders fränkischen Geschichte“ fasc. II pag. 126 publici juris fecit, quondam suspensorum non nisi fragmenta restant.

CCXLII.

1333, die 17. decembris.

Ludovici imperatoris litterae de subsidio a judaeis dioecesis herbipolensis — non nisi wirziburgensibus et rotenburgensibus exceptis — exigendo Hermanno electo et confirmato ecclesiae herbipolensis missae.

Ludowicus dei gracia Romanorum jmperator semper augustus venerabili Hermanno electo et confirmato ecclesie herbipolensis principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Noscat tua sinceritas, quod habito maturo consilio deliberauimus habere subsidium et seruicium a judeis omnium ciuitatum tue dyocesis, siue sint tue vel aliorum dominorum, judeis herbipolensibus et rotenburgensibus solummodo pretermissis. Et hanc imposituram et collectam tibi conmittimus quamprimum poteris comportandam in hunc modum, quod in recompenssam arbitrij nostri inter te et honorabilem virum Ottonem dictum Wolfskel facti ad dispendium et dampnum tuum honerosum tu nomine ecclesie tue duas partes predicte collecte recipere debes et poteris, terciam vero partem nobis ad hospitem nostrum diuitem Chunradum in Nurnberg tribuas et asignes.

Scripsimus eciam omnibus nobilibus tue dyocesis quod in hoc tibi pareant et intendant.

Datum Nurnberg, feria sexta ante Thome, regni nostri anno vicesimo, jmperij vero sexto.

Ludovici imperatoris secretum cera rubra exteriori harum litterarum — quas Stumpf in operis cui titulus est „Denkwürdigkeiten der teutschen besonders fränkischen Geschichte“ fasc. I pag. 140 publici juris fecit — parti impressum periit.

CCXLIII.

1333, die 23. decembris.

Wirzburgs erwählter und bestätigter Hermann verpflichtet sich zur Zahlung von 400 Pfund Häller an den Domherrn Otto von Wolfeskele, dem Graf Bertold von Hennenberg die Feste Meyenberg zu Pfand gesetzt.

Wir Herman von gotis gnadin bischoff erwelter vnd bestetigter tzu Wirtzburg bekennen offinlich an disem brife allen den die yn sehin horin oder lesin, daz wir den ediln man grafe Bertoldin von Hennenberg vnsern liben frunt lösen sullen vnd gelobin tzü losin mit gütin truwin angeuerde vnd an allen sinen schaden vür vierhundert phunt heller gutir vnd gebir, da für er dem erbirn manne Ottin dem Wolfiskele, vnserm tumherre von Wirtziburg, jn hat gesatzet tzü phande daz hus tzü Meyenberg mit virtzig phunden jerliches geltes, vbir daz da mit man die selbin vestin tzü Meyenberg kosten vnd halden sol, also bescheidenlichin daz wir die vorgenantin virhundert phunt heller dem egenantin Wolfeskele richten sollen vnd betzalen von vnse frauwin tage lichtwihe der erste kumet vbir ein iar. Wer abir daz von vns vbirfaren wurde daz wir die selbin virhundert phunt heller nicht betzalten vnd richten off die friste vnd off die tzit als vorgeschriben stet, so mag vns der vorgenante graue Bertolde von Hennenberg oder sine erbin phandin mit vnserm gutin willen vnd worte für heubtgut vnd schadin den er oder sin erbin von vorgenantin geldis wegin enphangin hat.

Und des tzü vrkunde gebin wir disen brif vorsigelt mit vnserm jngesigel, der gegebin ist off vnser frauwenberge tzü Wirtziburg, am donerstage nach sante Tomas tage, do man tzalte nach Cristus geburte drutzehinhundert iare vnd in dem drü vnd drissigistem iare.

requisiti per eos (vel vno eorum absente per alium presentem) sub eodem iuramento exhibeant tribuant et tradant dictas obuenciones et emolimenta integre vel in parte prout ipsis vel eorum alteri presenti visum fuerit opus esse ad supportandum onera exspensarum et ad prosequendum dictas appellaciones opposiciones et defensiones a dictis grauaminibus per easdem personas singulares grauatas et collegia sev capitula grauata taliter vt premittitur interiectas, adiecto tamen illo moderamine quod dicti duo depositarii vel alter eorum vt premittitur cum opus fuerit dictis sic grauatis sev grauato requisiti de dicta pecunia per ipsos recepta et apud ipsos vt premittitur deposita tribuant ad prosecucionem huiusmodi appellacionum opposicionum et defensionum grauaminum pretactorum in tantum in quantum pro exspensis necessariis et moderatis pro nunciis . . notariis . . aduocatis . . procuratoribus et aliis omnibus incumbentibus cause huiusmodi requiruntur.

Sane si ex aliis causis contingat, prelatos ecclesias et monasteria pretacta sev singulares personas earumdem quibuscumque processibus super aliis factis aut negociis quibuslibet presens negocium (scilicet electionis et confirmacionis nostre ac adherencie et earum sequelas) non contingentibus auctoritate sedis apostolice in judicio vel extra judicium molestari quomodolibet vel grauari, ad remouendum huiusmodi grauamina et ad obuiandum eis per vias appellacionis defensionis et opposicionis ac quecumque alia juris remedia pro conseruacione suorum jurium sibi inuicem adherere tenebuntur, et iuxta consuetudinem ecclesiarum monasteriorum et capitulorum predictorum succurrere exspensis eorum conmunibus tenebuntur, dictas appellaciones opposiciones defensiones vt infra sequitur exspensis ipsorum conmunibus prosequentes, sic videlicet quod quelibet ecclesia et quodlibet collegium suum canonicum vicarium sev religiosum grauatum sev grauandos vt premittitur conmunibus sumptibus et exspensis canonicorum vicariorum sev religiosorum dicte ecclesie et monasterii in qua canonicus vicarius sev religiosus existit in omnem litis euentum vsque ad finem litis defendere tenebitur incessanter. Quibus quidem appellacionibus oppo-

obuiandum quoque in tempore dictis grauaminibus in quantum nobis est possibile, deliberacione super eo prehabita diligenti cum venerabilibus viris . . prelatis capitulis et conuentibus herbipolensibus, prouisioni huiusmodi per veri suppressionem et falsi suggestionem ac alias praua insinuacione obtenta sev obtinenda et processibus predictis nos pro conseruacione juris nostri et ecclesie nostre necnon ecclesiarum monasteriorum ac singularium personarum earumdem omniumque ecclesiasticarum personarum ciuitatis et dyocesis herbipolensis opponere decreuimus omnibus viis et modis competentibus quibus nobis visum fuerit exspedire, et ad id nos astringimus firmiter per presentes, sic videlicet quod per remedium appellacionis interponende ad sedem apostolicam et vbi alias exspedire videbitur et alia quecumque juris et facti suffragia pro nobis ecclesiis monasteriis et collegiis supradictis et pro personis omnibus et singulis eorundem dicte dyocesis et ciuitatis herbipolensis nobis adherentibus sev adherere volentibus in dicto negocio in futurum spiritualiter et temporaliter prout tunc opus fuerit firmiter et efficaciter opponemus, huiusmodi appellaciones opposiciones et defensiones prosequentes pro nobis et pretactis ecclesiis monasteriis et personis eorumdem tam contra processus apostolicos ac eciam ipsius prouisi vel prouidendi coniunctim vel diuisim sev executorum vel subexecutorum processuum eorumdem factos sev in posterum faciendos nostris sumptibus et expensis.

Et pro maiori securitate huiusmodi exspensarum per nos vt premittitur prestandarum emolimenta et obuenciones juris dicti vngelt ciuitatis nostre herbipolensis ac consistorii nostri herbipolensis dicti ad rufam januam ad estimacionem et disposicionem capituli ecclesie nostre predicte duobus viris ydoneis de dicto capitulo ad hoc per ipsum capitulum deputandis assignabimus et assignari ac presentari mandabimus per collectores obuencionum et emolimentorum predictorum. Qui . . collectores per spirituale et corporale juramentum ad hoc per eos dictis duobus depositariis a capitulo vt premittitur deputandis prestandum ex nostro iussu specialiter tenebuntur, sic quod iidem collectores dictis depositariis

aliorum nobilium vt premittitur vt ecclesias monasteria singulares personas earundem . . plebanos et quoslibet clericos locorum nostre dyocesis nobis vt premittitur adherentes sev adherere volentes in dominiis et eorum districtibus sev viciniis conmorantes grauatos quomodolibet vel grauandos a quibusuis personis quocumque modo in judicio vel extra judicium spiritualiter vel temporaliter in rebus vel persona beneficiis dignitatibus vel officiis directe vel indirecte publice vel occulte occasione huiusmodi negocii inducere efficaciter, vt taliter grauatos seu grauandos fideliter protegant ab huiusmodi grauaminibus et defendant.

Jtem volumus et ordinamus, quod . . officialis curie nostre ad cuius hoc spectat officium qui pro tempore fuerit statuta synodalia et prouincialia cum requisitus fuerit debite execucioni demandet.

Jtem de consensu vnanimi et voluntate . . prelatorum . . capitulorum et conuentuum predictorum mandauimus et ordinamus irrefragabiliter obseruandum, quod . . prelati capitula et conuentus predicti et persone singule eorundem cetereque persone ecclesiastice ciuitatis et dyocesis herbipolensis nulla mandata sub quouis tenore a quocumque prolata aut proferenda dictum negocium electionis et confirmacionis aut eius sequelas tangencia aut ipsis preiudicialia recipiant exequantur vel pareant quoquomodo, nisi prius per . . officialem curie nostre herbipolensis examinate fuerint, prout in aliis mandatis nostris plenius continetur. Ymmo in appellacionibus opposicionibus et defensionibus per nos vt premittitur interponendis sev per alias quascumque personas nobis adherentes firmiter nobis ac sibi inuicem adhereant et intendant. Quod si secus factum fuerit per . . prelatos capitula conuentus vel singulares personas de quibus predicitur in recepcione execucione paricione processuum eorundem ac in non adherendo appellacionibus opposicionibus et defensionibus vt premittitur interpositis et interponendis, vel ab adhesione huiusmodi per eos facta recesserint vel destiterint quoquomodo, extunc ijdem huiusmodi mandati nostri transgressores a percepcione fructuum prebendarum suarum necnon quorumcumque

beneficiorum suorum que habent et optinent in dictis ecclesiis et monasteriis noscant presentibus se suspensos. Et . . abbates sev . . priores monasteriorum necnon . . decani ecclesiarum ex nostro speciali mandato sub pena premissa suspensiones prebendarum et beneficiorum huiusmodi absque more dispendio exequantur. Et nichilominus in euentum inobediencie dictorum transgressorum huiusmodi nostri mandati jn toto vel in parte de consilio capituli vel maioris partis ecclesie nostre successu temporis ad priuacionem dignitatum personatuum officiorum et beneficiorum quorumliuet que in dictis ecclesiis et monasteriis obtinent firmiter procedemus, jpsos ad eadem vel similia in posterum nullo modo admissuri.

Nos vero Hermanus pretactus omnia et singula premissa jurauimus ad sancta dei ewangelia in loco solito celebracionis capituli dicte ecclesie nostre, presentibus . . prelatis . . et capitulis predictis, omnia et singula premissa nos velle manutenere et inuiolabiliter obseruare, nec contra ea vel aliquid eorum venire aliquo ingenio studio vel cautela, aut contrauenienti dare consilium auxilium vel fauorem, nec eciam a quocumque superiore per nos alium vel alios petere dispensacionem seu relaxacionem dicti juramenti, aut relaxacione sev dispensacione eiusdem juramenti a quocumque hominum impetratis nos in posterum velle vti quoquomodo.

Nos quoque . . prelati capitula et conuentus prelibati et singulares persone eorundem recognoscimus, omnia et singula premissa de voluntate et consensu omnium nostrum certitudinaliter procesisse, et jurauimus ad sancta dei ewangelia per nos corporaliter manutacta, omnia et singula predicta nos velle inuiolabiliter obseruare, nec a quouis superiore huiusmodi juramenti sev juramentorum dispensacionem sev relaxacionem petere, et ab alio sev aliis impetratam sev inpetrandam relaxacionem sev dispensacionem recipere, aut dictis dispensacionibus vel relaxacionibus vt premittitur inpetratis seu inpetrandis vti quomodolibet in futurum.

Jtem, licet romanus pontifex locum dei in terris teneat, tamen

modi grauamina, cum ipsi arbitratores de huiusmodi grauaminibus fuerint summarie informati. Ad quorum grauaminum inuestigacionem ac indagacionem ac nostre persone requisicionem vt premittitur sub juramentis per eos prestitis capitulis suis dicti arbitratores similiter tenebuntur. Et nichilominus, si post requisicionem huiusmodi et nostram responsionem subsecutam in premissis inueniremur neglientes vel remissi, prefati arbitratores presentes vel maior pars eorundem presencium secundum quod tunc qualitas et quantitas dictorum grauaminum exegerit prelibatam vnionem jn toto vel in parte prout eis exspedire videbitur sub pretactis juramentis potestatem habeant omnimodam dissoluere et rescindere in omnem euentum, nostra contradictione qualibet postergata. Quam dissolucionem et rescisionem in nos nomine specialis pene in hoc negocio elegimus per presentes.

Nos quoque Hermannus electus et confirmatus predictus publice recognoscimus, in euidens testimonium atque robur premissorum sigillum nostrum presentibus appendisse. Nos vero . . decani . . et capitula maioris, sancti Johannis in Hauge, sancti Johannis Nouimonasterii ecclesiarum herbipolensium recognoscimus et palam profitemur, sigilla nostra (videlicet capitulorum pretactorum) presentibus fore appensa ex certa nostra sciencia atque iussu in testimonium premissorum. Nos eciam Sifridus sancti Burkardi, et Fridericus sancti Stephani monasteriorum abbates ordinis sancti Benedicti vna cum conuentibus nostris similiter recognoscimus, omnia et singula predicta vt premittitur esse vera, et in testimonium premissorum atque plenam roboris firmitatem sigilla nostra (videlicet . . abbatum et conuentuum predictorum) nos presentibus appendisse.

Datum et actum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, sabbato ante dominicam qua cantatur jnuocauit.

Sigillorum quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex his litteris suspensorum pars in altero exemplari plus minus laesa est et pars omnino interiit, in altero non nisi fragmenta supersunt.

lib vnd ir gůt dar fůr schirment. Daz wollen wir vnd gebieten euch bi vnsern hulden mit gantzem ernste.

Daz alle dise genade vnd vriheit von vns vnd von dem ryche also stete gantze vnd vnueruandelt be liebe, so geben wir dem vorbeschriben byschof Herman sinen nachkomen vnd dem gestifte vnd a'ch den juden zů Wirtzburg versigelt mit vnserm keyserlichen jnsigel zů einem gezugnusse vnd zů einer bestetigunge euwiclich gentzlich vnd gar aller dirre vorbeschriben dinge disen brief, der geben ist zů Nůrenberg, an dynstag nach der osterwochen, do man zalt von Cristes geburt druzehen hundert jar darnach in dem vierdem vnd drizzigosten jare, jn dem zweintzigostem jar vnsers riches, vnd in dem sybenden des keysertůmes.

Hoc diploma ad fidem litterarum ab officiali vor der roten ture zu Wirtzeburg exhibitarum ejusque sigillo fascia membranacea suspenso munitarum edidimus, qui „mit des hochgeborn vnd durchluchtigen fursten vnd herren cheyser Ludwiges hangenden jnsigel disen brief gesehen vnd gelesen."

Stumpf in operis cui titulus est: „Denkwürdigkeiten der teutschen besonders fränkischen Geschichte" fasc. I pag. 141 has litteras publici juris fecit.

CCXLVI.

1334, die 17. maji.

Den edeln mannen hern Ludewige vnd hern Sybolde mynen herren von Frankenstein enpiete ich Conrad von Schenkewalt min trůwez dinest zů aller cziet.

Wizzit hern beide von Frankenstein, daz ich die lehen die ich von ů han gerne von ů hette alwege. Jst aber daz ir sie

vorkoufit mime herren von Wirczeburg, als ir mir geschriben hat, so han ich sie ouch gerne von ime, also daz ich myme jůng-herren Tyczele von Frankenstein ader andern sinen brůdern daz ich den nicht denke vore zv̊ si"nde: waz ich von yn zv̊ rechte sal han, daz wil ich gerne han.

Datum anno domini M° CCC° XXXIIII° , feria III^a post festum penthecostes, sub sigillo meo.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum plus minus laesum est.

CCXLVII.

1334, die 29. maji.

Der erwählte und bestätigte Bischof Hermann verleiht Gysen von Hůn die ihm ehedem entzogenen hochstiftischen Burglehen zu Byschofsheim wieder.

Wir Herman von gots genaden erwelter vnd bestetigter byschof zů Wirtzburg bekennen offenlichen an disem brief, daz wir geoffent haben vnd offen ǒch an disem brief Gysen von Hv̊n, Heinriches svn von Hun eins ritters, sinew burglehen zů Bỳschofsheim, die er von vns vnd von vnserm styft zů Wirtzburg zů lehen hat, der in ettlich vnser voruaren entwert heten, also daz er die fůrbaz nemen vnd niezzen sol mit allen den rehten vnd nůtzen die zů den selben lehen gehǒrnt als ez von alder vnd mit gewonheit biz her chomen vnd braht ist. Vnd sol die egenanten lehen verdienen als er durch reht sol vnd als mit gewonheit biz her komen ist. Wenn er des niht tůt, so sol man im der selben lehen niht reichen noch geben.

Dar vber zů vrkůnde geben wir disen brief, versigelt mit vnserem hangendem jnsigel, der geben zv der Nůwenstat, do man zalt von Kristus geburthe drůtzehenhundert jar darnach in dem vierden vnd drizzigistem jar, an svnntag nach vnsers herren vffert.

Sigillum Hermanni dei gratia electi et confirmati ecclesiae herbipolensis fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CCXLVIII.

1334, die 1. junii.

Mehrere frankensteinische Lehensleute bekennen sich auch als bischöflich wirzburgische.

Jch Gotze von Wylbrechterode, Cunrad sin bruder, vnde vnsis bruder Hermans kynt, Hertnid von Leynbach vnd sin erbyn, Cunrad von Ornshein, vnd Johan sin son, burgman zu Salzungin, bekennin vfliche an dissime briefe, daz di lehin di wir habin von vnsime herrin hern Luddewig vnde von hern Sybotin von Frankinstein daz wir di also gerne zu lehen habin wollin von vnsime herrin dem byschof von Werzeburg also von vnsin herrin von Frankinstein.

Dit sint die lehin Gotzin von Wylbrechterode, Cunraden siniz bruder, vnd er bruder kint: fumph huffe zu Ornshein vnd eine mullin, vnd zu Bernshein ein gut. Dit sint di lehin Hertnyden von Leinbach vnd siner erbin: vir huffe zu Rosseberg. Dit sint di lehin Cunraden von Ornshein vnd Johans sinis sons: zwo huffe zu Ornshein.

Vnde han wir ieme vnd deme stifte von Mentze da vore zů phande gesatzit vnser vesten V̊ethenheym vnde Wylre mid gerichten herscheften vnd mid alle deme daz dar zů gehorit virsucht vnd vnuirsucht wie man iz nennen mag also. Were iz sache daz wir ieme daz erste geld nich bezalten vf vnser vrowen dag alse hie vore geschrieben steit, so sal der edeleman Cunrad Schenke von Erpach ryttir burggreue zů Schauwenburg vnser neue, den wir zů eynem amptman' v̊f die zva vesten gesetzet haben, zů hant die selben zva vesten vnd waz darzů gehorit, iz sie von vi'he von armbrusten von harnasche von andern werlichen dingen vnde von husra'tde, ane den harnasch der zu vnsirme liebe gehorit, daz fumfhundird phund heller' wert sie ader me ane geuerde antworten vnd vfgeben ledekliche dem vorgenanten vnsirm herren von Triere vnd deme stifte von Mentze: vnde sal vnde mag der selbe ertzebischof oder der styft von Mentze ob er nich inwere die vesten vnde gůd stellen vnde sich der ane nemen zu alle sinen willen. Were auch daz wir die ersten achtehalbhundert phunt bezalten, vnd die andern nicht alse hie vorgeschrieben stet, so sullen wir daz erste gelt verloren ha'n: vnd darzů sullen die vorgenanten vesten vnde gut vnd waz darzů gehorit alse vorgeschrieben steit zů male viruallen sin deme egenanten vnserm herren von Triere vnd deme styfte von Mentze, vnde sal man sie ieme antworten alse hie vorgeschrieben stet, vnde sal sie der selber vnser herre von des styftis wegen von Mentze also lange ynne haben alse ander vesten vnde gud des styfts von Spire, vnde ensal keyne sunder schulde nich dar v̊f slahen in keynewis nach deme stifte von Spire vorhalden von keyner lehenschefte wegen der sich der styft von Mentze vir mizzit an der vesten zů Vthenheym, sunder man sal sie wider antwerthen ledig vnde los deme styfte zů Spire mit den andern vesten vnde guden so die los werden von deme styfte von Mentze.

Vnde ha't von vnserm geheysze vnde gebod der vorgenante Cunrad Schenke gelobit vnde gesvoren vnserm vorgenanten herren von Triere vnd dem styfte von Mentze, alle die stůcke

Vnd dez zů eyme vrkunde vnde stedekeyd han wir vnser jngesigel gehangen an diesen brief, der gegeben ist zů Aschaffenburg, an dienstdage nach sente Kylianis dag, dů man zalte nach Cristes geburthe drutzenhundird yar dar nach in dem vierden vnd driezzegestem yare.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum plus minus laesum est.

CCL.

1334, die 16. julii.

Johann Fuhse von dem Swannberge und seine Ehefrau Gůte verkaufen dem Bischofe Hermann ihren Antheil an Hallberg.

Jch Johan der Fuhse genant von dem Swannberge vnde ich Gůte sin elichew frowe bekennen offenlichen an disem brief vnd tůn kunt allen den die in sehent lesent oder hôrnt lesen, daz wir mit vereintem můt gůtem willen vnde gesameter hant fůr vns vnd alle vnser erben reht vnd redelichen verchowffet haben dem erwirdigem in got vater vnde herren vnserem herren hern Hermann bischof zů Wyrtzburg vnde sinen nachkomen allen vnsern teyle den wir hetten an dem huse vnde an der bůrge zů Hallberg vnde waz dar zů gehôret von gerihtten lehen lůten gůten wazzer weyde holtz zů dorff vnd zů velde besůchet vnd vnbesůchet wie man ez genennen mag, vmbe nůnhundert pfunt heller genger vnde geber.

Vnd geloben fůr vns vnd alle vnser erben, daz wir dem vor-

des selben stat vnde setzen. Wer ez aber daz der vorgenant Appel von Wyppuelt abgienge, so sol Hyltprant von Volkach ein edel kneht an des selben stat sin ein gemein oberman, vnd von beiden siten erwelt vnd erkorn.

Vnd dar vber zů einer merern sicherheit haben wir vnserem vorgenantem herren byschof Hermann zů Wyrtzburg vnd sinen nachkomen gesetzet dise bůrgen die her nach stent geschrieben: die vesten mann hern Andres von Tůngden, hern Chunrat von Wytolshusen, vnd hern Heinrich von Gebsedel, ritter, hern Chunrat vnd hern Arnolt von Sownsheim brůder vnd owch hern Heinrich von Sownsheim, edel kneht, also mit der bescheiden, wer ez daz wir des vorgenanten gůtes niht enwerten als vor stet geschriben vnd als reht vnd gewonlich ist, wie dann daz gůt des wir niht geweren enmohten die vorbenanten dry die wir dar vber haben erkorn oder der merer teyl vnder in schetzthen, da sůllen die egenanten bůrgen für sin behafte, vnde in varen wanne sie gemanet werdent vnd leisten in einer offene herberg zů Wirtzburg, ir ieglicher mit einem pferde, als lang biz daz dar vmb daz vorgeschriben gůt geschatzet wirdet vnserem vorgenanten herren oder sinen nachkomen gantze vnd gar bezalet werde. Wer aber daz der vorgenanten bůrgen einer oder mer in der wile ab gieng, des got niht verhenge, so sůllen wir ie einen anderen genennelichen vnd als gůten bůrgen dar nach in eins mandes vrist setzen vnd geben an des oder an der stat des oder der gebrost ist vnd abgegangen sint. Geschehe des niht, so sůllent die andern vnser bůrgen die dannoch lebent in varen wanne si gemanet werdent dar nach in den nehsten aht tagen, vnd sůllent leysten zů Wyrtzburg, ir ieglicher mit einem pferde, in einer offene herberge als owch da vor geschriben stet also lange biz daz ez geschiht.

Vnd dar vber zů einem waren vrkůnde vnd zv einer bestetikeit geben wir disen brief, mit des erberen herren . . des officials des rihtters zů der roten tůre zů Wirtzburg jnsigel, der bi disen vorbenanten sachen handlungen vnd teydingen ist gewesen,

der durch vnserer bete willen sin jnsigel hat geleit an disen brief, vnd mit mines Johannes Fuhse vorgenant jnsigel, vnd mit vnserer vorbenanten bûrgen jnsigeln besigelten. Vnd ich Gûte die Fûhsinn vorbenant, wanne ich kein eigen jnsigel han, verbinde mich mit minem vorbenanten wirte Johan Fuhse vnder den vorgenanten jnsigeln, allez daz stete zû halten zû leysten vnd zû volfûren waz vor an disem brief stet geschriben an allerhande geuerde.

Vnd wir der official rihtter zû der roten tûre zû Wirtzburg bekennen offenlichen an disem brief, daz wir durch vlizziger bete willen der vorgenanten Johansen des Fuhses genant von dem Swanneberg vnd vrowen Gûten siner elichen wirtinne die ietzû genant ist zû einem vrkûnde vnd bestetikeit aller dirre vorgeschriben dinge sache vnd handlung vnser jnsigel des gerihttes haben geleit an disen brief.

Vnd wir die vorgenanten bûrgen, Andres von Tûngden, Chunrat von Witolshusen, vnd Heinrich von Gebsedel, ritter, Chunrat vnd Arnolt von Sownsheim brûder, vnd owch Heinrich von Sownsheim bekennen, daz wir gegen vnserem vorgenantem herren hern Hermann byschof zû Wirtzeburg vnd sinen nachkomen vmb dise vorgeschriben stukke als si hie vor stent geschriben sin bûrge worden, vnd geloben als gûten bûrgen mit gûten trûwen zû leysten und zû volfûren wanne wir gemanet werden zû Wirtzburg in einer offen herberge als hie vor stet geschriben also lange biz daz gelt dar vmb die vorgenanten gût geschatzet werdent von den vorgenanten dryn mannen oder von dem merern teyl die dar vber sint erkorn vnserm offtgenanten herren oder sinen nachkomen gar vnd gentzlichen vergolten vnd berihtt werde, vnd owch biz ein ander bûrge oder ander bûrgen (an der stat) die abgegangen sint wider gesetzet werdent, als hie vor stet geschriben. Vnd des zû einem vrkûnde haben wir vnser jnsigel geleit an disen brief.

Der geben ist zû Wirtzburg, do man zalt von Kristus ge-

bůrth drůtzehenhundert jar dar nach in dem vierden vnd drizzigistem jar, an dem nehsten samtztag nach sande Margareten tag.

Octo quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa fere omnino laesa non sunt.

CCLI.

1334, die 11. augusti.

Konrad der Schenk von Erpach bewitumt seine Gemahlin Yde auf dem dem Hochstifte Wirzburg lehenbaren halben Dorfe zu Můkkenloch.

Wir Herman von gotes genaden erwelter vnd bestetigter byschof zů Wirtzburg bekennen offenlichen an disem, daz der edel man Chunrat der Schencke von Erpach vnser ôheim vor vns gewesen ist, vnd mit vnserem gůtem willen vnd verhencknůzze die erberen frowen frowen Yden sin eliche frowen gewydmet hat vnd geben zů einer rehten wydemen vierhundert pfunt heller genger gůter vnde geber heller vf dem halben dorffe zů Můkkenloch vnd waz dar zů gehôret mit holtze wazzer vnde weyde besůchet vnd vnbesůchet, daz von vns vnd von vnserem vorgenantem styftt zů Wirtzburg zů lehen get, mit sôlichen bescheidenheiten vnd versprechnůsze, wanne die vorgenant frowe Yde niht enist, so sol daz vorgeschriben gelt vf ir sŷne vallen vnd niht vf ir tôhtter.

Vnd des zů einem waren vrkůnde vnd gezůgnůsze dirre vorgeschriben dinge so geben wir disen brief, mit vnserem jnsigel besigelten, der geben ist zů Spyre, do man zalt von Kristus ge-

burth drûtzehenhundert jar dar nach in dem vierden und drizzigisten jare, an dem donerstag nach sande Laurentzen tag.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum plus minus laesum est.

CCLII.

1334. die 20. octobris.

Ludewicus et Syboto domini de Frankenstein ecclesiae herbipolensi feoda ab ipsa procedentia vendunt.

Nos Ludewicus et Syboto fratruelis iamdicti Ludewici domini de Frankenstein prope territorium dictum Salzgev jnspectoribus presencium maxime tamen hijs quorum interest seu intererit recognoscimus publice vniuersis, quod reuerendo in Christo domino nostro domino Hermanno electo et confirmato ecclesie herbipolensis ementi et recipienti pro se ac iamdicta sua ecclesia suisque successoribus vniuersis specialiter infrascripta fevda et bona inferius expressa et specificata, necnon cum hijs omnia alia et singula bona possessiones et jura quesita et inquirenda quocumque nomine censeantur, que ab ecclesia predicta in feudum procedunt, que habemus et hactenus ab ipso domino nostro et ecclesia predicta habuimus, vendidimus et tradidimus ac iusto vendicionis titulo vendimus et tradimus presentibus in hijs scriptis, pro precio trecentarum librarum hallensium, hijs terminis soluendo et tradendo: in festis beati Martini centum libras hallensium et quinquaginta, beate Walpurgis septuaginta quinque, et beati Jacobi septuaginta

quinque libras, post datam presencium proxime affuturis, renunciantes ore manu et calamo vt est moris omni juri et actioni que nobis in dictis bonis feudalibus conpetebant et conpetere videbantur. Jdemque ius et actiones in ipsum dominum nostrum emptorem suosque successores ac ecclesiam predictam transferimus libere per presentes.

Promittimus quoque bona fide, dictam vendicionem ratam et gratam tenere, et contra eam nolle venire aliquo ingenio studio vel cautela.

Bona et feoda de quibus premittitur inter alia sunt hec. Primo in inferiori Weita decem et octo mansus cum vno molendino, jtem in superiori Weita quinque mansus cum vno molendino, jtem villa Antzena cum nemore ad eandem villam pertinente, jtem Bernrode wůstenunge, jtem villa zv dem Jabrunnen, jtem villa zv dem Růsten: et hec feuda tenent et possident illi de Tanne. Jtem decima tota in Rosdorf, jtem media villa Rosseberg: et ista feuda tenet et possidet Conradus de Schenkewalt armiger. Jtem villa Byschoues, quam tenent filij Gotfridi dicti von der Kere armigeri. Jtem villa Wargershusen, quam tenet .. dictus Schulle armiger. Jtem decima in Ebenhusen, et decima in Wackenhusen, quas tenet Heinricus dictus de Boppenhusen miles. Jtem decima in Ôrlbach, quam tenet Hermannus dictus Vogt de Salzperg armiger. Jtem decima in Vtenhusen, quam tenent Boppo de Pferdisdorf armiger et Conradus dictus de Swinfurt opidanus in Munrstat. Jtem decima in Holzhusen, quam tenet Johannes de Wenkheim miles. Jtem judicium in Therenbach, ad quod pertinent triginta ville et bene ducenti homines proprij et annui redditus decem librarum hallensium, jtem in villa Beroltshusen redditus annui quatuor maldrorum siliginis quatuor auene et quatuor librarum hallensium, quod habet Berhtoldus de Saltza armiger. Jtem quinque mansus in villa Arnshusen cum vno molendino, jtem quedam certa bona in villa Bernhusen, quos tenent Gotzo de Wilbrehtrode, Conradus eius frater, et filij Hermanni fratris ipsorum. Jtem

in villa Rosseberg quatuor mansus, quos tenet Hartmudus de Leimbach armiger. Jtem in villa Arnshusen duo mansus, quos tenet Conradus de Arnshusen armiger, et Johannes filius suus. Jtem in villa dicta zu Nidernmasuelt annui redditus viginti librarum hallensium in oblegijs mansuum ac aliis in terminis eiusdem ville sitis, quos habent Dy'tricus et Bertoldus dicti Truhsezze armigeri, et Rupertus dictus von Heyne, et Fritzo dictus Truhsezze. Jtem in villa Bernshusen quidam lacus, quatuor quartalia siliginis et auene de decima, et decimam minutam ad hec pertinentem, jtem vnus mansus in villa Arnshusen, quedam certa bona in villa Bernshusen, quas et que tenent Berhtoldus de Bernshusen et sui heredes. Jtem in jnferiori Wita duo mansus, quos tenent Bertoldus Albertus et Johannes fratres dicti de Brandowe. Jtem sex mansus in villa Berlshusen, quos tenet Johannes dictus Schenke. Jtem in villa Arnshusen vnus mansus, jtem in villa Wyspach duo mansus, quos tenent dictus Johannes Schenke et Johannes dictus von der Kere. Jtem in villa Arnshusen redditus octo librarum hallensium cum vno molendino quod vocatur Harnsmul, jtem redditus vnius maldri tritici vnius maldri siliginis necnon duorum maldrorum auene, quos tenent Bertoldus et Conradus fratres dicti Vasolt. Jtem decima in villa Dydorf cum duobus mansibus ibidem, jtem in villa Vischbach tres mansus et tercia pars curie ibidem que vocatur Helwigishof, et in villa Klingese vnus mansus, que feuda tenet Johannes dictus de Butteler miles. Jtem in villa Vischbach decima, vnus mansus, vnum molendinum, vna piscina in flumine Veldawe, jtem nemora seu rubeta circa montes et valles eiusdem ville, que tenet Hernit dictus Vasolt armiger. Jtem in villa Orlshusen tres mansus, jtem in superiori Wisentawe vnus mansus, jtem in jnferiori Wysentawe vnus mansus, jtem in villa Werdenhusen vnus mansus cum dimidio, jtem in villa Rosseberg septem bona cum dimidio que wlgariter dicuntur lehen, jtem in villa Berlshusen decima maior et vnus mansus ibidem in loco dicto an dem kirchlehen, jtem in villa Rossedorf quolibet anno tria hospicia seu

tres herbergas qualibet vice cum decem viris armatis, et vnam curiam necnon vnum pomerium ibidem, que feuda tenent Heinricus et Dytzelo dicti de Pferdsdorf. Jtem in villa Rossedorf vnum predium, jtem redditus sex librarum hallensium, jtem pars decime ibidem, quam tenet Gerlacus de Pferdsdorf.

Et presentem contractum sigillo honorabilis viri domini officialis curie herbipolensis obtinuimus nostris precibus, et propriorum sigillorum appensionibus conmuniri fecimus, et per discretum virum Eberhardum de Zymmern publicum notarium conscribi et in publicam formam redigi mandauimus in testimonium et obseruanciam premissorum.

Testes huius rei sunt honorabiles viri: domini Eberhardus de Ry'dern decanus, Emicho de Brunecke, Ernestus de Sebech, archidiaconi dicte ecclesie; strennui milites Gotzo de Sawensheim, Conradus de Witoltshusen, Heinricus dictus Eckelin, Engilhardus dictus Vende; et plures alij fidedigni vocati ad hec pro testibus et rogati.

Datum anno domini M°. CCC°. XXX quarto, feria quinta proxima post diem sancti Galli.

Eberhardus de Zymmern dictus de Aschaffenburg maguntinae dioecesis, publicus imperiali auctoritate notarius, praemissis per omnia ut praemittitur praesens fuit, eaque vidit fieri et audivit, et hoc instrumentum propia manu conscripsit et in hanc publicam formam redegit, suoque signo solito signavit rogatus.

Sigilla tria quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa fere omnino integra sunt.

Quae modo sub num. CCLIII pag. 542 sequentur litterae, die 21 mensis octobris exhibitae, huc conferri poterunt.

[illegible]

CCXIII.

[illegible]

Lodwig und Sybote von Frankenstein entbinden die Mönche [illegible] an das Hochstift verkauften Leben der ihnen geleisteten Hilfe.

Wir Lodwig vnd Sybote von Frankenstein bekennen [illegible] offentlich an disem brive vnd dim kunt allen den di in sehent [illegible] horent lesen, das wir alle di manleben di wir von dem [illegible] Wirtzburg hetten haben rethe vnd redelich verkauft dem [illegible] wirtigen in gute herren vnd vather hern Hermann dem bischof [illegible] Wirtzburg vnd sinen nachkumen vmb drohundert pant [illegible] genger vnd geber, als di brive sprechen di wir von [illegible] der vber haben gegeben.

Dos sagen wir alle vnser man di di selben leben von [illegible] bis her gehabt han ires eides vnd ire manschaft ledig, und [illegible] si das si di selben leben von dem vorgenanten herren Hermann [illegible] vnd sinen nach kumen empfahen als von iren rethen herren, [illegible] als iren rethen herren furbas von den leben tun vnd gewarten [illegible] si von rethe vnd billiche tun sollen.

Vnd dirre dinge zu eime vrkunde haben wir disen brif [illegible] vnsern hangenden ingesigeln besigelt, der geben ist da [illegible]

Sigilla duo quorum mentio facta est fasciis membranaceis ex hac carta suspensa plus minus laesa sunt.

Documenta quorum mentio facta est huc spectantia, die 17 mensis maji necnon die 1 mensis junii necnon die 20 mensis octobris exhibita, supra sub num. CCXLVI et CCXLVIII et CCLII pag. 527 et 528 necnon pag. 529 et et 530 necnon pag. 538—541 edidimus.

CCLIV.

1334, die 29. octobris.

Jn officialis curiae herbipolensis constituti praesentia strennui viri Heinricus de Sauwensheim dictus de Kottenheim miles et . . Arnoldus de Sauwensheim gener Juttae dictae Heuberyn civis herbipolensis recognoverunt publice, se fidejussisse apud honorabiles viros decanum et capitulum ecclesiae Novi monasterii et eorum ecclesiam in locum quondam Friderici dicti Zolner de Wyelantzheim militis et Conradi de Randersacker armigeri pro warandia facienda et evictione cavenda nec non pro solutione annuae pensionis quadraginta maldrorum siliginis boni grani apud Johannem de Espenfelt canonicum dictae ecclesiae et Hiltebrandum fratrem ejus justo emtionis titulo comparatorum, prout in instrumento desuper confecto et sigillo officialitatis curiae herbipolensis sigillato plenius continetur, sub omnibus modis poenis pactis et conditionibus in eodem instrumento contentis desuper et expressis.

Datum anno domini M°. CCC°. XXX quarto, in crastino beatorum Simonis et Judae apostolorum.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta quondam suspensum abscissum est.

CCLV.

1334, die 29. novembris.

Theodericus de Maspach cantor ecclesiae herbipolensis majoris, videns et considerans labores diligentiam frequentiamque scolarium qui consortiales dicuntur, quos scilicet labores in horis canonicis legendo et cantando in jam dicta ecclesia perficiendis jam diu modicas per expensas sustinuerunt et adhuc sustinent, eorundem scolarium expensas et victum quos proinde recipiunt de propriis ipsius rebus augmentare et meliorare volens, ipsis propter deum pure et praecipue nec non ob honorem et laudem sancti Kyliani sociorumque ejus donat et dat irrevocabiliter donatione inter vivos necnon perpetua redditus annuos duodecim maldrorum siliginis mensurae herbipolensis quae solvuntur de curia et ejus pertinentiis sita in villa Geltershein, quam quondam Cunradus Reinhardi antiquus inhabitabat, volens ut eadem xij maldra siliginis annis singulis super granarium dominorum praefatae ecclesiae praesententur, et inter ipsos scolares consortiales quatuor vicibus in anno — videlicet quolibet sabbato quatuor temporum tria maldra — aequaliter dividantur.

Jn cujus rei testimonium ac perpetuam roboris firmitatem praesentes sui appensione sigilli fecit diligentius communiri.

Datum anno domini M°. CCC°. XXXIIII°., in vigilia sancti Andreae apostoli.

Theoderici de Maspach sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta quondam suspensum jam abscissum est.

CCLVI.

1334, die 29. decembris.

Die Brüder Hans und Heinrich Glyme werden hochstiftische Burgleute zu Sinne.

Jch Johans vnd Heinrich Gly'me gebrûder bekennen ôffenlich an disem gegenwertegen brîfe, daz wir dem erwirdigem in gote herren vnd vnserm herren bischôf Herman von Wirtzebûrg vnd sime stiffte vf geben vnser rethlich eigen, ein gût vnd ein hube zû Velden in dem dôrf, daz dô giltet alle jar ein malter korns vnd ander geltes drie schillinge phfenninge ge rechent, vnd dî wisen zû dem Wagenfûrtes dî da liget in der marke zû dem Mernôlfs, dî also gut ist als drîzîg phunt heller, die wir haben sullen fûr drû phûnt geltes ewicliche zu rethem burglehen*) vnd bûrgman dar vmme zu sinen zu Sinne vnd vnser einer do zû sitzen, wan wirs von vnsern herren ader sime stifte ge manet worden, vnd be kennen daz wir dar vmme haben ge nûmen von dem vorgenantem herren vnd sime stifte dry'zîg phûnt heller geber vnd genger.

Vnd daz die rede stete vnd veste sie, so han ich Johans Glyme der vor ge schriben disen brief versy'gelt mit minen jnsy'gel vnd mit jnsygel des strengen weppeners Ruprehtes von Steckelberg burgmans zû Synne. Jch Rûpreht der vorgenante bekenne, daz ich von bete der vorgenanten brûder vnd zû gezûgkenisse der vor geschrîben rede min jnsygel an disen brief han ge hangen.

*) Vocabula „zu haben“ quae in litteris sequebantur rasa sunt.

Do man zalte von gotes ge bûrte drûzehenhûnderd iar vnd jn dem fûnf vnd dry'zigistem jare, an dem dûnrstage nach deme jarstage.

Sigillorum quorum mentio facta est prius fascia de ipsarum litterarum membrana confecta, alterum fascia membranacea ex hac carta, quam regesta boica VII pag. 98 diei 5 mensis januarii anni 1335 tribuunt, suspensum est.

CCLVII.

1335, die 4. januarii.

Die Brüder Herolt unde Gôtze Fûhse verkaufen dem Hochstifte ihre Antheile an Hallberg und Eysensheim.

Wir Herolt vnde Gôtze gebrûder genant Fûhse ritter, Kûnne vnd Betze des egenanten Heroldes vnd Gôtzen der Fûhse eliche frowen, bekennen offenlichen an disem brief vnd tvn kunt allen den die in an sehent oder hôrnt lesen, daz wir mit gûtem willen wol bedahtem vnd vereintem mût vnd mit gesameter hant fûr vns vnd alle vnser erben vnuerscheidenlichen reht vnde redelichen haben verkouffet vnde vfgegeben dem erwirdigem in got vater vnd herren herren Hermann dem erweltem vnd bestetigtem byschof des styftes zû Wyrtzburg dem selben sinem styftt vnd allen sinen nachkomen alle vnser teyle die wir an dem huse vnd an der bûrge zû Hallberg vnd an dem dorffe zû Eysensheim biz her gehabt haben, vnd waz zû den beyden beide zû der selben vesten vnd ouch zû dem selben dorffe gehoret von gerihten lehen lûten gûten wazzern weyden vnd holtzen zû velde vnd zû dorffe besûchet vnd vnbesûcht wie man daz benennen mag, vnd mit namen vnser

teyl des zolles der zů der vorbenanten bůrge vnde vesten zů Hallberg gehôret vnd der bi der stat zů Volkach ist gelegen, vmbe sybentzehenhundert pfunt ane ein pfunt heller genger vnde geber.

Vnde des selben geltes hat der vorgenant vnser herre vns an bereitem gelte drůhundert pfunt heller bezalet gentzlichen vnde berihtet, vnde die vbrigen viertzehenhundert pfunde an ein pfunt heller hat der selbe vnser herre mit des capitels des vorbenanten stylftes zů Wirtzburg willen vnde verhencknůsze vns vnde vnser erben bewiset vnd beleget vf dem ampte vnd vf der gůlte der burge zů Waltberg nach der brief sage die er vnd daz vorbenant cappitel vns vnde vnseren erben dar vber habent gegeben.

Wir haben ouch für uns vnd alle vnser erben dem vorbenanten vnserem herren dem byschof sinem egenantem stylfft vnd sinen nachkomen gelobet vnd geloben ouch an disem brief in gůten trůwen, daz wir si der vorbenanten teyle der egenanten bůrge zu Halberg, des dorffes zů Eysensheim, vnd ouch des vorgenanten zolles vnde aller der rehtt gůlte vnde gůt die zů den selben teylen der vorbenanten bůrge dorffes vnd zolles gehôrent vnd die wir in reht vnd redelichen verkouffet vnd vf gegeben haben, als vor stet geschriben, sůllen weren vnd in gantze werung tůn, lehen als lehens reht ist, eygen als eygens reht ist, nach des landes reht vnde gewonheit.

Ez ist ouch besunder zwischem vnserem vorgenanten herren vnd vnser vmbe daz egenant dorf zů Eysensheim vnd des selben dorffes teyle die wir dem selben vnserm herren sinem stylft vnde sinen nachkomen an dem selben dorffe vnd daz dar zů gehôret verkouffet haben geteydinget vnde geredet, daz wir si der selben teyle vnde gůter gegen mengelichen sůllen weren. Vnd also verre als ez die erberen herren den abtte vnde den conuent des klosters zu Ebrach rûret vnde anget, sůllen wir hie zwischen sande Geôrgen tag der nů nehest kumet vnd dar nach in einem jare

vns vesticklichen vnd ernstlichen ane allez geuerde arbeiten daz der vorbenant . . abbte vnd der conuent des klosters zů Ebrach iren willen vnde verhenknůsze zů disem kauffe des vorgeschriben dorffes zu Eysensheim geben. Můgen aber wir daz hie zwischen niht geschicken vnd geuertigen, daz der vorgenant abtte mit sinem conuent dises kouffes verhengen wellen, so sůllent vns vnd vnseren erben von den vorgeschriben viertzehenhundert pfunden an ein pfunt heller vierhundert pfunt an ein pfunt heller abe gen, vnd sůllen ouch wir vnd vnser erben dem vorbenantem vnserem herren dem byschof sinem egenantem styftt vnd sinen nachkomen der aht vnde fünftzik pfunt heller gůlde vnde der hundert vnde viertzik malder korn gůlte die er vns für die vorgenanten viertzehenhundert pfunde an ein pfunt heller vf dem ampt der vorgenanten bůrge zů Waltberg vnd vf der gůlte die zů der selben bůrge gehöret bewiset hat also vil abeslahen als vil sich für dî egeschriben vier hundert pfunt an ein pfunt heller nach marzal gebůret, ie für zwelif pfunt heller ein pfunt heller geltes vnd für fünf pfunt ein malder korn gůlde, daz sich mit namen gezîchet an sechtzehen pfunt heller geltes vnd an viertzik malder korn gůlte.

Vnde dar vber zů einem waren vrkůnde vnd zů einer bestetikeit aller dirre vorgeschriben dinge geben wir disen brief, mit des erbern herren . . des officials rihtters zů der roten tůre zů Wyrtzburg jnsigel, der bi disen vorgenanten sachen handlungen vnd teydingen ist gewesen vnd der durch vnserer ernstlichen bete willen daz selbe sin jnsigel hat gehenket an disen brief, vnd mit vnserr vorbenanten Heroldes vnd Gôtzen gebrůder genant Fůhse jnsigeln besigelten. Vnde wir Kůnne vnde Betze, der egenanten Heroldes vnde Gôtzen der Fůhse elich frowen, wann wir niht eygener jnsigel haben, verbinden vns mit gůten trůwen mit vnseren vorbenanten wyrten Herolden vnd Gôtzen vnder den vorgenanten jnsigeln, allez daz stete zů halten zů leysten vnde zů vollefůren waz vor an disem brief stet geschriben an allerhande geuerde. Vnd wir Johans Dyetrich vnd Heinrich, des vorbenanten hern Heroldes des Fůhse sůne, vnd ich Elspet, des

vorgenanten Gôtzen des Fuhse tohtter, bekennen offenlich an disem brief, daz dise vorgenant teyding handlung vnd kouf mit vnserem wizzen gûtem willen vnde verhencknûsze sint geschehen. Vnd wan wir niht eygener jnsigel haben, so haben ouch wir den vorgenanten herren den official zû der roten tûre gebeten, daz er fûr vns vnd an vnserer stat des gerihttes jnsigel hencke an disen brief, vnd verbinden vns mit gûten trûwen vnuerscheidenlich fûr vns vnd vnser erben, allez daz stete zû halten vnd zû volfûren swaz vor an disem brief geschriben stet an allez geuerde. Vnd wir der official rihtter zû der roten tûre zû Wyrtzburg bekennen offenlichen an disem brief, daz wir durch flizziger vnd ernstlicher bete willen des vorgenanten hern Heroldes vnd hern Gôtzen gebrûder genant Fûhse, vnd frowen Kûnnen vnd frowen Betzen der selben gebrûder eliche frowen, Johansen Dyetriches vnd Heinrichs des egenanten hern Herolts sûne, vnd Elspeten des vorgenanten hern Gôtzen tohtter, zû einem vrkûnde vnde bestetikeit aller dirre vorgeschriben dinge sache vnd handlung vnser jnsigel des gerihtes an der roten tûre haben geleit an disen brief.

Der geben ist zû Wirtzburg do man zalt von Kristus gebûrth drûtzehenhundert jar dar nach in dem fûnften vnde drizzigistem jare, an der nehsten mitwochen vor dem obersten tag.

Tria quorum mentio facta est sigilla fasciis membranaceis ex hoc documento suspensa sunt.

CCLVIII.

1335, die 13. martii.

Officialis curiae herbipolensis litterae de juribus quae monasterio Coeliportae in villanis nemoribus atque campis villam et marchiam himmelstadienses spectantibus competunt exhibitae.

Jn domine domini amen.

Nos . . officialis curie herbipolensis recognoscimus et constare volumus per hec scripta, quod — cum religiosa domina . . abbatissa sanctimonialium monasterij Celi porte vellet disquirere de juribus condicionibus et libertatibus quas haberet monasterium in villa sua et marchia Himmelstat in villanos nemora atque campos ibidem — petiuit a nobis, vt presente persona ydonea et jurata a nobis ad hoc missa disquisicionis huiusmodi negocium ageretur, conscriptum quoque sigilli nostri munimine firmaretur.

Quo admisso igitur, et conuocatis ad mahelam . . sculteto . . centurionibus siue . . heimburgis ceterisque omnibus et singulis quorum interfuit interesse, quesitum fuit ex parte dicti monasterij publice in judicio mahele, qualiter et quomodo ac per quas personas inibi deberent et possent fieri plebiscita statuta siue einunge pro custodia fouenda quod wlgariter hegunge nuncupatur in villa nemore et campis dicte marchie in lignis et terre fructibus conseruandis, deinde que genera hominum incolarum dicte ville haberent jus et seruitutem ligna eiusdem nemoris succidendi pro sua indigencia conburenda.

Ad que singula dicti . . scultetus . . centuriones siue heimburgi ac ceteri singuli maiores quorum intererat per juramenta que fecerant dicto monasterio et per fidem quam suis naturalibus tenerentur respondentes affirmarunt.

Et primo ad primum videlicet; quod quecumque statuta et plebiscita qualicumque pena fallata super custodia conseruacione et hegunga ac einunga fructuum crescencium in villa et marchia Himmelstat ac nemoris attinentis ordinarent ex parte dicti monasterij cum rusticis habentibus in ipsa villa et marchia hûpreht lehenreht et vorwergreht, hoc ibidem habere deberet ex antiquo jure et consuetudine approbata et semper obseruata roboris firmitatem, nec minor pars posset uel deberet contradicere sèd consentire maiori, nec . . seldenarij inibi vocem contradicendi haberent nec habere deberent vel vniuersitas rusticorum quidquam per se uel

de se statuere uel ordinare non posset aut deberet super premissis absque dicti monasterij auctoritate, maxime quia singula pene bona ville et marchie predictarum jure directi dominij procedunt ab ipso.

Super lignorum quoque vsu et secacione responsum fuit et judicatum a singulis per juramenta, quod nulli liceret uel conpeteret succidere ligna et abducere dicti nemoris nisi tantum dicto monasterio et conuersis curie in Himmelstat ac personis vt predicitur hůpreht lehenreht et vorwergreht habentibus in ipsa villa, nec quisquam seldenarius hoc jus haberet uel habere deberet, nec quisquam extraneus uel extra villam et marchiam predictas residens haberet uel habere deberet hoc ius et seruitutem, licet bona uel predia haberet in eis, nisi resideret hospicio tenus in eisdem: seldenarij vero haberent tantum jus et graciam tollendi fracmenta et reliquias lignorum sequendo post dictos maiores quod wlgo dicitur nach der slage, sed hanc graciam duobus tantum diebus in ebdomoda. Nec quidquam juris stantis ligni seu arboris succidere est permissum. Verum tamen si quis seldenariorum se negligeret ex causa tollendi fracmenta uel lignorum reliquias, vt est dictum, tunc predictorum duorum centurionum seu heimburgorum et conuersorum curie monasterij ibidem pro alijs diebus huiusmodi ligna tollenda graciam jnuocabunt.

Acta sunt hec in presencia discreti viri Heinrici de Ôrengauwe scolaris, Eberhardi de Zimmern tabellionis nostri, qui Heinricus ex parte nostri fuit ad premissa (vt supradictum est) juratus specialiter et destinatus, anno domini millesimo CCC°. tricesimo quinto, feria secunda post dominicam qua cantatur reminiscere; presentibus fratre Heinrico de Nůrenberg magistro, fratre Heinrico de Furtal, fratre Hermanno molitore, conuersis dicti monasterij, Marquardo dicto Symon sculteto, Conrado dicto Ziboppe, . . dicto Remeling, heinburgis siue centurionibus, Apelone Engelhart, Wôluelino Beheim, Conrado Schupfeleib, Philippo pistore, et reliqui quique vniuersitatis potiores.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia membranacea ex hoc documento suspensum est.

CCLIX.

1335, die 15. aprilis.

Heinrici de Reinstein archidiaconi testamentum.

Jn nomine dominj amen.

Nouerint vniuersi presencium inspectores maxime autem hij quorum interest seu intererit, quod ego Heinricus de Reinstein canonicus et archidiaconus ecclesie herbipolensis, sane mentis et corporis, domino annuente nolo intestatus decedere. Considerans quod nil sit certius morte et nichil incertius hora mortis, facio et condo testamentum meum.

Et in primis facio ac constituo in meos fideconmissarios et executores mei testamenti seu vltime mee voluntatis videlicet honorabiles viros dominos Eberhardum de Rydern decanum, Theodricum de Mospach cantorem, Hermannum de Krutheim vicarium ecclesie herbipolensis predicte, et Heinricum de Reinstein fratrem meum laycum, et quemlibet eorum insolidum, conmittens ipsis et cuilibet ipsorum in animas suas ut meam vltimam voluntatem post mortem meam fideliter exequantur.

Volo et ordino quod ante omnia debita mea que bono testimonio demonstrari possunt cum legatis seu deputatis in parata pecunia prout infra patebit persoluantur de oblagijs Conrado et Heinrico fratribus de Reinstein concanonicis meis, filijs Ludewici de Reinstein fratris mei, et de bonis Heinrico de Reinstein fratri meo layco legatis.

Jtem lego et do Conrado de Reinstein concanonico meo predicto oblegia mea hereditaria in Binsvelt, in Gundersleiben, in Bleichfelt, in Berchheim, cuius media pars debet dari ad reemendum domino de Wertheim pro octuaginta libris hallensium. Jtem lego sibi oblagium in Gawenheim, et oblagium in der steinbrecher gazzen extra muros herbipolenses, jtem in Sulczdorf et in Lindelbach.

Jtem volo et ordino quod ex bonis meis propriis in Oppach et in Meydebach fiat vnum oblagium hereditarium in reconpensam oblagij in Bucheim per me venditi. Quod eciam lego et do Conrado iamdicto, tali tamen condicione adiecta quod ipse Conradus annis singulis de oblagijs prescriptis det et dari procuret Kvnegundi sanctemoniali in Meydebrun, filie Metze dicte Sintmannin, decem maldra siliginis quamdiu vixerit et nonvltra.

Jtem lego et do Heinrico, fratri predicti Conradi, similiter concanonico meo, curias meas dictas Marmelstein et Otingen cum oblagijs hereditarijs in Steten, in Attenhusen, in Raumfelt, et dimidium mansum ibidem quem emi cum quibusdam agris campestribus qui dicuntur Elgast ecker cum omnibus suis iuribus et pertinencijs quibus huc usque tenui et possedi, de quibus ipse Heinricus det et solui procuret annis singulis sorori mee ad Celi portam decem maldra siliginis boni grani ad tempora vite sue dumtaxat. Volo tamen et ordino quod ipse Heinricus dimittet curiam dictam Walhusen Conrado fratri suo predicto, quam pro indiuiso habent ex morte et donacione quondam Heinrici fratris mei senioris, liberam et solutam, ita quod eadem curia sit et esse debeat sola sua. Quod si facere rennueret, extunc ipse Heinricus condiuidere debet Conrado iamdicto equaliter curiam Marmelstein et Otingen antedictas.

Jtem lego et do Heinrico de Reinstein layco, fratri meo, pensionem annuam centum maldrorum siliginis et redditus quinquaginta librarum hallensium cum alijs iuribus vniuersis per me emp-

tos pro mille libris hallensium super castrum Hohenberg, prout in litteris super hoc confectis plenius inuenitur. Jtem lego sibi et do terciam partem decimarum villarum in Geltersheim et in Frickenhusen per me eciam conparatarum pro octingentis libris hallensium, que possunt reemi per dominum episcopum herbipolensem, prout in super hoc confectis litteris plenius inuenitur: post reempcionem vero huiusmodi contractuum recipere debet pecuniam plenarie et ex toto. Jtem lego sibi octo iugera vinearum in marchia ville Binsuelt sita in monte retro castrum ibidem. Jtem lego sibi pensionem seu redditus triginta duorum maldrorum siliginis et auene in Raumfelt zu dem berge, que soluuntur annuatim de bonis que emi pro dicto von dem Rode milite. Jtem lego sibi daz var vnd di vichsweide ibidem, que eciam emi pro Gotfrido filio dicti von Rode militis antedicti.

Jtem lego et do Johanni filio Metze dicte Sintmannin ducentas libras hallensium.

Jtem lego et do . . filie Heinrici fratris mei layci antedicti causa donacionis propter nupcias trecentas libras hallensium. Et volo ac ordino quod hec pecunia vna cum alijs meis legatis et debitis prout supra est expressum per fideconmissarios meos antedictos persoluatur et prout eciam inferius melius patebit de oblagijs et alijs bonis Conrado et Heinrico fratribus necnon Heinrico fratri meo predictis datis et legatis, ita quod nullus ipsorum fructus recipiet ab eisdem bonis nisi prius iamdicte quingente libre et alia debita ac legata mea sint persoluta ut prefertur. Alioquin si predicti Conradus et Heinricus fratres necnon Heinricus frater meus secus fecerint, et dictam ordinacionem meam ratam non habuerint, extunc omnia bona eis data et legata per me ad capitulum ecclesie herbipolensis deuoluentur, et tunc capitulum debet perficere et adinplere hanc ordinacionem meam, dolo et fraude penitus circumscriptis.

Jtem lego specialiter Johanni predicto mediam partem curie

mee in Swanfelt. Jtem lego sibi redditus quinque librarum hallensium que soluuntur annuatim de monte dicto vom Nuwenberge in Gerbrun, quem colunt pater et mater Johannis antedicti.

Jtem lego capitulo ecclesie herbipolensis centum libras hallensium ad septimum meum, jtem centum libras hallensium ad tricesimum meum peragendum. Jtem lego eisdem omnia bona mea in Karbach et in Tungersheim, que bona in Tungersheim possunt reemi per Petrum de Hohenberg, ad peragendum anniuersarium meum, et ad conparandum annuos redditus cum eadem pecunia et bonis iamdictis, qui redditus inter dominos et vicarios ecclesie iamdicte annis singulis equaliter distribui tenebuntur et debebunt.

Jtem lego dominis in Hauge quinquaginta libras hallensium, et dominis noui monasterii herbipolensis quinquaginta libras hallensium ad peragendum anniuersarium meum.

Jtem lego ad altare constructum in domo capituli per quondam Heinricum fratrem meum seniorem viginti quattuor libras hallensium ad conparandum lumen perpetuum ante illud.

Jtem volo quod familia mea honorifice expedietur et nichilominus remuneretur.

Jnsuper omnia et singula alia bona mobilia et inmobilia per me relicta fideconmissariis meis antedictis in animas eorum reconmitto, vt pauperibus distribuant et alias ad pios vsus faciant prout anime mee crediderint magis expedire, sicut deo reddere velint in nouissima die racionem, reseruata tamen michi potestate seu auctoritate eadem bona mobilia et inmobilia alienandi distribuendi dandi seu legandi cui uel quibus in vita uel in morte donauero uel legauero prout michi videbitur expedire. Protestor insuper, circa omnia et singula premissa michi saluum fore addere minuere mutare declarare interpretari quandocunque et quocienscunque michi videbitur expedire.

Jtem volo presentibus litteris et in eis expressis plenam adhibere fidem, nisi de reuocacione ipsarum litterarum et in eis contentorum [per] trium personarum fidedignarum et notarij publici necnon jnstrumentum publicum lucide constare posset.

Jn cuius rei testimonium sigillum meum ex certa mea sciencia presentibus est appensum.

Datum et actum anno dominj M°. CCC°. XXXV^to^, in vigilia pasche.

Sigillum cujus mentio facta est fascia de litterarum ipsarum membrana confecta quondam suspensum abscissum est.

CCLX.

1335, die 15. maji.

Heinricus dictus Sturmer de Randersacker propter debitorum onera incumbentia pro se et heredibus suis pari voto et unanimi consensu justo venditionis titulo vendit et tradit Gerdrudi dictae Studin ementi et recipienti pro se et heredibus seu successoribus quibuscumque legatariis vel donatariis quibus in vita vel in morte duxerit deputandum pensionem quatuor maldrorum siliginis bonae, solvendam sibi et praesentandam annis singulis infra duo festa videlicet assumtionis et nativitatis beatae virginis sine quolibet ejus damno ad civitatem herbipolensem cum mensura ibidem metze vulgariter dicta super granarium quod ad hoc duxerit deputandum super domo sua sita in villa Randersacker, solvente annuatim Brunoni de Rebstocke civi herbipolensi sedecim denarios herbipolenses, cui ab una . . Heinrici dicti Getruwe domus ab alia vero parte strata publica conterminant et confinant, item super duobus jugeribus vineti siti in marchia villae Randersacker praedictae in loco dicto Westenrode, cui ab una . . dictae

Tuselin vinetum ab alia vero parte fossatum conterminant et confinant, pro pretio viginti librarum hallensium, numerato et soluto in parata pecunia et in alios usus utiles et necessarios converso, dicta bona et proprietatem ipsorum resignans ore manu et calamo ut est moris emtori praefato pro dicta annua pensione in antea tenendam ac jure emphyteotico possidendam, promittens nihilominus pro se et heredibus suis, dictae emtrici et heredibus seu successoribus ejus de evictione dictorum bonorum plene cavere, et facere warandiam werschaft vulgariter dictam de bonis proprietariis secundum terrae Franckoniae consuetudinem fieri debitam et consuetam, pro qua warandia facienda et evictione cavenda necnon pro solutione dictae annuae pensionis ut praemittitur annis singulis facienda dat et constituit in fidejussorem Eberhardum filium quondam Conradi de Randersacker armigeri, qui fidejussor monitus — si antedictam emtricem heredes vel successores ejus aliquod damnum seu impedimentum in dictis bonis seu proprietate ipsorum sustinere contigerit — in obstagium se recipere tenebitur apud publicum hospitem.

Licitum tamen est ipsi et heredibus ex speciali gratia a dicta emtrice facta, dicta bona et pensionem reemere pro antedicto pretio viginti librarum hallensium dativorum a festo kathedrae beati Petri apostoli proxime venturo ad decem annos continue et immediate proxime subsequentes quocumque anno voluerint, ita tamen quod hujusmodi reemtio fiat in eodem festo vel ante, et quod nihilominus pensio praedicta prius sit assignata sine diminutione qualibet et soluta.

Testes hujus rei sunt: Eberhardus de Zimmern tabellio curiae herbipolensis, Salmannus de Hallis clericus, Conradus de Nordelingen, Conradus de Rotenburg, et plures alii fidedigni, ad praemissa vocati pro testibus et rogati.

Datum anno domini millesimo CCCo XXX quinto, feria secunda post dominicam cantate.

Officialis curiae herbipolensis sigillum fascia de ipsarum litterarum membrana confecta suspensum est.

CCLXI.

1335, die 17. junii.

Otto — dei et apostolicae sedis gratia — episcopus herbipolensis *) honesto et strennuo viro Ludevico de Bombach militi, ejus meritis et obsequiis exigentibus, feodum dictum vulgariter ein burglehen in castro Hiltenburg in parata pecunia aut in certis redditibus secundum morem consuetum et ad arbitrium ac taxum honorabilium virorum Hermanni de Rode hospitularii fuldensis nec non Cûnradi de V̊sloûben canonici ecclesiae in Rasdorf, officialis curiae herbipolensis, assignare vult et debet, postquam videlicet et quantotiens possessionem episcopatus assecutus fuerit seu adeptus.

Datum anno domini M°. CCC°. XXX quinto, XV°. kalendas julii.

Ottonis episcopi sigillum, cujus tergo ejus secretum impressum est, fascia membranacea ex his litteris suspensum est.

*) Electionis Ottonis de Wolfeskel, cujus hic episcopi herbipolensis mentio fit, decretum — die 6 mensis augusti anni 1333 exhibitum — supra sub num CCXLI pag. 510—514 edidimus.

Modo eorum quae breviter Michael a leone, ejus protonotarius, initio opusculi „de laudabilibus gestis recolendae memoriae domini Ottonis Wolfskel herbipolensis“ compilati, quod Böhmer in fontium rerum germanicarum vol I pag. 456—464 publici juris fecit, meminisse juvat:

Anno domini MCCCXXXIII, kal. tertio augusti, dominus Otto Wolfskel, in ecclesia herbipolensi archidiaconus, et quondam dominus

Hermannus de Lichtenberg, domini Lodowici ut cesaris cancellarius et canonicus spyrensis, in discordia electi ad episcopatum herbipolensem, ex obitu recolende memorie domini Wolframi de Grumbach episcopi herbipolensis (patrui ipsius domini Ottonis) tunc vacantem, fuerunt.

Sed eodem anno subinde, quarto non. decembris, dominus Johannes papa vicesimus secundus eidem domino Ottoni de ipso episcopatu providit.

Deinque anno domini MCCCXXXIV, die vicesima prima mensis julii, in civitate leodiensi in ecclesia sancti Bartholomei ipse sic provisus in episcopum herbipolensem fuerat sollempniter consecratus.

Et subinceps anno tricesimo quinto, tercio kal. augusti, idem dominus episcopus de civitate metensi in Franconiam reversus in suorum contribulium castro Roseberg se recepit.

CCLXII.

1335, die 21. julii.

Ecclesiae herbipolensis capitulum sede vacante quatuor administrationis episcopatus temporalia spectantis procuratores constituit.

Jn nomine domini amen.

Nos Eberhardus de Ryedern decanus totumque capitulum ecclesie herbipolensis ad omnium ac singulorum quorum interest vel interereit noticiam deducimus per presentes, quod exnunc vacante ecclesia nostra supradicta in loco solito celebracionis capituli nostri super infrascriptis pluries capitulariter congregati, cogitantes propensius qualiter et quomodo dicta ecclesia in eadem vacacione in personis et rebus juribus et quibuslibet suis pertineneijs

ab iniquis insultibus tribulacionibus et angustijs in temporalibus preseruaretur ac vtiliter tueretur, de consilio igitur et assensu omnium nostrum, nullo ex nobis contradicente, honorabiles viros Fridericum de Lierheim, Lůpoldum de Bebenburg archidiaconum, Dyetricum de Maspach cantorem, et Philippum de Brunecke archidiaconum, nostros concanonicos, simul et coniunctim in procuratores defensores concorditer et conmuniter ordinauimus constituimus et ordinamus ac constituimus per presentes, dantes eisdem nostris concanonicis dictam procuracionem in se sponte suscipientibus amministracionem liberam et potestatem plenariam, dictam ecclesiam in temporalibus — scilicet bona ciuitates castra municiones, homines ac subditos ipsius ecclesiasticos ac mundanos, et specialiter personas bona et res concanonicorum nostrorum omnium et singulorum — defensandi manutenendi protegendi gubernandi, ac eciam pro huiusmodi gubernacione debita contrahendi, necnon redditus vtilitates obuenciones de episcopatu dicte ecclesie in quibuscumque rebus consistant leuandi percipiendi et in vsus et vtilitates eiusdem ecclesie et specialiter debitorum soluciones pro ioco et tempore conuertendi, ac eciam debita a . . debitoribus dicti episcopatus similiter requirendi exigendi leuandi et percipiendi et similiter in vsus et vtilitates predicti episcopatus modo quo premittitur conuertendi, et generaliter omnia et singula faciendi que circa premissa vel premissorum aliqua oportuna et necessaria fuerint facienda, ratum et gratum habituri quicquid per dictos nostros procuratores simul et coniunctim actum seu procuratum fuerit in premissis aut quolibet premissorum, presente procuracione a festo beati Jacobi ad vnius anni spacium proxime subsequentis et si alias ecclesie concorditer prouisum non fuerit tantummodo duratura.

Volumus eciam ac ordinamus mandamus et iubemus, quod . . officiati quicumque et in quibuscumque officijs constituti existant . . castrenses burgenses ac . . oppidani dicti episcopatus eisdem procuratoribus obediant in procuracione huiusmodi efficaciter et intendant, prestantes eis nomine nostri capituli ante omnia cum requisiti fuerint fidelitatis juramenta.

Quiquidem . . officiati et . . cellerarij a suis . . amministracionibus et officijs durante hac vacacione nullomodo remoueri debent, nec eciam de nouo aliqui institui quouis modo per predictos procuratores sine nostra licencia permissione et beneplacito speciali.

Nec eciam procuratores predicti gwerras quascumque suscitare de nouo aut prosequi poterunt vel debebunt, aut aliquibus seu alicui personis communitatibus cuiuscumque condicionis preeminencie aut status existant in armis seruire litigiose, seu eis aliquod suffragium ad suas lites controuersias facere quomodolibet vel prestare, sine speciali permissione licencia voluntate capituli prelibati.

Jtem promittimus bona fide procuratoribus prenotatis, nos non admissuros nec recepturos aliquam personam prouisam prouidendam electam seu eligendam in episcopum dicte ecclesie herbipolensis, nec sibi tamquam episcopo obedire, nisi tunc demum cum eis de suis bonis si qua mutuauerint vel concesserint ad prelibatam amministracionem integraliter fuerit satisfactum, ac eciam cum dicti . . procuratores a debitis per eos in actu amministracionis contractis et contrahendis in vtilitatem dicti episcopatus conuersis integraliter fuerint liberati, vel saltem per . . creditores dictorum debitorum ijdem . . procuratores quitati ac dicti siue pronunciati fuerint liberi et soluti.

Si vero (quod absit) prouisionem dicte ecclesie seu recepcionem prouisi vel prouidendi concordem vsque in tempus predictum, videlicet a festo beati Jacobi ad vnius anni spacium, contigerit protelari et differri, extunc capitulum predictum nomine et ex parte ipsius episcopatus . . procuratoribus predictis de bonis seu rebus per ipsos et quemlibet eorum tempore dicte amministracionis excreditis et de bonis proprijs mutuatis per ipsos ante omnia satisfacere tenebitur, et ipsos apud suos creditores ab huiusmodi creditis modo quo premittitur exonerare integraliter et complete.

Ad omnia et singula premissa in quantum secundum deum et

iusticiam valere et subsistere poterunt inuiolabiliter obseruanda nos omnes et singuli firmiter astringimus per presentes.

In premissorum omnium ac singulorum testimonium atque robur dictis procuratoribus dedimus has litteras, sigillo nostri capituli communitas.

Actum et datum anno domini millesimo CCC^o. XXX°. quinto, feria sexta ante Marie Magdalene.

Capituli majoris ecclesiae herbipolensis sigillum fascia membranacea a hoc documento suspensum est.

CCLXIII.

1335, die 15. augusti (necnon die 23 octobris).

Litterae de missa praemissaria in ecclesia parochiali in Volkach fundanda exhibitae.

Officialis curie herbipolensis jnspectoribus presencium maxime autem hiis quorum interest vel intererit recognoscimus publice vniuersis, quod duas litteras missiles sigillo honorabilis viri domini Heinrici de Stahelnberg prepositi ecclesie magdeburgensis . . dominis et personis aliis in eis expressis directas vidimus et legimus, quarum tenor dinoscitur esse talis:

1.

Heinricus de Stalberg dei gracia prepositus ecclesie magdeburgensis honorabilibus viris dominis Heinrico de

Reynstein et Friderico Coquinario canonicis ecclesie herbipolensis seruicij et honoris quantum potest.

Quia . . ciues in Volkach, sicut nobis scripserunt, vnanimiter sunt concordati ad fundandam et de nouo faciendam de bonis suis vnam missam premissariam in ecclesia parrochiali Wolkach in honorem et laudem dei et sancte matris sue virginis Marie et suarum animarum in salutem, ad quod (prout in litteris ipsorum nobis missis habebatur) jpsis vestrum consensum prestitistis, nostrum eciam consensum ad premissa humiliter requirentes, scientes igitur per presentes, quod quicquic in hac parte cum consilio magistri Hermanni de Ertfordia cappellani nostri, (quem ad premissa terminanda vt canonice fiant assumatis) feceritis, quod hoc ratum seruare volumus et de nostra erit voluntate speciali, dummodo caueatur sicut decet quod ecclesie parrochiali et . . plebano qui pro tempore fuerit detrimentum non fiat, et quod juspatronatus dicte misse (ad quam . . predicti ciues pronunc et sola ista uice personam ydoneam volunt presentare) nobis et vobis ac . . nostris successoribus maneat in futurum.

Datum Stalberg, crastino die assumpcionis beate Marie virginis.

2.

Heinricus de Stahelberg dei gracia prepositus ecclesie magdeburgensis honorabili viro domino Johanni de Grůmbach canonico ecclesie herbipolensis et discretis viris . . sculteto et ciuibus in Volkach sinceram et paratam in omnibus voluntatem.

Scripsistis nobis, quod vos . . scultete et . . ciues in Wolkach sitis vnanimiter concordati ad fundandam et de nouo faciendam de bonis vestris vnam premissariam missam in ecclesia parrochiali Wolkach, nostrum consensum super hoc requirendo.

Vnde super premissis sciatis, quod honorabilibus viris dominis Heinrico de Reinstein et Friderico Coquinario, canonicis ecclesie herbipolensis, nostris concollatoribus ecclesie parrochialis in Wolkach, litteram nostram transmittimus, jpsisque in eadem demandando, quod quicquic jpsi in hac parte fecerint secundum ea que jpsis in predicta littera nostra scribimus, quod hoc ratum seruare volumus et de nostra erit voluntate speciali.

Datum Stalberg crastino die assumpcionis beate Marie virginis gloriose.

3.

Ego quoque Hermannus de Ertfordia prefatus consilium meum pro fundacione misse primarie de qua predicitur predictis dominis sub sigilli testimonio officialis predicti conmunicasse et prestitisse recognosco.

Datum anno domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto feria secunda ante diem beatorum Symonis et Jude apostolorum.

Sigillum cujus mentio facta est fascia membranacea ex his litteris suspensum est.



FAKSIMILE-NACHDRUCK

ALS VORLAGE DIENTE DIE ACADEM. SCIENTIAR.

ELECT., MONACHII AUSGABE VON 1763...

DIE VERKLEINERUNG ERFOLGTE IM MASSTAB 95:100

REPRINT 1964 BY

BIBLIOTHEK DER ABTEI NIEDERALTEICH

GESAMTHERSTELLUNG UND. ALLEINVERTRIEB

T. MARCZELL, MÜNCHEN

OFFSETDRUCKEREI UND VERLAG

8000 MÜNCHEN 19, LIERSTRASSE 24

PRINTED IN GERMANY



DD
801
B32M6

Stanford University Libraries
Stanford, California

Return this book on or before date due.